This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

**Über dieses Buch**

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

**Nutzungsrichtlinien**

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

**Über Google Buchsuche**

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

Gcc 7775.1

№ 2755

# CODEX DIPLOMATICUS LUBECENSIS.

# Lübeckisches Urkundenbuch.

## 1ste Abtheilung.

## Urkundenbuch der Stadt Lübeck.

### Zweiter Theil.
Zweite Hälfte.

Lübeck,
Friedr. Asschenfeldt.
1858.

Ger 7775.1

[illegible] COLLEGE LIBRARY
OCT 7 - 1[illegible]

# URKUNDENBUCH

der

# Stadt Lübeck.

Herausgegeben

von

dem Vereine für Lübeckische Geschichte und Alterthumskunde.

---

## Zweiter Theil.

Zweite Hälfte.

---

Lübeck,

Friedr. Asschenfeldt.

1858.

## DCXLV.

***Die Gebrüder von Bülow und andere Knappen, sowie zwei Bürger von Grevismühlen, urkunden über die von ihnen gemeinschaftlich mit Hennekin Oldeselle wegen dessen zu Lübeck erlittener Gefangenschaft dem Rathe daselbst gelobte Urfehde. 1337. Jan. 4.***

Nos Hennekinus, Nycolaus et Godekinus fratres dicti de Bulowe, Hennekinus dictus Booth, || Hermannus Poppenhusen et Vicko dictus Kortenacke famuli, Hennekinus dictus Vicke || et Reymarus dictus Bogeneue opidani in Gnewesmolen. Recognoscimus tenore presentium || constare volentes vniuersis presentibus et futuris, nos honorabilibus viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, communi manu et insolidum data fide firmiter promisisse, vna cum Hennekino dicto Oldeselle, pro orueyda per eundem Oldesellen ratione cuiusdam captiuitatis sue dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis predictis per suum proprium juramentum prestita, ita quod nec per predictum Hennekinum Oldesellen nec per aliquem suo nomine talis captiuitas temporibus postfuturis in aliquo viuente, de quo predicte captiuitatis habetur vel haberi potest susspicio, debet aliqualiter vindicari. Jn cuius rei testimonium euidens sigilla nostra appendi fecimus huic scripto. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̊CC̊XXX̊ septimo, sabbato proximo ante festum Epyphanie eiusdem.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden grösstentheils wohl erhaltenen acht Siegeln.*

## DCXLVI.

***Peter, Erzbischof von Upsala, bestätigt die durch einen früher Stockholmischen, jetzt Lübeckischen Bürger, Johann Geismar, geschehene Stiftung einer Vicarie in der Nicolaikirche zu Stockholm. 1337. Jan. 11.***

Omnibus presens scriptum cernentibus frater Petrus diuina miseracione archiepiscopus Vpsalensis salutem in Domino sempiternam. Jlla libenter admittimus, illa tota animi deuocione summoque mentis desiderio prosequimur et fouemus, que pro cultus ampliacione diuini ac fidelium Dei tam viu[u]orum quam mortuorum optato solacio statuuntur aut fiunt. Jgitur tam posteris quam modernis notum facimus per presentes, nos ex communi et vnanimi capituli nostri consilio et consensu nostrum adhibuisse beneplacitum et assensum ac auctoritatem ordinariam prestitisse, quod vir honorabilis Johannes dictus Gismar, quandocunque ciuis Stok-

holmensis, nunc autem Lybycensis, pia ad hoc, vt videtur, deuocione affectus, in ecclesia beati Nicholai Stokholmis ad honorem Dei sueque matris gloriose sanctorumque omnium, ac parentum et propinquorum suorum remedium vnum altare cum prebenda congrua, cui per presbiterum de cetero seruiatur, perpetuo de nouo instituere valeat et fundare cum condicionibus, que sequntur: Jn primis quidem idem Gismarus cappellam conuenientem pro et cum altari predicto in ecclesia prefata exstrui et edificari faciat, ac absque dicte ecclesie grauamine quocumque pro eodem altari ornamenta et alia quelibet necessaria decencia ministrari in suis sumptibus et expensis, ita quod diuina decenter inibi valeant cottidie celebrari. Pro presbiteri seruientis et diuini seruicii continue impendendi ibidem sustentacione debita et honesta octo marcharum puri argenti ponderis Stokholmensis vel eiusdem valoris pecuniam pro tempore currentem, redditus perpetuos et infallibiles, assignabit. Quem quidem presbiterum idem Gismarus ac eius posteri ab ipso directe et legittime descendentes vsque ad quartum gradum inclusiue, vndecumque dictus presbiter fuerit, dum tamen alias dignus et ydoneus inueniatur, ad idem altare, cum vacauerit, nobis vel successoribus nostris poterint presentare. Post gradum vero eundem nullo eiusdem Gismari posteris presentandi iure seruato, nos vel successores nostri eidem altari vel prebende poterimus de persona ydonea libere prouidere. Huiusmodi presbiterum ad certa reddenda seruicia pro diebus singulis vel septimanis idem Gysmarus precise non limitet, set eius conscienciam oneret de missis vel aliis Deo deuotis oracionibus dicendis, prout diuina sibi gracia duxerit inspirandum, ita tamen quod diebus dominicis et festiuis in choro dicte ecclesie vna cum ministris et vicariis ibidem misse, matutinis et vesperis teneatur huiusmodi presbiter interesse. Jn huius autem ordinacionis et admissionis nostre euidenciam pleniorem sigillum nostrum vna cum sigillo capituli nostri presentibus ducimus apponendum. Datum apud ecclesiam Thorstunæ[1] nostre Vpsalensis dyocesis, anno Domini M̊CCC̊ tricesimo septimo, sabbato infra octauas Epiphanie.

*Nach einem 1347, fer. IV. post Misericord. (Apr. 18.) vom Stockholmer Rathe ausgestellten Vidimus der durch den Erzbischof Hemming von Upsala am 8. Apr. 1347 urkundlich gegebenen Vidimation und Bestätigung obiger Urkunde. Das Vidimus, an welchem ein beschädigtes Siegel hängt, wird im schwedischen Reichsarchive bewahrt.*

1) Die Kirche Thorstuna in Fjerdhundra, dem westlichen Theile von Upland.

## DCXLVII.

*Der Rath zu Lübeck beschwert sich bei den Städten Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswalde über die Verschiedenheit der auf Schonen und an anderen Orten verfertigten Herings-Tonnen. 1337. Febr. 5.*

Honorabilibus et prouidis viris, suis amicis predilectis, dominis consulibus ciuitatum Wismarie, Rotstok, Stralessund || et Gripeswold, consules ciuitatis Lubicensis incrementum sincere amicicie cum obsequio et honore. Vestram || amandam scire cupimus honestatis prudenciam, quod multiplex querela nostrorum conciuium et multorum aliorum || mercatorum ad nos peruenit de periculosa disparitate tunnarum, que in Scania et locis aliis per quosdam fiunt dolifices, de quibus multis mercatoribus emergunt plurima detrimenta. Jdeoque vestre dilectioni mittimus nostros conciues dolifices Nicholaum dictum Hertze et Albertum Juuenem, exhibitores presencium, cum instancia deprecantes, quatenus causam per nos commissam eisdem super premissis audire et maturo vestro consilio et auxilio remedium adinuenire vtiliter dignemini, vt facture tunnarum talium obuietur et mercatorum periculis inde emergentibus de cetero caueatur, pro quo vobis ad graciarum actiones gratis obsequiis volumus specialiter obligari. Datum anno Domini M°CC° tricesimo septimo, in die beate Agathe virginis, nostro sub secreto.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## DCXLVIII.

*Volrad, Bischof von Ratzeburg, erlässt in Vollziehung päpstlichen Befehls an den Erzbischof von Lund, als Primas der Schwedischen Kirche, und an die gesammte höhere und niedere Geistlichkeit Dänemarks eine nachdrückliche Aufforderung, die päpstlichen Verordnungen wider das Strandrecht aufrecht zu halten. 1337. Apr. 28.*

In nomine Domini amen.[1] Volradus Dei gracia episcopus Raceburgensis, judex seu executor ad infrascripta a sede apostolica deputatus. Venerabili in Christo patri ac domino, domino Petro archiepiscopo Lundensi ac totius Swecie primati,|| necnon venerabilibus in Christo patribus ac dominis . . episcopis, . . abbatibus, . . prepositis, . . decanis ac omnibus et singulis personis dignitates vel personatus admi(ni)strationes seu officia quecunque habentibus seu tenentibus, quocunque nomine

1) Fehlt in 2.

cen‖seantur, aliisque omnibus et singulis clericis, plebanis et ecclesiarum rectoribus per vniuersum regnum Dacie constitutis, ad quos presentes littere peruenerint, salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Dudum venerabilis pater‖ in Christo, frater Gwido, miseratione diuina tituli sancti Laurencij in Lucina presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, cum in partibus istis legationis officio fungeretur, super bonis naufragorum quoddam statutum edidit in hunc modum: *(Hier folgt Urk.-B. I. No. 279.)* [1]Quod quidem statutum sanctissimus in Christo pater ac dominus, dominus Clemens papa quartus, ratum et firmum habens, idque auctoritate apostolica confirmauit, mandans . . episcopo Raceburgensi, vt iuxta tenorem dictarum litterarum ipsius legati[2] procederet, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, prout hec et alia in litteris apostolicis super hoc confectis plenius continentur,[3] quarum litterarum[4] tenor de verbo ad verbum talis est: *(Hier folgt Urk.-B. I. No. 296.)* Nos igitur episcopus Raceburgensis, executor prefatus, volentes mandatum apostolicum predictum[5] exequi reuerenter, vt tenemur, vos dominum . . archiepiscopum Lundensem aliosque dominos . . episcopos, . . abbates, . . prepositos, . . decanos ceterosque clericos ac quemlibet vestrum auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, peremptorie et in virtute sancte obediencie requirimus et monemus, vt dictum statutum inuiolabiliter obseruetis et per vestros subditos, in quantum in vobis est, faciatis et mandetis diligenter obseruari: alioquin contra vos per grauiores penas exigente iusticia procedemus. Volentes eciam periculum animarum vitare, quod ex ignorancia et transgressione dicti statuti proueniret, vobis predicta apostolica auctoritate precipimus et mandamus sub pena ab ingressu ecclesie, vt infra sex dies a presentatione seu notificatione presencium vobis facta, inmediate sequentes, quorum duos pro primo, duos pro secundo et alios duos pro tertio et peremptorio termino assignamus, quatinus dictum statutum vna cum littera apostolica capitularibus vestris mandetis inseri et cum aliis vestris statutis in communi collectione seu capitulo clericorum singulis annis faciatis recitari, vt exinde tam clerici quam laici indulgentiam et remissionem peccatorum suorum possint

---

1) Hier ist Folgendes eingeschoben: Huiusmodi vero statuti suprascripti tenorem recepimus et vidimus sub pendenti sigillo oblongo integro de cera rubra in filis sericeis, in qua sculpte fuerant ymagines, videlicet in superiori parte beate Marie virginis cum puero in sinu, in medio beati Laurencij jacentis in craticula, et in infima ymago episcopalis flexis genibus et plicatis manibus et in eius circumferencije: S'. fris. Guidonis tt'. scti. Laur'. in Luc'. pbri. card'.

2) dictarum litterarum. 3) Hier ist eingeschoben: quas cum vera bulla plumbea et filo canapis vidimus et recepimus, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte corruptas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes. 4) fehlt. 5) Nos igitur uolentes mandatum apostolicum supradictum nobis directum.

consequi et penas grauissimas in ipso statuto contentas valeant euitare. Reseruamus nichilominus nobis plenam et liberam potestatem, prout credimus esse iustum, alias contra vos per grauiores penas in dicto negotio procedendi, si mandatum nostrum immo verius apostolicum neglexeritis adimplere. [1] Datum Raceborgh, anno Domini millesimo CCCXXX septimo, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Quasi modo geniti infantes, nostro sub sigillo.

Nos Hellembertus Dei gracia Sleswicensis ecclesie episcopus has litteras presentes anno Domini MCCCXXXVIII, || in profesto beate Marie Magdalene in Kyl Bremensis dyocesis reuerencia, qua decuit, recepimus, || quarum transumptum nostris et ecclesie nostre constitucionibus inseri demandauimus et statutis, ac in || nostris faciemus synodis requisiti annis singulis recitari. Jn cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus anno, die et loco suprascriptis duximus apponendum.

Et nos Jacobus Dei gracia Ripensis episcopus anno Domini MCCC tricesimo octauo, sabbato || proximo ante diem beate Marie Magdalene in castro nostro Mykæltunder(en) || presentes litteras recepimus reuerencia, qua decuit, et visis et perlectis, earum continen||ciam nostris constitucionibus inscribi iussimus et statutis, ac annis singulis in nostris synodis ac alibi coram clero et populo execucione debita faciemus publice intimari. Jn huius rei euidenciam per sigillum nostrum presenti infixum cedule omnibus, quorum interest, declaramus. Datum anno, die et loco prenotatis.

Nos frater Johannes miseracione diuina episcopus Roskildensis premissum statu||tum in synodis nostris et aliis locis publicis denunciari ac in aliis sta||tutis et constitucionibus nostris et ecclesie nostre inseri faciemus et execucioni || mandabimus, prout nobis juxta premissa iniungitur et fu[er]imus requisiti. Jn cuius rei euidenciam sigillum nostrum presentibus litteris et huic cedule eis appense duximus apponendum. Actum Rosk(ilde), anno Domini MCCCXXX septimo, XIIII Kalendas mensis Augusti.

Quod nos frater Petrus Dei gracia Octhoniensis ecclesie episcopus transcriptum statuti || premissi vna cum littera apostolica per Petrum de Swechia, nuncium et procuratorem || consulum et communis ciuitatis Lubicensis, sub anno Domini MCCC tricesimo || septimo, in vigilia beati Jacobi apostoli, in curia videlicet Blamstede habitacionis nostre, secundum quod nobis per premissa iniungitur, capitularibus

1) Alles Folgende fehlt.

nostris inseri et cum alijs nostris statutis et constitucionibus nostre ecclesie predicte in synodis nostris et locis aliis publicis faciemus, quantum in nobis est, annis singulis recitari, sigillum nostrum in signum execucionis huiusmodi per nos facte seu eciam faciende huic cedule presenti mandato transfixe presentibus est appensum.

Jn signum execucionis premissorum, prout nobis Johanni Thome et Paulo Olaui, canonicis || ecclesie Arusiensis, officialibus seu vicarijs reuerendi in Christo patris ac domini || nostri, domini Swenonis dicte Arusiensis ecclesie episcopi in spiritualibus generalibus, || iuxta premissa iniungitur et fu[er]imus requisiti, sigilla nostra presentibus per hanc cedulam eis transfixam duximus appendenda. Actum Arusie, anno Domini millesimo CC̊CXX̊X octauo, sabbato infra octauas ascensionis Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem ziemlich erhaltenen Siegel. An dasselbe sind die obigen Empfangsbescheinigungen gehängt und durch ihre Siegel mit der Haupturkunde verbunden. Das Ripensche Siegel ist beschädigt, die andern wohl erhalten; an der Bescheinigung von Aarhuus hängen die Siegel der beiden genannten Geistlichen. — Eine zweite Ausfertigung der obigen bischöflichen Urkunde, mit anhängendem Siegel, deren Abweichungen bemerkt sind, befindet sich gleichfalls auf der Trese.*

## DCXLIX.

***Der Rath zu Mölln urkundet, dass der Lübeckische Bürger Hermann von Helle 40 Mark Lüb. Renten, von Mölln zu zahlen, vom Herzog Albrecht IV. von Sachsen gekauft habe. 1337. Mai 1.***

Nos universi consules civitatis Molne presentes et futuri. Tenore presentium recognoscimus et lucide protestamur, Hermannum de Helle, civem in Lubeke, et suos veros heredes emisse ab illustri principe Alberto duce Saxonie, domino nostro, et a suis veris heredibus XL marcas lubicensium denariorum redditus pro quingentis marcis ejusdem monete integraliter persolutis, quos quidem redditus nos eidem Hermanno de Helle et suis veris heredibus singulis annis in quolibet crastino beati Martini ex parte nostri dicti domini et suorum heredum ex eorum iussu dabimus expedite. Eciam, si dictus Hermannus de Helle et sui heredes prescriptos redditus aliis personis ecclesiasticis aut secularibus vendiderint, obligaverint vel ad divinum officium assignaverint, illis personis nominatos redditus ministrabimus, sicut ipsis. Amplius, quandocumque dominus noster et sui heredes eisdem, quicumque protunc ipsos redditus habuerit aut habuerint, quingentas marcas dederint, ex tunc prehabiti redditus ad sepe dictum dominum nostrum et ad suos heredes libere revertentur. Jstos redditus ipsi emptores prima perceptione tollent in crastino

Martini nunc futuro ultra ad unum annum continue subsequentem. Jn premissorum testimonium sibi nostras literas dedimus sigillatas. Datum anno Domini MCCC XXXVII, in die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

*Nach dem aus dem* Chartularium Moelnense. fol. 25. col. 1. init. *entnommenen Abdrucke in Pistorius* Amoenitates Historico-juridicae. T. III. p. 525.[1]

## DCL.

### *Die Kämmereiherren kaufen für die Stadt Lübeck von der Frau und den Kindern des Heinrich Ploch ein Haus in der Altenfähre. 1337. Mai 11.*

Notum sit, quod camerarij ciuitatis emerunt a(d) vsus eiusdem ab vxore et pueris Henrici Ploch domum, sitam in Oldenuere prope domum ciuitatis, quam sibi, non obstante absentia eius mariti, coram consulibus resignauerunt. Et quia tum eius maritus, vt premittitur, absens fuit, ordinati fuerunt quinque viri ex parte ipsius domine et suorum puerorum et quinque viri ex parte ciuitatis, qui eam estimabant, et fuit domus estimata plus quam ad valorem propter absentiam mariti eius. Quam quidem estimationem, licet excederet debitum precium, ipsi tamen camerarij consenserunt.

*Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches vom Jahre 1337,* Jubilate.

## DCLI.

### *Albrecht, Herzog von Mecklenburg, Stargard und Rostock, quittirt die Stadt Lübeck wegen des Johannis fälligen Schutzgeldes. 1337. Jun. 17.*

Nos Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus. Recognoscimus in hiis scriptis || publice protestantes, quod honorabiles viri, domini consules ciuitatis Lubeke nobis dilecti, ducentas || marcas denariorum lubicensium, quibus nobis racione tuicionis ipsis faciende super festo beati Johannis bapthiste || proxime afuturo soluere tenebantur, discreto viro Johanni de Kamene, ipsorum conciui, nostro nomine integraliter persoluerunt et ex toto. A quibus ipsos dimittimus solutos, liberos penitus atque quitos, nec de cetero commonebimus pro eisdem. Jn cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus a tergo est inpressum. Datum Brulis, anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo septimo, feria tercia proxima post octauas Penthecostes.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Vom Siegel ist nur wenig erhalten.*

---

1) Vgl. No. 597. Anm. 1.

## DCLII.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, verkauft dem Lübeckischen Bürger Eberhard Wechsler das Dorf Albrechtsdorf auf Fehmarn unter Vorbehalt des Rückkaufs. 1337. Jun. 18.*

Johannes Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Vniuersis et singulis, ad quorum noticiam presentes littere perue‖nerint, salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus publice et testamur, nos de consilio et consensu omnium, quorum ‖ interest aut interesse poterit in futurum, rite et racionabiliter vendidisse discreto viro Euerhardo Campsoris, ‖ ciui Lubicensi, et suis veris heredibus villam nostram Albrechtestorpe in terra Ymbrie in parochia Lanthkerken situatam, soluentem annuatim super quolibet festo beati Nicolai episcopi redditus annuos viginti marcarum lubicensium denariorum, pro ducentis marcis eorundem denariorum nobis integre datis, solutis et numeratis et in vsus nostros conuersis. Quibus quidem villa et redditibus cum omni jure, libertate et proprietate, prout nos hactenus ipsis liberius vsi sumus et commodius, vti debent libere, pacifice et quiete. Renunciamus eciam pro nobis et nostris successoribus exceptioni doli mali, non soluti precij et in vtilitatem nostram non conuersi, non iusti precij et omni alij tam iuris aut facti auxilio, quod contra premissa aut premissorum aliquod posset obici vel opponi, salua tamen nobis aut successoribus nostris reemptione ville et reddituum predictorum, quandocumque decreuerimus, in festo beati Nicolai episcopi pro ducentis marcis lubicensium denariorum, intra ciuitatem Lubeke vna cum redditibus illius anni in parata et numerata pecunia predicto Euerhardo vel suis heredibus persoluendis. Vt autem omnia premissa stabilia permaneant et robur firmitatis optineant, presens scriptum inde confectum appensione nostri sigilli duximus muniendum. Testes sunt nostri fideles consiliarij Eghardus Brochdorp miles, Bertrammus de Cremůn cancellarius noster, Marquardus de Stoue, et Longus Beyenuleth noster aduocatus, et alij quamplures nostri vasalli fidedigni. Datum Saxekøpinghe in terra Lalandie, anno Domini M̊CC̊X̊X̊X̊ septimo, in vigilia sacratissimi Corporis Christi.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

# DCLIII.

***Peter, Erzbischof von Lund, erlässt in Folge einer Aufforderung der Stadt Lübeck ein Rundschreiben an die dänischen Bischöfe wegen Bekanntmachung der vom päpstlichen Legaten Guido seiner Zeit erlassenen Verordnung wider das Strandrecht. 1337. Jul. 6.***

Petrus miseracione diuina Lundensis archiepiscopus Swethie primas. Venerabilibus in Christo fratribus, . . dominis episcopis seu eorum || officialibus aut vicariis generalibus in spiritualibus per regnum Dacie constitutis, sincere dilectionis constanciam in Domino cum || salute. Sic insanit in filios paciencie proteruitas plurimorum, quod iam quasi sibi meritorium reputant grauibus eos damp||nis afficere ac molestiis et iniuriis lacescire. Propter quod conuenit, vt talium temeritas, ne nimium inualescat, digne reformacionis remedio castigetur, et vt contra prauorum maliciam iustorum potenciam opponamus, ne virgam peccatorum super sortem iustorum relinquere videamur. Cum itaque pro parte honorabilium virorum consulum et ciuium Lubycensium cum magna instancia fuerimus requisiti, vt quasdam litteras, sigillis venerabilium fratrum dominorum . . episcoporum Lubycensis et Raceburgensis sigillatas, statutum dudum venerabilis patris, domini Gwidonis tituli sancti Laurencij in Lucina presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, contra iniuriatores et raptores bonorum naufragorum, vt in ipsis luculenter apparet, et processus executoris super ipso, vt prima facie apparebat, continentes, coram clericis et laycis nostre prouincie annuatim publicari, et quantum in nobis esset, deduci in effectum faceremus: nos igitur, deuotis supplicacionibus dictorum consulum inclinati ad tam pium et racionabile statutum obseruandum, vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et in remissionem peccatorum vestrorum auctoritate metropolitica iniungimus et mandamus, quatenus predictas litteras, quas vobis per latorem presencium, Petrum de Swethia clericum, nuncium et procuratorem predictorum consulum, mittimus, benigne recipientes, eas, cum primitus poteritis, coram clericis et laycis publicetis et transscriptum exinde vestris alijs statutis et constitucionibus insertum singulis annis in vestris synodis per vos uel alios publicari faciatis, vt exinde subditi vestri indulgenciam consequi et penas in dicto statuto contentas merito possint euitare. Datum Lundis, nostro sub sigillo, anno Domini millesimo trecentesimo triscesimo septimo, in octaua apostolorum Petri et Pauli.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel. Ebendaselbst ein Transsumpt obiger Urkunde, ausgestellt vom Lübeckischen Bischofe Bertram 1366,* feria quarta infra octauam Pentecostes (*27. Mai*), *mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCLIV.

*Albrecht Brun zu Lübeck erklärt sich damit einverstanden, dass 60 Mark Pf. für ihn bezahlter Schulden und 100 Mark Pf., welche er im Würfelspiel verloren, ihm bei der Theilung mit seinem Bruder auf seinen Erbtheil anzurechnen seien. 1337. Jul. 6.*

Notum sit, quod Albertus Brun, filius quondam Alberti Brunonis ciuis ‖ Lubicensis, recognouit et arbitratus est, quod sexaginta marce denariorum, ‖ quas Ditmarus Brun, suus patruus, soluit pro ipso Alberto, ubi tenebatur, ‖ et cum hoc centum libre denariorum, quas ipse Albertus perdidit in ludo taxillorum, debent ipsi Alberto de porcione patrimonij ipsum solum, et non fratrem suum Johannem, tangente defalcari, ita quod super hiis ipse Johannes penitus seruetur indempnis. Testes sunt domini consules Hermannus de Wickede et Thid(emannus) de Vlsen. Actum anno Domini M̊CCC̊XXX septimo, in octaua apostolorum Petri et Pauli.

*In dorso:* Littera testimonialis Alberti Brun.

Litterae testimoniales, *auf der Registratur.*

## DCLV.

*Albrecht, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, verspricht dem Rathe zu Lübeck, dass die Befestigung, welche seine Vögte mit seiner Genehmigung am Priwall anzulegen begonnen haben, vier Wochen nach ergangenem Ersuchen Lübecks völlig beseitigt werden soll. 1337. Jul. 31.*

Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstock dominus. Honorabilibus viris et discre‖tis, consulibus in Lubeke, bonam et promotiuam ad omnia voluntatem. Promittimus vo‖bis per hec scripta, quod eam municionem, quam aduocati nostri de nostro conscitu et benepla‖cito super Priwalch edificare inceperunt, quatuor septimanis, postquam per uos requisiti fuerimus seu per aliquem vestrum, sine mora vlteriori destruere volumus funditus et cassare. Quod sigillo nostro presentibus appenso protestamur. Datum Stargardie, anno Domini millesimo C̊C̊CXX̊X̊ septimo, feria quinta proxima ante vincula Petri.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel. Ebendaselbst ein Vidimus obiger Urkunde, ausgestellt durch den Dominikaner-Prior Bertram, Lübeck 1343,* Philippi et Jacobi, *von dessen Siegelbande das Siegel gänzlich abgesprungen ist.*

## DCLVI.

*Der Rath zu Lübeck schreibt dem Fürsten Albrecht von Mecklenburg, Stargard und Rostock wegen einer in Betreff des Priwalls zu haltenden Tagefahrt. O. J.*[1]

Jllustri et magnifico viro, domino Alberto Magnopolensi, Stargardie et Rozstok domino, . . consules ciuitatis Lubicensis paratam et obse‖quiosam ad queuis beneplacita voluntatem. Retulit nobis Nicolaus, noster notarius dilectus, ad vos paucis diebus elapsis per ‖ nos transmissus pro quodam negocio locum, qui dicitur Priwalk, tangente, quod gracia eiusdem loci prenominati placita nobis‖cum desideraretis obseruare. Vnde dominacioni vestre innotescimus per presentes, quod amore nobilitatis vestre vobis pro dictis placitis seruandis obtemperare cupimus, prout decet, rogantes omni affectu, vt nobis diem, locum et horam, vbi habere dicta placita volueritis, per latorem presencium litteratorie remandetis, ita tamen, vt locum, quem nobis deputare decreueritis, secure et commode attingere valeamus. Precipite nobis. Datum nostro sub secreto.

*In dorso:* Magnifico et illustri viro, domino Alberto Magnopolensi, Stargardie et Rozstok domino.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit einem Reste des aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## DCLVII.

*Der Rath zu Rostock ersucht den Ritter Detlev Röper, von der Anlage eines Thurmes am Ausflusse der Trave, als den Privilegien Lübecks entgegen, abzustehen. O. J.*[2]

Militi strennuo ac famoso, domino Detleuo Ropere, consules Rozstokcenses cum affectu sincero ‖ obsequij multitudinem et honoris. Significauerunt nobis suis conquestionibus honorabi‖les viri domini consules Lubicenses, quod turrim quandam in portu suo et in ipsorum proprietate ‖ supra Traueniam construere proponitis et edificare in eorum preiudicium et grauamen. Quod cum de iure facere non debeatis, hoc ipsi cum eorum priuilegiis plenius poterunt edocere. Quare ad instancias

1) Diese und die folgende Urkunde sind, in Ermangelung eines andern Anhalts, wegen des verwandten Gegenstandes neben No. 655. gesetzt. In das Jahr 1337 oder um die Zeit herum können beide fallen. Der Stadtschreiber Nicolaus Magnus kommt 1340 im Ober-Stadtbuche vor.

2) Vgl. die Anmerk. zu No. 656. Detlev de Ropere kommt 1334 vor. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. II. 2. S. 185.

dictorum consulum Lubicensium nobilitatem vestram deuotissime requirimus presentibus et rogamus, quatenus nostri seruicij et precum nostrarum ob amorem a proposito nunc per vos incepto desistatis ipsosque in portu suo contra Deum et iusticiam non impediatis, vt illud circa vos vna cum eisdem perpetue deseruire teneamur. Vestrum benignum responsum super isto nobis rescribatis nuncium per eundem. Datum nostro sub secreto.

*In dorso*: Militi strennuo, domino Detleuo Ropere, presentetur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Siegelband und Resten des aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## DCLVIII.

***Bürgermeister, Schöffen und Rathmänner von Brügge ersuchen den Rath von Lübeck, 61 Stücke Tuch, welche dem Brüggeschen Kaufmann Hauschild gehörten, dem Bevollmächtigten desselben, ohne Beachtung der Ansprüche der Gläubiger eines angeblichen Gesellschafters desselben, ausliefern zu lassen. 1337. Aug. 1.***

Viris prouidis et honestis, amicis suis dilectis, . . burgimagistris, . . consulibus ac ceteris rectoribus ciuitatis Lubicensis, . . burgimagistri, . . scabini et consules ville Brugensis, || quicquid possent amicicie et honoris. Cum nos alias vos nostris litteris reddiderimus certiores, quod sexaginta vnus panni de diuersis coloribus in nostris litteris expressis in vestra ciuitate || allati ad Lubertum Hauscilt, nostrum oppidanum, solum et in solidum, et ad nullum alium pertinebant, vosque instanter ipsis nostris litteris requisiuerimus, quatinus omni impedimento || amoto ipsos pannos dicti nostri oppidani procuratori et nuncio eius nomine tradi et deliberari amore nostri et pro jure faceretis, et ad nostrum peruenerit auditum, quod creditores quondam Marquardi Wittenborgh, asserentes, dictum quondam Marquardum et dictum Lubertum, nostrum oppidanum, inter se adinuicem societatem in mercaturis contraxisse, et ipsos simul socios in mercaturis fuisse et esse, predictos pannos pro debitis, in quibus idem Marquardus forsan eis erat obligatus, sibi attrahere et applicare nitantur in dicti nostri oppidani preiudicium non modicum et grauamen, idemque Lubertus propter hoc coram nobis comparens per suum juramentum sollempniter ab eodem coram nobis corporaliter prestitum et alias legitime, cui quantum ad hec et eciam ad maiora fidem indubiam adhibemus, nobis fidem fecerit competenter et ad plenum, dictum quondam Marquardum nunquam cum ipso Luberto aut econuerso aliquam societatem in mercaturis aut alias contra-

xisse, et ipsos nunquam simul socios in aliquibus mercaturis esse aut fuisse, nobisque humiliter supplicauerit, ut in saluando jus suum in premissis sibi assistere vellemus: hinc est, quod nos, eius juste supplicationi annuentes, vestras discretiones attente requirimus et iteratis precibus rogamus, quatinus dictos pannos, ad dictum nostrum oppidanum, ut nunc et alias scripsimus, pertinentes et spectantes, suo procuratori aut nuncio deliberetis et deliberare faciatis, dicti Marquardi creditores ad desistendum a suis friuolis et exquisitis oppositionibus compescendo, tantum in premissis amore nostri et pro jure facientes, quantum nos cotidie, sicut scire potestis, pro vestris ciuibus amore vestri facimus, et pro vobis velletis esse facturos. Datum sub sigillo dicte nostre ville Brugensis, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo, prima die mensis Augusti.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit noch vorhandenem Pergamentstreifen, von welchem das Siegel abgelöst ist.*

## DCLIX.

*Lubertus Hauschild, Bürger zu Brügge, ersucht den Rath zu Lübeck, unter Bezugnahme auf das Schreiben seines Magistrats, um die Auslieferung der dort erwähnten 61 Stücke Tuch. O. J. (1337.) Aug. 3.*

Honorabilibus viris ast dominis multum virtuosis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, Lubertus Howeschild, opidanus ville Brugensis, studiosam laboriosamque || seruiminis quolibet in genere mandatorum loco et tempore exigentibus voluntatem. Vestre insigni reuerencie pro multimodis laboribus, mei de causa non egra || fidelitate jam habitis adhuc cooperante gracia et habendis, me insufficientem, proch dolor, senciens ad referendum condignas graciarum actiones, sed Deus, || omnium bonorum retributor et largitor celestis, regni gloriam retribuere dignetur sempiternam. Jgitur vestras discreciones cupiens non latere conprobantes me litteras a vestro consulatu euidenter intellexisse michi translatas, quibus pro lucidiori mearum litterarum vestro consulatui missarum seu adhuc transmittendarum reformacione michi supplicastis, videlicet, qualiter negocia et facta inter me et Marquardum dictum Wittenborch de principio ad finem processum tenuerunt iuxta modum vniformem. Nunc inscius siquidem et ignarus existo, quomodo, quam sicut in litteris patentibus dominorum scabinorum ville Brugensis sigillo sigillatis vobis alias presencialiter et nunc transmissis vna meis cum litteris vobis declaratum extiterit, posset lucidius declarari. Verumptamen qualiter negocia inter me et memoratum Marquardum de principio ad finem in hoc, quod inferius dicetur, cogno-

scere possitis manifeste: vnde idem Marquardus in tempore autumpnali anni preteriti et transacti pro vno frusto pannorum sibi emendo et destinando michi fecerat supplicari, quibus pannis emptis michi pecuniam pro ipsis se promiserat remissurum. Quod fecit actenus. Jpso tempore michi innotuit litteratorie, si michi expedire videretur, vt vnum frustum pannorum de mea propria pecunia sibi transmitterem, cum quo meum profectum, melius quam posset, foret facturus. Et sic emi tot pannos, quod feci duo frusta pannorum, quorum vnum pertinebat ipsi Marquardo in ipsius vsum conuersum, et reliquum michi, tribus pannis exceptis eidem Marquardo pertinentibus, ac vno panno Hartwico Curen pertinente cum VI vlnis scarlatici coloris exemptis. Quare dictum frustum pannorum, dictorum exceptione salua, in vsum meum peto conuerti, saluo iure et vestri gracia mediante. Preterea scientes, quod dicta duo frust[r]a pannorum tran(s) stagnum ex parte vtrobique supra euentum nostrum amborum euentuauimus, eo quod nobis magis certum esse videbatur, quod dicti panni in duobus frustis et duabus nauibus trans aquas, quam in vno frusto et vna naui, euentuarentur. Et sic, vt narratum est, in premissis inter Marquardum et me condicionatum fuerat, Deo teste. Ceterum probantes, me percepisse quosdam dicentes, aliquam societatem inter Marquardum et me, Marquardo viuente, esse et fuisse, quod omnem penitus excludit veritatem. Hoccine coram scabinis ville Brugensis veri ac iusti vinculo iuramenti, non paucis viris ydoneis presentibus et honestis, asserui et legitime verificando demonstraui, ipsam societatem denegando, idemque coram vobis, oportunitate temporis postulante, confirmando sim facturus, nunquam retrograde transiendo huiusmodi verificacionis probacionisque iuramenti. Dicti domini, ville Brugensis scabini, vestre sagacitati eorum litteras ville Brugensis sigillo sigillatas in testimonium duxerunt dirigendas. Quapropter vos, domini mei dilecti, mere propter Deum perpendentes ac perfecte discernentes, quantum consentaneum, congruum et vtile michi foret cum illo societatem contrahere, qui domum, curiam, vxorem et familiam curando retineret, et cum hoc cambio in vestra ciuitate preesset, ponatur societatem inter me et Marquardum infrascriptum esse et fuisse, quod non est. Quod tamen debita Marquardi ex bonis dicte societatis saluo iure non spero persolui, nisi debita dictam societatem tangencia et super ea facta, hinc est, vestre honestatis prudenciam nunc, vt alias, in iuris subsidium requiro, supplicans affectuose, quatinus bona mea, videlicet sexaginta vnum pannos, nulli in mundo principaliter, quam Deo et michi, pertinentes, nullis contradictionibus obstantibus, amore diuine retribucionis, interuentu iusticie, que requirit de jure vnicuique, quod suum est, restituere, ac precum mearum instancia me consequi permittatis non reclamando, domino Constantino, meo

procuratori vero legitime constituto, mei nomine presentantes, tantum in premissis michi facientes, quantum de iure facere tenemini vestro pauperi, mediante iusticia ac iuris gracia, seruitori. Scripta dominica die proxima post vincula Petri apostoli.

*In dorso:* Honorabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, presentetur.

*Nach dem in Briefform gefalteten Originale, auf der Trese, mit den Resten des aufgedrückten Siegels.*

## DCLX.

***Waldemar, Herzog von Jütland, beglaubigt seinen Abgesandten Eckard von Alverstorpe bei dem Rathe zu Lübeck. O. J. (1337.)[1] Sept. 22.***

Viris prouidis ac honestis, amicis suis percordialissimis, consulibus ciuitatis in Lubeke, Woldemarus || Dei gracia dux Jucie sincere dilectionis constanciam cum honoris incremento. Pro multimodis vestris || beneficiis nobis a vobis inpensis et adhuc speramus inpendendis regraciamur et ad plenum vobis regracia||ri non sufficimus quoquomodo, et illam amiciciam, quam vobiscum habemus, libentissime seruare volumus, quamdiu vixerimus. Vnde noueritis, quod mittimus vobis dilectum nostrum famulum Egh(ardum) de Aluerstorpe, exhibitorem presencium, et petimus diligenter, si vmquam aliquid amore nostri facere decreueritis, quod nobis gratum esse poterit in futurum, quatinus verbis suis, que vobis ex parte nostra retulerit, et quicquid penes vos egerit, fidem adhibeatis creditiuam, sicuti vobis locuti fuerimus propria in persona. Nam quicquid apud vos ex parte nostra egerit, sibi proprio ore nostro commisimus peragendum. Valete in Christo, nobis in omnibus precipientes, tamquam amico vestro specialissimo. Scriptum nostro sub secreto, in die beati Mauricii martiris et sociorum eius.

*Auf dem Siegelbande:* Dilectissimis amicis suis, consulibus ciuitatis in Lubeke, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist vom Bande abgesprungen.*

---

1) Eckard von Alverstorpe, welcher als Zeuge in einer Urkunde Waldemar's 1334, Jun. 25. vorkommt (Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. I. 1. S. 487.), scheint durch das obige Schreiben bei den zu Lübeck in diesem Jahre wegen eines zu schliessenden Landfriedens gepflogenen Verhandlungen beglaubigt zu sein, aus denen die Urkunde No. 667. hervorging. Vgl. Detmar. I. 243.

## DCLXI.

*Der Knappe Nicolaus von Bülow bekennt, der Wittwe von Johann Clenedenst und dem Gerhard von Pöl zu Lübeck aus Darlehn 300 Mark Pf. 6 Sch. schuldig zu sein, und verspricht nebst eilf Compromissoren, diesen Betrag Martini nach drei Jahren zu bezahlen. 1337. Oct. 1.*

Ego Nicolaus de Bulowe armiger, commorans in Sibule. Tenore presencium recognosco publice protestando, me teneri || et obligatum esse ex causa veri et iusti mutui michi fauorabiliter prestiti et in vsus meos conuersi honeste matrone || domine Helenburgi, relicte quondam Johannis Clendenst, et Gherardo de Pûle, ciuibus Lubicensibus, eorumque veris heredibus in trecentis || marcis et sex solidis denariorum lubicensium, soluendis eisdem aut eorum heredibus in festo beati Martini proxime affuturi ad tres annos in ciuitate Lubicensi expedite et sine dilacione vlteriori. Pro qua pecunia in termino et loco predictis soluenda ego tamquam principalis debitor fide data promisi dictis creditoribus, ac strennui viri dominus Godscalcus Storm miles, Bernhardus Alcun, Johannes Bellyn, Hermannus Storm, Ludolfus Moltzan, Hinricus Bulowe, Johannes Musteke, Nicolaus Bulowe commorans in Wedewendorpe, Johannes Bulowe in Critzowe, Bernardus frater meus in Sibule, et Danquardus Bulowe armigeri, et quilibet eorum in solidum vna mecum et pro me tamquam compromissores similiter fide data promiserunt. Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillis dictorum compromissorum meorum presentibus est appensum. Et nos Godscalcus Storm miles, Bernhardus Alcun, Johannes Bellin, Hermannus Storm, Ludolfus Moltzan, Hinricus Bulowe, Johannes Musteke, Nicolaus Bulowe in Wedewendorpe, Johannes Bulowe in Critzowe, Bernhardus Bulowe in Sibule et Danquardus Bulowe armigeri, profitentes, nos et quemlibet nostrum in solidum pro prefata pecunia, vt premittitur, soluenda promi(si)sse, in euidens argumentum illius sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum anno Domini M̊C̊C̊C̊XXX septimo, feria quarta post festum beati Michaelis archangeli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, an welchem zwölf Siegel gehangen haben; zehn sind erhalten. Es fehlen die Siegel von Bernhard Alcun (No. 3.) und Hinrich Bulow (No. 7.). No. 8. ist unkenntlich: es scheint das Siegel Joh. Musteke's gewesen zu sein, mindestens findet sich an dessen Stelle (No. 8.) das Siegel von Herm. Storm. Das vorletzte Siegel (No. 11.) führt die Umschrift:* S'. Henekini de Sebvle.

## DCLXII.

*Der Knappe Nicolaus von Bülow bekennt, der Wittwe des Johann Clenedenst und dem Gerhard von Pöl zu Lübeck 56 Mark Pf. 4 Sch. schuldig zu sein, und verspricht nebst drei Compromissoren, den Betrag in näher bestimmten Terminen zu bezahlen. 1337. Oct. 9.*

Ego Nicolaus de Bulowe armiger, commorans in Sibule. Vniuersis tenore presencium cupio fore notum, quod ex || causa veri et iusti mutui teneor et obligatus sum honeste matrone domine Hellenburgi, relicte quondam Johannis || Clenedenst, et Gerhardo de Pole, ciuibus Lubicensibus, eorumque veris heredibus in quinquaginta sex marcis et IIII$^{or}$ solidis || denariorum lubicensium, absque trecentis marcis et sex solidis eorundem denariorum, in quibus eisdem similiter obligor, prout in litteris inde confectis plenius continetur, promittens bona fide soluere eisdem dictas quinquaginta sex marcas et IIII$^{or}$ solidos in ciuitate Lubicensi expedite et sine vlteriori prorogatione in terminis infrascriptis: videlicet decem et nouem marcas minus quatuor solidis in festo beati Martini ad annum proximo, decem et nouem marcas minus IIII$^{or}$ solidis in festo beati Martini tunc proximo sequenti, et vltimas decem et nouem marcas minus IIII$^{or}$ solidis in festo beati Martini tunc immediate subsequenti, quod occurrit sub anno Domini M̊CCĉX̂L Pro qua pecunia, vt premittitur, soluenda strennui viri Johannes de Bulowe commorans in Critzowe, Johannes de Bellin et Bernardus de Bulowe frater meus armigeri vna mecum et pro me tamquam compromissores fide data insolidum promiserunt. Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum dictorum compromissorum meorum sigillis presentibus est appensum. Et nos Johannes de Bulowe commorans in Critzowe, Johannes de Bellin et Bernardus de Bulowe armigeri, compromissores predicti, profitentes, nos promisisse, vt premittitur, in euidens argumentum eius sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum anno Domini M̊CCĉXXXVI̊I̊, in die beati Dyonisii.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den vier anhängenden Siegeln, denselben, welche an No. 661. hängen.*

## DCLXIII.

*Albrecht, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, quittirt die Stadt Lübeck wegen des Johannis fällig gewesenen und Weihnacht fällig werdenden Termins des Schutzgeldes von 500 Mark Pf. 1337. Nov. 30.*

Nos Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardie et Rozstok dominus. Vniuersis presencia || visuris uel audituris recognoscimus lucide protestantes, quod discretos || viros, consules ciuitatis Lubicensis, de quingentis marcis denariorum lubicensium, || quas Bertrammo Kulen, nostro vasallo, nostri ex parte persoluerunt de illa pecunia, quam in festo beati Johannis baptiste nunc elapso nobis pagasse debuissent, simul et de illa, quam in festo natiuitatis Christi nunc venturo nobis dare debent, quitos dimisimus ac dimittimus presentibus penitus et solutos. Jn cuius rei testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum ante castrum Røghelin, anno Domini M̊CC̊CXXX septimo, dominica, qua cantatur Ad te leuaui.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCLXIV.

*Bertram Kule bekennt, von dem Rathe zu Lübeck für Rechnung des Fürsten Albrecht von Mecklenburg 500 Mark Pf. empfangen zu haben. 1337. Dec. 14.*

*Der Rath zu Lübeck bezeugt in einem Schreiben an den Rath zu Stralsund, dass die Brüder Heinrich, Wedekinus, Lubbertus und Johannes von Warendorf vor ihm den Bevollmächtigten des Stralsunder Bürgers Nicolaus von Bremen der Ersteren Haus in Stralsund verlassen haben. 1339. Jul. 6.*

Honorabilibus viris et discretis, dominis . . consulibus in Sundis, . . consules ciuitatis Lubicensis sincere dilectionis constan‖ciam cum seruicio semper prompto. Constituti coram nobis honorabiles et discreti viri, dominus Hinricus canonicus sancti ‖ Nicolai apud nos, Wedekinus, Lubbertus et Johannes fratres dicti de Warendorpe, nostri conciues dilecti, resignauerunt libere ‖ et vnanimiter Johanni Samecowen et Hermanno dicto Bratten, conciuibus nostris, ad manus Nicolai de Bremis, vestri conciuis, quandam domum suam in platea, que dicitur Verestrate apud vos, quam quidem domum discretus vir dominus Johannes dictus de Warendorpe, exhibitor presencium, ad hoc coram nobis vna cum Arnoldo dicto Vûth, vestro conciue, per predictos fratres specialiter deputatus, eidem Nicolao asscribi in librum vestre faciet ciuitatis, ita quod prenominati fratres de Warendorpe in prefata domo redditus quindecim marcarum vestre monete singulis annis obtinebunt, quamlibet marcam pro viginti marcis eiusdem vestre monete reemendam. Fecerunt insuper iidem fratres de Warendorpe coram nobis sufficientem et ydoneam cautionem, quod Hermannus frater ipsorum, nunc in remotis agens, cum ad propria reuersus fuerit, resignacionem domus huiusmodi per ipsos factam habebit ratam, gratam in omnibus et acceptam. De quibus omnibus firmam ad nos habeatis fiduciam et respectum. Datum nostro sub sigillo presentibus a tergo apposito et affixo, anno Domini M̊CC̊C tricesimo nono, in octaua apostolorum Petri et Pauli.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das in dorso aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.*

## DCXC.

*Hermann von Oldinghof urkundet über die wegen seiner in Lübeck auf Betrieb dortiger Bürger erlittenen Haft von ihm geschworene Urfehde. 1339. Sept. 5.*

Omnibus presens scriptum cernentibus Hermenneken dictus de Oldinghoue salutem in Domino. Tenore ‖ presencium recognosco, me sponte, non coactus, debitam fecisse orueydam et iurasse commendabilibus ‖ viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, pro me et pro omnibus et singulis causa mei ‖

facere seu dimittere quitquam volentibus, natis et nascendis, ex eo videlicet, quod Johannes dictus Scutteke et Hinricus de Verden, ciues Lubicenses, me arrestatum detinuerunt in domo preconis, imputantes michi, quod olim in Westualia fuerant captiuati; promittens firmiter bona fide, quod predictam orueydam absque omni dolo inuiolabiliter volo penitus obseruare nec vmquam corde concipere, quod huiusmodi arrestacio et detencio per me seu per aliquem méo nomine debeant aliqualiter vindicari. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum Lubek, anno Domini M̊CC̊C̊XXX̊ nono, die dominica proxima ante festum natiuitatis Marie virginis gloriose.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem in der Umschrift etwas verlöschten Siegel.*

## DCXCI.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über den Verkauf und die Verlassung des Dorfes Kükenitz nebst der Mühle und des Kruges und der Wurthen in Herrenwiek abseiten der Brüder Heinrich und Nicolaus Godetit an das St. Johannis-Kloster zu Lübeck. 1339. Nov. 1.*

Jn nomine Domini amen. Johannes Dei gracia comes Holtsacie et Stormarie. Uniuersis presencia visuris et audituris salutem in Domino sempiternam. Digna || facta mortalium ideo rediguntur in scriptis, ne cito subducantur noticie posterorum. Ea propter notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, discretos viros, || dominum Hinricum rectorem ecclesie in Brughe, et fratrem eius Nicolaum dictum Godetiit, ciuem Lubicensem, de nostro et heredum nostrorumque fidelium, necnon suorum heredum et omnium, quorum interest, maturo consilio et consensu villam suam Kykelitze cum molendino, et taberna in Herinchwic et areis ibidem ad eandem villam pertinentibus, ac omnibus aliis suis pertinencijs et iuribus, prout eam a nostro fideli Volrado de Borstele olim comparauerunt, rite et racionabiliter vendidisse et cessisse reuerendis dominabus abbatisse, priorisse tótique conuentui monialium beati Johannis ewangeliste in Lubeke, pro secentis marcis denariorum lubicensium eisdem fratribus totaliter persolutis et in vsus conuersis eorundem, vt eadem villa et suis attinencijs omnibus cum agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lingnis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, instagnacionibus, piscarijs, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, terminis terminorumque distinctionibus, vt nunc iacent ipsa bona, et cum omni iure, libertate, perpetua proprietate, et cum omnibus supremis, infimis ac intermedijs vniuersis iudicijs, et cum omnibus redditibus, fructibus et emolimentis inde prouenientibus, prout dicti fratres vendi-

tores et eorum predecessores eisdem bonis vsi sunt, sic libere perfruantur et pacifice. Que quidem bona ipsi fratres, dominus Hinricus et Nicolaus, cum suis heredibus proximis et omnibus, quorum interest et interesse poterit, coram nobis legitime resignauerunt, et suo iuri, quod eis in ipsis competabat (!) bonis, penitus renunciauerunt. Et nos propter grata seruicia nobis inpensa et ob deuocionem, quam erga dictas moniales et monasterium gerimus, eis dicta bona in hiis scriptis conferimus accedente consensu omnium, quorum consensus erant requirendi. Et concedimus ipsis monialibus et monasterio beati Johannis, vt dictis bonis, prout olim nostris vasallis pertinebant, cum omnibus pretactis suis attinencijs, juribus, iudicijs, libertatibus, quibus melius et liberius possideri poterunt ipsa bona, cum omnibus redditibus et fructibus inde deriuantibus et proprietate perpetua perfruantur, sic quod nec nobis, nostris heredibus et successoribus, nec cuiquam alteri ad exactiones, precarias, seruicia vectigalium nec aliorum laborum onera dicte moniales et earum coloni aliquatenus sint asstricti in perpetuum. Damus eciam monialibus dicti monasterij, vt dictam villam cum suis attinencijs, juribus et libertatibus omnibus prescriptis possint, quacunque alienacione decreuerint, secundum earundem beneplacitum transferre in quascunque eciam ecclesias et personas, altas vel humiles, ecclesiasticas vel seculares, absque vllo nostro et nostrorum heredum vel cuiuscunque alterius nouo consensu et requisicione, et ordinare possint cum eis loco et tempore, prout sibi viderint expedire. Ut autem hec omnia et singula robur optineant perpetue firmitatis, presens scriptum in euidens testimonium nostro sigillo fecimus firmiter roborari. Actum et datum anno Domini M̊CC̊C tricesimo nono, in festo Omnium Sanctorum. Testes huius rei sunt nostri fideles Nicolaus de Reuentlo, Benedictus de Alevelde et Benedictus eius filius, Johannes de Walezstorpe milites; et Hinricus de Berchoue noster cappellanus, et quam plures alij clerici et layci fidedigni.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCXCII.

***Kaiser Ludwig IV. ertheilt der Stadt Lübeck ein neues Münzprivilegium. 1339. Nov. 5.***

Nos Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Constare volumus || vniuersis sacri Romani imperii fidelibus harum serie litterarum, quod nos prudentibus viris, . . scabinis, || . . consulibus, totique . . communitati ciuitatis Lubicensis, fidelibus nostris dilectis, de nostra augustali clemencia gracio||se con-

cedimus et tenore presencium indulgemus, quod ipsi monetam nummorum per ipsos in dicta ciuitate antiquitus fabricatorum valeant diminuere et mutare, nec non nummos et denarios sub forma alterata et noua inantea fabricare, sub ea tamen condicione et forma, quod census nobis et imperio debitus hactenus et solutus in alio equiualenti mutuo videlicet auro vel argento in progressu temporis nobis nostrisque in Romano imperio successoribus, absque omni nostro dampno nostraque iactura, sine qualibet diminucione census predicti, totaliter exsoluatur et plenarie rependatur, non obstante alteracione monete predicte. Jn cuius rei testimonium presentes conscribi et nostro majestatis sigillo iussimus communiri. Datum in oppido nostro Nurenberg, quinto die mensis Nouembris, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono, regni nostri anno vicesimo quinto, imperij vero duodecimo.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängendem Siegel.*

## DCXCIII.

*Der Ritter Johann von Wernsdorf, genannt von Travemünde, urkundet, dem St. Johannis-Kloster zu Lübeck eine Hufe in Wilbersdorf verkauft zu haben, unter Vorbehalt des Wiederkaufs binnen sechs Jahren. 1339. Nov. 29.*

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Johannes de Wernstorpe dictus de Trauenemunde miles, salutem cum noticia veritatis. Pro‖testor publice per presentes, me cum consensu proximorum meorum heredum ac omnium, quorum consensus erant requirendi, rite et racionabiliter vendidisse, ‖ cessisse ac resignasse reuerendis monialibus, scilicet domine abbatisse, priorisse totique conuentui ac monasterio beati Johannis ewangeliste in Lubeke, ‖ unum mansum meum ad villam Wilberstorpe situm cum areis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubetis, terminis terminorumque distinctionibus et omnibus aliis suis pertinenciis, prout nunc iacet, cum annuis redditibus, scilicet quatuor marcarum lubicensium denariorum, et cum omnibus aliis fructibus, vtilitatibus, necnon cum omni jure, judiciis, libertatibus et condicionibus singulis, prout michi hactenus pertinebat, pro precio quadraginta marcarum lubicensis monete, michi totaliter persoluto et conuerso in necessarios meos vsus, renuncians pro me et meis heredibus omni juri, quod nobis in dicto manso et suis attinenciis competebat, reseruata tamen michi libera auctoritate, quod eundem mansum cum suis attinenciis infra proximos sex annos a data presencium computandos reemere possim in festo beati Michaelis, quando decreuero, pro quadraginta marcis intra ciuitatem Lubicensem eisdem monialibus persoluendis, et redditibus de ipso manso michi in ipso reempcionis termino presentandis. Quam

reempcionem si infra dictos sex annos, vt premittitur, non fecero, post lapsum eorum nec michi nec meis heredibus reempcionis vlla competere debebit auctoritas, sed dictus mansus cum suis omnibus attinenciis, redditibus et fructibus, cum omni jure, judiciis, libertatibus, commoditatibus et perpetua proprietate debet dictis monialibus et monasterio pertinere, sic quod cum eo vendendo, donando, alienando, obligando vel alias ordinando facere poterunt, prout sibi viderint expedire, in condicionibus premissis, sicut michi pertinebat. Super premissis omnibus et singulis firmiter tenendis et seruandis vna mecum data fide promiserunt dominus Hinricus Breyde miles et Johannes filius meus, quod, si obstaculum vel defectum in premissis aut aliquo premissorum passi fuerint, respondere procuratoribus dictarum monialium, quando requiremur, et satisfacere insolidum teneamur, contradictione et excepcione qualibet amputata. Huius rei testes sunt dominus Detleuus de Bocwolde miles, Gherardus Bremer famulus, nec non Hinricus de Bocholte et Marquardus de Cosuelde consules Lubicenses, Nicolaus Aduo||catus et Johannes Coldenbeke ciues Lubicenses, et quam plures alii fidedigni. Vt autem hec rata et firma permaneant, sigilla, videlicet meum et domini Hinrici Breyden et Johannis mei filii predictorum, in euidens testimonium presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini M̊CC̊C̊XX̊X̊ nono, in vigilia beati Andree apostoli.

*In dorso*: Priuilegium pro vno manso in villa Wilberstorpe, comparatum a domino Jo(hanne) de Wernstorpe milite.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhängenden drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCXCIV.

***Aufzeichnung über Rechnungsverhältnisse zwischen Bertram von Hattorp in Thorn und Johann von Camen in Lübeck. 1340. Jan. 1.***

Anno Domini M̊CC̊C̊XL, in circumcisione Domini.

Bertrammus de Hattorpe, ciuis in Torvn, filius quondam Alberti de Hattorpe consulis, tenetur Johanni de Camen, filio Lefardi, C et IX marcas turonensium denariorum, wigariter torvnnesche penninghe. Eciam computacio, quam habuerunt de quibusdam sericis frustis, per Thidemannum de Danceke de Flandria ipsi Johanni predicto missis, vtrobique est complanata, terminata et sopita.

*Aus dem Nieder-Stadtbuche.*

## DCXCV.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet, dass er der Stadt Lübeck 80 Mark Pf. jährlich in dem Zolle zu Oldesloe für 800 Mark Pf., unter Vorbehalt des Wiederkaufs binnen zehn Jahren, verkauft habe. 1340. Febr. 1.*[1]

Vniuersis et singulis presentes literas inspecturis uel eciam audituris Johannes Dei gracia comes Holtsacie et Stormarie salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus || et tenore presencium firmiter protestamur, quod, matura deliberacione prehabita nostrorumque heredum et fidelium plenario accedente consensu, vendidimus et dimi||simus rite et racionabiliter prouidis viris, dominis . . consulibus et communitati ciuitatis Lubicensis, vniuersum theoloneum nostrum in oppido nostro Odeslo pro || octingentis marcis denariorum lubicensium, de quibus nos tenemus pagatos penitus et contentos. Quod videlicet theoloneum per ipsorum nuncium ad hoc per eos deputandum colligent et leuabunt de omnibus et singulis bonis, que tempore vasallorum nostrorum dictorum de Tralowe et hactenus theoloneum dare consueuerunt, cum denariis dictis sakpenninge et punderpenninge, ac de lignis et omnibus aliis ad dictum theoloneum spectantibus in nostro oppido memorato. De dicto vero theoloneo . . consules et communitas supradicti singulis annis subleuabunt et habebunt octoginta marcas lubicensium denariorum, ita quod, si vno anno defectum in dictis octoginta marcis habuerint, in sequentibus annis defectum huiusmodi de prefato theoloneo recipient et implebunt, et quod residuum fuerit, nobis in subsidium redempcionis dicti theolonei conseruabunt. Quam quidem reempcionem . . consules et communitas supradicti nobis ad decem annos a data presencium continue numerandos ex speciali amicicia et gracia concesserunt. Quod si

---

1) Im Memorialbuche von 1318. fol 8ᵃ. findet sich folgende hieher gehörige Aufzeichnung: Notum sit, quod anno Domini MCCC quadragesimo ciuitas emit in theloneo Odeslo redditus LXXX marcarum denariorum anuatim pro octingentis marcis denariorum infra X annos immediate sequentes reemendis per nobilem dominum comitem Johannem Holtzaciensem, prout in suo priuilegio super hoc confecto continetur. Dieselbe ist fast gleichlautend im Kämmereibuche von 1338 wiederholt, wo die Zolleinnahme der einzelnen Jahre zu folgenden Beträgen verrechnet sind: Primo XX marcas et VIII sol. suscepimus anno XL Joh. bapt. Jtem XXXVIII mr. et X sol. octo dies ante Martini. Jtem XX mr. et XIIII sol. Nicholai. Summa LXXX mr. Jtem VIII mr. in purificatione b. Marie. De hiis VIII marcis den. dedimus theloncario III marcas pro suo labore. Jtem anno Domini MCCCXLI primo dedit VII mr. Quasimodogeniti. Jtem V mr. dedit Marie et Magd. Jtem XII mr. Jtem VII mr. conuersionis b. Pauli. Summa XXXI mr., et non plus. Sie betragen

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1342 | 13 ℳ — „ | 1345 | 89 ℳ 9 ß | 1348 | 93 ℳ 6 ß |
| 1343 | 15 ℳ — „ | 1346 | 59 ℳ 14 ß | 1349 | 54 ℳ 5 ß |
| 1344 | 31 ℳ — „ | 1347 | 12 ℳ 10 ß | 1350 | 61 ℳ — „ |

non fecerimus infra terminum iam dictum, quod absit, memoratum theoloneum apud . . consules et communitatem predictos cum omni proprietate, libertate et commoditate, prout nos hactenus possedimus et illi . . de Tralowe supradicti ante nos libere possederunt, perpetuis temporibus remanebit. Jnsuper theolonarius, quem dicti . . consules ibidem statuendum duxerint, de theoloneo expensas suas habebit, ipsumque tamquam familiarem nostrum pre omnibus iniuriantibus tuebimur et specialiter defendemus, eciam si inter nos et vasallos nostros parte ex vna, et ciuitatem Lubicensem et burgenses ibidem parte ex altera gwerre uel dissenciones, quod Deus auertat, fuerint suscitate. Jnsuper nos et heredes nostros presentibus firmiter obligamus, quod nullum nouum theoloneum in detrimentum et preiudicium memorati theolonei in Odeslo debemus inponere uel quomodolibet instaurare. Ceterum excessus per quemcumque perpetratos et questiones, si que emerserint dictum theoloneum tangentes, memorati . . consules et communitas per se uel eorum commissarium secundum ius lubicense iudicabunt et diffinient, nobis aut nostris minime requisitis. Preterea si prefatum theoloneum per quemcumque inpeditum uel inbrigatum fuerit, nos ipsum disbrigare tenebimur nostris sumptibus et expensis. Renunciamus insuper omni beneficio et auxilio iuris uel facti, quibus premissa aut eorum aliquod per nos aut heredes nostros seu quemquam alium inpediri possent infuturum quomodolibet uel infringi. Jn quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̊C̊C̊C̊ quadragesimo, in vigilia purificacionis beate Marie virginis, presentibus dilectis et fidelibus nostris Bertrammo Cremůn canonico Lubicensi, Daniele canonico Hamburgensi, Detleuo de Bůcwolde, Hinrico et Marquardo fratribus dictis Brůcdorp militibus, Longo Beyenuleth aduocato nostro, et Gerlaco de Wetmolte armigero, et aliis fidedignis.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit an grün und roth seidener Schnur hängendem Siegel.*

## DCXCVI.

***Elisabeth, Wittwe des Michael, urkundet über die bei Verheirathung ihrer Tochter an den Rathmann Hermann von Warendorf mit dieser getroffene Auseinandersetzung hinsichtlich des Sammtgutes. 1340. Febr. 2.***

Notum sit, quod ego Elyzabet relicta Michaelis, concedente consilio et consensu ‖ meorum prouisorum [meorum], recognosco et publice protestor, quod, omni‖ dotalicio filie mee, ornamentis et suppellectibus sponsalibus ero‖gatis et persolutis, retineo michi IX$^{c}$ mr. lubicensium denariorum, quibus vtendis temporibus vite mee

liberam habeo potestatem, ita tamen, quod a genero meo, domino Hermanno de Warendorpe, et a dicta filia mea Mechtilde seu ab eorundem veris heredibus ab eis ambobus procreatis minime valeant alienari, exceptis et reseruatis michi III$^{c}$ mr. den. de dictis IX$^{c}$ mr., cum quibus legandi, donandi, distribuendi, vbicumque michi placuerit, meam faciam voluntatem; residue vero VI$^{c}$ mr. ad predictos generum meum et meam filiam post obitum meum integraliter deuoluantur. Nichilominus super istas predictas IX$^{c}$ mr. habeo hinc inde in debitis non solutis quandam summam pecunie, scilicet vltra VIII$^{c}$ mr. lub. den. Quidquid de predictis debitis persolutum fuerit, inde ego Elyzabet recipiam medietatem, aliam vero medietatem recipient gener et filia mea supradicti seu eorundem heredes ab ipsis procreati, et post exitum vite mee pars mea predictorum debitorum seu michi persolutorum ad eosdem, videlicet generum meum et filiam meam, deuoluatur. Testes sunt domini consules Arnoldus de Bardewich et Johannes Clingenbergh. Datum anno Domini MCCCXL, in purificatione beate Marie virginis.

Litterae testimoniales, *auf der Registratur.*

## DCXCVII.

*Der Knappe Siegfried von Buchwald urkundet, dass er dem Lübeckischen Bürger Hermann Crane sein Dorf Malkendorf verkauft habe, unter Vorbehalt eines binnen sechs Jahren auszuübenden Wiederkaufsrechtes. 1340. Febr. 6.*

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Sifridus de Bocwolde filius Sifridi armiger salutem in Domino. Tenore presencium recognosco publice protestando, quod cum pleno || consensu vxoris mee et omnium meorum heredum libera voluntate rite ac racionabiliter obligaui Hermanno dicto Crane, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus || villam meam dictam Malkendorp ad sex annos, in qua quindecim marcarum redditus sunt situati, et octo vncie pullorum redditus, pro centum et viginti quinque || marcis lubicensium denariorum michi omnimode persolutis, quolibet festo beati Martini episcopi intra ciuitatem Lubicensem subleuandos (!), cum omni iure, proprietate, libertate, pratis, pascuis, lignis, rubetis, palludibus, aquarum decursibus, riuis, viis et inviis, cultis et incultis, nemoribus, exitibus, regressibus, et cum omnibus fructibus, tam libere, velud pater meus ipso viuente possedit, et ego postea hucusque vncquam liberius possedi; tali interposita condicione, quod predictam villam infra tres annos inmediate subsequentes cum omnibus condicionibus prehabitis redimere non debeo, sed stare debet ad vsum predicti Hermanni suorum-

que heredum. Quibus preteritis libera auctoritas michi existit reseruata, quod sepedictam villam cum omnibus fructibus redimere valeam infra tres annos alios continue subsequentes, infra quatuor dies celebres festi natiuitatis Domini intra ciuitatem Lubicensem pretacto Hermanno aut suis heredibus iustis prenarratam pecuniam integraliter persoluendo. Quibus vero sex annis transactis, si reempcionem non fecero, extunc prelibatus Hermannus et sui heredes pacifice possidebunt absque mea et omnium meorum heredum inpeticione, tamquam esset ipsorum iusta empcio, sic quod alienando vel per se retinendo absque obstaculo valeant facere, quidquit decreuerint cum eisdem. Super premissis inuiolabiliter seruandis vna mecum insolidum coniuncta manu prestita fide conpromiserunt honorabiles viri Benedictus de Aneuelde senior, Johannes de Kylone, Benedictus de Aneuelde iunior milites, Marquardus Bremere, Elerus de Kylone, Sifridus Parkentin, Otto et Sifridus fratres dicti de Bocwolde de Porin, necnon Volradus de Bocwolde filius Lamberti famuli, in hunc modum, quod prefatus Hermannus, suique veri heredes in predicta villa omnium suorum fructuum a prenarrato Sifrido et de suis heredibus seu de omnibus aliis suis amicis causa ipsius quicquam facere aut dimittere volentibus non debent inbrigari, sed pocius ab eisdem in omnibus licitis promoueri. Ceterum si aliquis prefatum Hermannum suosque heredes aliqualiter molestaret in premissis, iudicio conparere volens, proinde nos obligamus fidetenus et coniunctim, quod Hermanno et suis heredibus debeat satisfieri ab inbrigante. Si non per inbrigatorem sibi satisfieret, quemcumque ex nostris conpromissoribus primo tunc inpeteret, ille per omnia sibi aut suis heredibus satisfacere deberet, ab ipso non recedendo, nisi in ipsius fuerit voluntate. Jn euidens testimonium et cautelam firmiorem meum sigillum vna cum sigillis meorum conpromissorum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini milesimo tricentesimo quadragesimo, dominica proxima post festum purificacionis beate Marie virginis gloriose.

*Nach dem Originale, auf der Trese; von den zehn angehängten Siegeln sind neun grösstentheils wohl erhalten. Das Siegel Otto von Buchwald's ist abgerissen.*

## DCXCVIII.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet, dass Siegfried von Buchwald, nach vorgängigem Verzicht seiner Ehefrau auf ihr in dem Dorfe Malkendorf versichertes Leibgedinge, dieses Dorf dem Lübeckischen Bürger Hermann Crane verkauft habe. 1340. Febr. 12.*

Nos Johannes Dei gracia comes terre Holzsacie ac Stormarie. Vniuersis, ad quos presens scriptum perue‖nerit, salutem in Domino. Recognoscimus et tenore

presencium publice protestamur, quod Margareta || vxor Sifridi de Bocwolde in nostra erat presencia, resignans suo marito Sifrido de Bocwolde omne || eius dotalicium, dictum lifghedinghe, quod recognouimus eam habentem in villa dicta Malkendorpe. Qui videlicet Sifridus vlterius resignauit statim eadem hora resignacionis vxoris sue facte coram nobis Hermanno Crane, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus villam prescriptam, quam sibi rite et racionabiliter vendidit cum omni iure et cum omnibus fructibus suis, prout hucusque possedit. Jn qua quindecim marcarum redditus et octo vncie pullorum redditus debent esse situati, quos ipse Hermannus aut sui heredes ibidem debent inuenire. Ceterum prenominato Sifrido ac suis heredibus libera data est auctoritas, quod a prefato Hermanno et de suis heredibus prelibatos redditus redimere possint pro centum et viginti quinque marcis lubicensium denariorum intra ciuitatem Lubicensem integraliter exponendis infra sex annos continue subsequentes. Qui si non fecerint sex annis preteritis, Hermanni et suorum heredum iusta debent esse empcio, absque Sifridi et suorum heredum inpeticione pacifice possidendo. Omnia premissa acta sunt in ciuitate Lubicensi, presentibus honorabilibus viris Dethleuo de Bocwolde, Hinrico, Marquardo fratribus dictis Brocdorp, Dethleuo Rastorp, Benedicto de Aneuelde iuniore militibus, Elero de Kylone, Marquardo et Gherardo fratribus dictis Bremere, Sifrido Bocwolde de Porin, nec non Marquardo Wlf famulis. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubek, anno Domini M̊C̊C̊C̊ quadragesimo, sabbato proximo ante diem beati Valentini martiris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit an grün und roth seidener Schnur hängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCXCIX.

***Der Rath zu Schwerin schreibt dem Rathe zu Lübeck in Betreff der von Bernhard Koesfeld zu Schwerin getroffenen letztwilligen Verfügung. 1340. Febr. 24.***

Honor(abilibus) viris, dominis consulibus Lubicensibus, consules Zwerinenses obsequij multitudinem et ho||noris. Exposuerunt coram nobis Hinricus Rosenhaghen, aduocatus nobilis domini nostri comitis Zwe||rinensis, Hermannus Munther, Jacobus Pywerstorpe et Jacobus Wendelstorpe, nobiscum in consulatu se||dentes, et recognouerunt manifeste, ipsis presentibus se audiuisse, quod Bernardus Cusuelt, dum sana mente viueret, taliter suum disposuit testamentum, videlicet quod omnia bona sua mobilia et immobilia domino Rotghero, patruo suo dilecto, perpetuo vicario ecclesie Zwerinensis, presentium ostensori, commisit, ad ordinandum cum huiusmodi bonis,

prout sue anime vtilius videbitur expedire, sua debita, si qua sint, inantea persoluendo. Rogamus honestatem vestram, quatenus dictum dominum Rotgherum ad hoc promouere dignemini cum effectu, vt dicta bona, si qua in vestra ciuitate existencia, cum integritate consequatur. Jn cuius rei testimonium sigilla aduocati predicti et nostre ciuitatis presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CCĉ quadragesimo, in vigilia beati Mathie apostoli.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit anhängenden beiden Siegeln.*

## DCC.

***Kaiser Ludwig IV. fordert den Rath zu Lübeck auf, den von Mariä Geburt auf Ein Jahr dem Grafen Berthold von Henneberg überwiesenen Kaiserzins demselben zur Abtragung seiner Schulden schon jetzt auszuzahlen. 1340. Febr. 25.***

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Prudentibus viris, . . magistris consulum ac || consulibus ciuitatis Lubicensis, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum. Scire vos cupimus per presentes, quod || nobilis vir Berchtoldus comes de Hennenberg senior, secretarius noster nobis fidelis dilectus, propter brigas seu disscensiones, || que inter ipsum ex vna et spectabiles viros . . comites . . de Swartzburg ex parte altera dudum suborte fuerunt, debitorum onere multipliciter aggrauatur. Quare fidelitatem vestram attente requirimus et seriosius exhortamur, petentes instanter, quatenus annuum censum, quem a festo natiuitatis gloriose virginis Marie proxime venturo per vnum annum iuxta ordinacionem nostram sibi exoluere debetis, eidem in dictorum debitorum subleuamen iuxta sui requisicionem beniuolencius exoluentes(!). Jn eo nobis complacenciam vstendetis valde gratam. Vosque censu de eodem sic exoluto, si . . Berchtoldus comes de Hennenberg prenotatus, quod absit, medio tempore decesserit, vtpote celsitudinis nostre littere patentes super hoc tradite et confecte declarant euidenter, quittos, liberos et solutos dicimus et clamamus, presencium testimonio litterarum secreto nostro a tergo consignatarum. Datum Monaci, in die beati Mathie appostoli, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, regni nostri anno vicesimo sexto, imperij vero decimo tercio.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit aufgedrücktem zum Theil abgesprungenen Secret.*

## DCCI.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet, dass er dem Lübeckischen Bürger Johann Wetter achtzehn Mark Renten in Petersdorf und zwanzig Mark Renten in Markelsdorf verkauft habe, unter Vorbehalt des Wiederkaufs. 1340. März 3.*[1]

Johannes Dei gratia comes terre Holtzatie ac Stormarie. Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino sempiternam. || Testimonio presentium nos et nostri heredes proximi recognoscimus manifeste, quod cum pleno consensu et libera voluntate rite et || rationabiliter obligauimus discreto viro Johanni Wetter, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus decem et octo marcarum redditus ex || nouem mansis in villa dicta Petersdorpe locatis integraliter recipiendos, et viginti marcarum redditus ex decem mansis in villa dicta Marleuestorpe, situatos libere, percipiendos super Ymbriam constitutis, quibus redditibus frui possint pro eorum voluntate cum omni iure, velud vnquam aliquis rex liberius possidebat, et quemadmodum nos hactenus possedimus ac cum omni jure vsi sumus, pro triscentis et quatuor marcis lubicensium denariorum nobis omnimode persolutis et in vsus necessarios nostros conuersis. Etiam predictus Johannes suique heredes prescriptos redditus resignare et obligare poterint, cuicunque voluerint, pro tanta pecunie summa, sicuti ipsis sunt obligati. Jnsuper nos uel nostri heredes illi uel illis litteram patentem dare debemus, velud predicto Johanni dedimus, quibus sepedicti redditus fuerint obligati per Johannem aut suos heredes prefatos. Ceterum autem est libera nobis reseruata auctoritas, quod, quando antedictos redditus redimere voluerimus, possimus pro tricentis et quatuor marcis monete lubicensis pretacto Johanni aut suis heredibus intra ciuitatem Lubicensem infra quatuor dies celebres festi Pasche integraliter persoluendis. Si non fecerimus, prelibatis redditibus extunc vlterius frui debent, quousque redimemus. Preterea nos nostrique heredes sepedictum Johannem suosque heredes debemus promouere in predictis redditibus, ac nullus nostrorum officialium seu omnes illi nostri causa quidquam volentes facere aut dimittere ipsos in eisdem non debent impedire. Omnia premissa acta sunt in ciuitate Lubicensi, presentibus honorabilibus viris Langhe Plesse, Johanne Meynerstorpe

1) Im Copiarius des Heiligen-Geist Hospitals vom Jahre 1539. fol. 41b. findet sich eine Bestätigungs-Urkunde, ausgestellt an Bürgermeister Heinrich Rapesulver über 18 Mark Lüb. Pf. jährlicher Rente in Petersdorf, welche Graf Johann von Holstein und Stormarn Freitag vor Invocavit 1344 für 144 Mark Lüb. Pf. verkauft habe. Es scheint dies derselbe Verkauf zu sein, von welchem in der obigen Urkunde die Rede ist.

militibus, domino Bertrammo Cremon nostro cappellano litteram presentem sigillante, Longo Beyenulet nostro aduocato, Hinrico Gildemester nostro officiali, Bertrammo Vorrath et Hermanno Cranen ciuibus Lubicensibus. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubek, anno Domini M̊CCC̊X̊L, feria sexta ante dominicam Jnuocauit.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit an rothk seidenen Fäden hängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCII.

*Der Ritter Heinrich von Grönau und dessen Sohn Volkmar urkunden, dass sie dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck zur successiven Abtragung einer Schuld von 60 Mark Pf. Fünf Mark Renten in ihrem Hofe Tüschenbeck überwiesen haben. 1340. März 5.*

Vniuersis presentia visuris Himricus de Gronouwe miles et Volcmarus eius filius salutem in Domino sempiternam. Presentium testimonio recognoscimus et constare cupimus vniuersis, nos cum consensu omnium, qui de hoc fuerant requirendi, resignasse, dimisisse et demonstrasse domui, magistro et fratribus Sancti Spiritus in Lubeke ex causa veri et justi debiti, videlicet sexaginta marcarum denariorum lubicensium, quas ego Hinricus iam dictus eidem domui et fratribus iam dudum exstiti obligatus, redditus quinque marcarum denariorum eorundem in curia nostra Tuschenbeke singulis annis continue a data presentium computandis semper in festo sancti Martini expedite et libere subleuandis(*os*), quousque memorate sexaginta marce domui, magistro et fratribus antedictis sint integraliter persolute, quibus persolutis dicti quinque marcarum redditus ad nos libere reuertentur. Super premissis omnibus firmiter obseruandis vna nobiscum data fide insolidum promiserunt Bertoldus de Ritzerouwe, Volcmarus de Gronowe, Hinricus de Crummesse et Hartwicus frater suus milites; Eghardus et Johannes de Krummesse fratres famuli, vt, si defectus aut obstaculum aliquod fuerit in premissis, nos et quilibet nostrum insolidum in continenti respondere et satisfacere principaliter teneamur. Jn cuius rei testimonium sigilla nostrorum compromissorum vnacum sigillis nostris presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini M̊C̊C̊C̊ quadragesimo, dominica, qua cantatur Jnuocauit.

*Nach einer Abschrift in dem im Archive des Heiligen-Geist Hospitales befindlichen papiernen Copiarius des sechszehnten Jahrhunderts., fol. 61.*

## DCCIII.

*Kaiser Ludwig IV. ertheilt der Stadt Lübeck das Privilegium, Goldgulden und silberne Pfenninge zu prägen. 1340. März 25.*

Nos Ludouicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus.|| Notum esse volumus vniuersis sacri Romani imperij fidelibus presentibus et futuris, quod nos prudentibus viris . . || magistris ciuium, . . aduocatis, . . consulibus . . totique communitati ciuitatis Lubicensis, fidelibus nostris dilectis, de nostre || maiestatis imperialis augustali clemencia concedimus et tenore presencium perpetuo indulgemus, quod ipsi valeant nummos et denarios aureos et argenteos in ciuitate Lubicensi fabricare et licite monetare, sicut ipsis videbitur, quod eis et eorum communitati vtilius fuerit et melius oportunum, ita sane, quod vnus aureus Lubicensis non sit gravior pondere et valore, quam florenus aureus de Florencia, argenteus vero valorem sex hallensium bonorum et datiuorum non excedat. Jnsuper adicimus, quod census annuus, nobis et imperio a prescripta ciuitate Lubicensi debitus hactenus et solutus, in simili vel in alio equiualenti mutuo, videlicet auro vel argento, in progressu temporis nobis nostrisque in Romano imperio successoribus absque omni nostro dampno et sine qualibet diminucione census predicti plenarie exsoluatur. Jn cuius rei testimonium presentes litteras conscribi nostroque maiestatis sigillo mandauimus confirmari. Datum Lantzhut, XXV$^{a}$ die mensis Marcij, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, regni nostri anno vicesimosexto, imperij vero terciodecimo.

*Nach dem Originale, auf der Treue, mit an roth und grün seidener Schnur hängendem Siegel.*

## DCCIV.

*Waldemar IV., König der Dänen und Slaven, Herzog von Esthland, bestätigt den Lübeckern die Befreiung vom Strandrechte in seinem Reiche und die Freiheiten auf den Schonischen Märkten. 1340. Mai 21.*

Waldemarus, Dei gracia Danorum Slauorumque rex et dux Estonie. Omnibus presens scriptum cernentibus seu audientibus salutem in Domino et noticiam subscriptorum. (*Das Folgende bis auf geringe orthographische Abweichungen gleichlautend mit No. 499.*) Testes huius rei sunt Ludowicus Brandenburgensis marchio, et Fredericus Caminensis, Zweno Arhusiensis ecclesiarum episcopi, Vlricus comes de Lindowe, Guntherus comes de Swartzborch, Albertus dominus Magnopolensis,

frater Gheuehardus de Bortvelde ordinis hospitalis sancti Johannis; [1]et Hinricus Rysschach curie magister, Johannes de Boch, Johannes de Plesse milites, necnon[1] Hasso senior de Wedele et quam plures alij fidedigni. Datum et actum Lubeke, [2]in preséncia nostra,[2] anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, dominica proxima ante festum Ascensionis Domini.[3]

*Nach dem Originale, in duplo, auf der Trese. Beide Urkunden tragen an roth seidenen Fäden das wohl erhaltene Secret des Königs. Im Duplicat befinden sich ausser den angemerkten Abweichungen auch sonstige Ungenauigkeitsfehler.*

## DCCV.

***Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, Pfalzgraf am Rhein, Herzog von Baiern und des Heiligen Römischen Reichs Erzkämmerer, bekennt, von der Stadt Lübeck von dem zu Mariä Geburt fälligen Reichszins 400 Mark Pf. empfangen zu haben. 1340. Mai 21.***

Uniuersis hoc scriptum inspecturis Lvdowicus Dei gracia Brandeburgensis et Lusacie marchio, comes Pala[n]tinus Reni, dux Bauarie sacrique Romani || imperii archicamerarius, salutem in Domino cum plenitudine omnis boni. Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod nos ex||assignacione annui census imperialis in ciuitate Lubicensi, per serenissimum patrem nostrum, dominum Ludowicum Romanorum imperatorem, nobis facta, || de illo censu, quem anno Domini millesimo CC̊C quadragesimo, in festo natiuitatis Domine nostre virginis Marie nobis cedere posse putamus, ab ipsis . . consulibus Lubicensibus quadringentas libras denariorum in ciuitate Lubicensi vsualium plene percepimus. De quibus CCCC libris ipsos . . consules et ciuitatem Lubicensem pronunciamus et tenere volumus quitos, liberos et solutos, nos ad hoc insuper astringentes, quod, si in posterum aliquis in dictis CCCC libris denariorum nobis datis se plus iuris, quam nos, habere probauerit, ab illo et ab omni inpeticione dictis . . consulibus racione dictarum CCCC librarum denariorum nobis, vt predicitur, solutarum euenire potenti, ipsos et ciuitatem Lubicensem eripere volumus et debemus. Quod si non fecerimus, tunc ipsi poterunt illas CCCC libras denariorum illi soluere, et nichilominus extunc illas quadringentas libras nobis datas debent de primo censu annuo, qui nobis pro futuris annis primitus cedere poterit, defalcare et suis vsibus reseruare. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus domino

1) Die Worte et — necnon fehlen. 2) in — nostra fehlt. 3) ante festum beati Vrbani pape et martiris (= Mai 21.)

Guntero comite de Schwartzburch, Hinrico de Rysschach curie magistro, Johanne de Buch, Beringero Helo marschalco. Datum Lubeke, anno Domini MCCCXL, post Pascha, dominica, qua cantatur Vocem jocunditatis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Secret.*

## DCCVI.

***Der Rath zu Hamburg urkundet über die in Sachen dieser Stadt wider die Stadt Stade in Betreff des Zolles von dazu deputirten Rathmännern der Städte Lübeck, Bremen und Lüneburg als erwählten Schiedsrichtern getroffene Entscheidung. 1340. Jun. 9.***

In Gades namen amen. Wy rathmanne van Hamborg doet witlik unde apenbar alle denjennen, de dussen breef ansehet unde höret, dat wy umme sake unde schelinge, de upgestahn twischen den wysen lüden, den heren rathmannen unde der gemenen stadt tho Stade af ene sydt, unde uns unde unser ganzen stadt wegen af ander sydt, hebbet gegahn to den ehrhaften lüden, tho heren Constantin unde Herman van Wickede, rathmanne tho Lübeck, heren Gödeke Nakeden unde heren Hinrick Duneldinge, rathmanne to Bremen, tho heren Borcharde van Lüchau unde heren Hinrick van der Mölen, rathmanne tho Lünenborgh, also to fründliken söneslüden unde ratheslüden, de dar von den rathmennen unde van den städen tho gesandt wären. De vorbenömede rathmenne na unser beider bewysinge, breven, worden unde older wahrheit hebbet uns gescheiden, alse hirna geschreven is: Tho dem ersten, dat wy rathmanne unde börgere van Hamborg nicht plichtig en sünd, up to leggende to der stadt to Staden mit unsen schepen unde en sündt dar ok nicht plichtig tho geven tollen. Vortmehr hebben wy edder unserer börger kompanie, lüttik edder groot, in schepen mit ienigen gasten, de Stade öre plicht tho rechte doen schölen, de schepe scholen upleggen to Stade unde öre rechte plicht doen vor sick. Mehr wy rathmanne unde börgere tho Hamborg schöllen nenen toll geven vor unse deel schepen unde gudes, also hirvor beschreven is. Vortmehr de van Stade unde de Strandfresen, de ören marckt to Stade söket, schölet qvit und fryg wesen vam tollen tho dem Nygenwerke. Fahret aber de Strandfresen up tho Hamborg, dar schölen se öre rechte plicht doen liek andere gästen. Desse sake unde stücke fest unde unthobraken tho holden, hebbet gededinget herr Olrick unde herr Thiederik van Kerckhave, herr Lüder unde herr Johann Hagene, rathmanne tho Staden, af ene sydt van des ganzen Rades unde der stadt wegen,

unde herr Nikolaus Frantzoyser, herr Johann Harborg, herr Bertram Tollner unde herr Albrecht Lüneborg, kumpane unses rades to Hamborg, van unser stadt wegen tho Hamborg af andrer sydt. Tho ener betüginge düsser dinge hebben wy dessen breff besegelt laten mit unser stadt ingesegels. Dit is geschehen unde gedinget in dem wiekbilde tho Buxtehude, na Gades borth dusent dreehundert jahre in dem vertigsten jahre, des Frydages in der Pingstweeken. Daraver to tüge wären de wisen ehrhaften lüde herr Nikolaus de prawest van st. Jürgen tho Stade, herr Jven van Borg een ridder, herr Werner van der Hoien een canonicus tho st. Ansgarii tho Bremen, herr Segebade van Ride een preester, Johan Moylike, Johan Grip, Hermann Breethövet und Bartold Korthas rathmanne to Buxtehude.

*Nach dem Abdrucke in (Pratje) Herzogthümer Bremen und Verden. Samml. VI. S. 148 ff.*

## DCCVII.

***Die Brüder Heinrich, Friedrich und Konrad von Zülow sichern den Lübeckern einen Waffenstillstand bis kommende Mariä Geburt zu. 1340. Jul. 8.***

Notum sit vniuersis Christi fidelibus hanc literam inspecturis et audituris, quod nos Hinricus, Fredericus et Conradus || dicti de Czvle fratres promittimus et promisimus per presentes honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus || ciuitatis Lubeke, pro securis et veris treugis . . qui nostri ex parte quicquam facere seu dimittere volencium,[1] || que stabunt ac durabunt a data presencium vsque ad festum natiuitatis beate Virginis proxime nunc futurum. Jn premissorum euidens testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Wyttenbůrch, anno Domini M°C°C°X°L, sabbato ipso die Kyliani martyris et sociorum eius.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCCVIII.

***Marquard von Stove der Aeltere und Otto Galenbeck, Hauptleute zu Kopenhagen, versprechen den Lübeckern, welche zur Zeit der bevorstehenden Märkte der Handlung oder des Heringsfanges wegen nach Kopenhagen kommen möchten, sichern Frieden. 1340. Jul. 8.***

Viris nobilibus dominis et consulibus, amicis nostris specialibus in Lubeke, Marquardus de || Stouw senior ac Otto Ghalenbek in Copmanhafnis capitanei, seruicij

1) Steht so in der Urkunde.

continui incrementum. || Pro piis et fructuosis nobis sepius inpensis benificijs vestro honori non sine graciarum actionibus || inclinamus. Pro possibilitate itaque nostra vestre placere intendentes voluntati, commodis nichilominus vestris insistentes, cum consensu dilecti domini nostri, Holtzacie comitis, decreuimus, vniuersis nomine vestro Copmanhafnis anno presenti racione mercature aut allecium capture tempore nundinarum instancium venientibus tocius commodi dare pacem, nisi tunc, quod Deus auertat, excessus ab aliquo vestrum oriatur, quem ob vestri reuerenciam volumus graciose vtique emendari. Vestre igitur si expedire videbitur honestati, consulimus et persuademus, quatenus huiusmodi pacis securitatisque formam et modum vestris conciuibus vestramque ciuitatem visitantibus mercatoribus dignemini fiducialiter enodare. Nam cooperante Domino vestris nomine vestro illuc venientibus fauorem, amiciciam, profectus et commoda, vti magis expedit, salutifere inpendemus, tales pre ceteris seruicijs diligentes; nobis precipientes in omnibus confidenter. Datum Hafnis, anno Domini M°CC° quadragesimo, octauo Ydus Julij, nostrorum sigillorum sub appen(sione) firmiori.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Die Siegel sind von den Bändern abgesprungen, doch liegen Bruchstücke bei, von welchen eins ein Kleeblatt auf einem Schilde führt, mit der Umschrift: S...TONIS...*

## DCCIX.

***Der Ritter Vicko von Stralendorf und dessen Söhne Marquard und Vicko urkunden über den Verkauf des ganzen Dorfes Altenbukow an das Heilige-Geist Hospital zu Lübeck. 1340. Jul. 13.***

In nomine Domini amen. Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, Vicco de Stralendorp miles, Marquardus et Vicco filij eius salutem in Domino sempiternam. Contractus hominum rationabiles merito litterarum testimonio fulciuntur, vt ipsis[1] obliuio non subtrahat neque dolus. Ea propter notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum olim nobilis noster dominus, Hinricus Magnopolensis, Stargardensis et Rostock dominus pie recordationis, discretis viris, prouisoribus, magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in ciuitate Lubeck, et eorum successoribus et in eorum personis ipsi domui rite et rationabiliter vendidisset villam Oldenbucow cum omni jure, proprietate et libertatibus quibuscumque, et pertinentijs omnibus et singulis ad dictam villam spectantibus, preter precariam solitam super dictam villam et preter manus[2] iuditium et dominium, que vna cum

1) ipsos. No. 710. 2) maius. No. 710.

potestate reemendi dictam villam idem sibi dominus Magnopolensis tunc decreuerat reseruare, postea tamen strennuis viris, dominis Helmoldo de Plesse, Bertoldo Pren militibus, necnon Heynoni, Nicolao et Hinrico filijs domini Heynonis de Stralendorpe iunioris, ac nobis rite et rationabiliter vendidit et dimisit, quibus, scilicet precaria, judicio majore et dominio ac reemptione dicte ville, ex divisione fratrum inter dictos Helmoldum de Plesse, Bertoldum Pren milites, Heinonem, Nicolaum et Hinricum filios domini Heinonis de Stralendorpe junioris[1] et [et] nos Vicconem de Stralendorpe militem, Marquardum et Vicconem eius filios supradictos nunc ad nos solum legittime et hereditarie deuolutis, recognoscimus manifeste, nos de beneplacito nobilis nostri domini, Alberti Magnopolensis, Stargardie et Rostock domini, et suorum fidelium, nostrorum quoque proximiorum omnium de consilio et consensu, dictis honorabilibus viris, prouisoribus, magistro et conuentui dicte domus Sancti Spiritus, et successoribus et in personis eorum ipsi domui pro trecentis marcis lubicensium denariorum nobis integraliter persolutis et conuersis in necessarios nostros vsus rite et rationabiliter vendidisse huiusmodi precariam super dictam villam et omne judicium et dominium ac reemptionem dicte ville per omnem modum et formam, prout ea nobilis noster dominus Hinricus Magnopolensis habuit et nos ab ipso et a nobili eius filio, nostro domino Alberto Magnopolensi, habuimus in hucusque. Profitemur itaque, quod nos aut vllus hominum alius omnino nichil juris, proprietatis aut dominij in dicta villa et bonis deinceps obtinemus, sed quod dicta villa Oldenbucow cum omnibus bonis adiacentibus, mansis, campis et attinentijs, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, nemoribus et rubetis, aquis et liberis aquarum decursibus, instagnationibus et molendinis ac molendinorum nouorum instaurationibus, piscarijs, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, sub eisdem terminis et terminorum distinctionibus, mansorum et territoriorum continentijs, vt nunc iacent, cum omnibus eorum redditibus maioribus et minoribus, cuiuscumque generis prouentus fuerint, cum vsufructibus, vtilitatibus et commoditatibus quibuscumque, et cum omni jure, iudicio supremo et infimo, in collum videlicet et in manum, et omnibus intermedijs iudicijs, cum omni precaria solita et insolita, cum omni quoque libertate et dominio ac proprietate perpetua, prout olim dicto domino nostro, domino Hinrico Magnopolensi, liberius pertinuit, dictis prouisoribus, magistro et conuentui dicte domus Sancti Spiritus in ciuitate Lubek et eorum successoribus et in eorum personis dicte domui, cum omni etiam iure et proprietate ecclesiastica post hanc diem libera et propria in perpetuum pertinebit libere, quiete et pacifice

1) Die Worte ac — junioris sind am Rande von späterer Hand beigefügt.

perpetuo possidenda, sicut ecclesie seu monasteria seu ecclesiastice persone bonis suis liberius frui solent, non obstantibus quibuscumque guerris et litibus aut sententijs cuiuscumque ecclesiastici vel secularis judicis, inhibitionibus, mandatis, vel iuris aut facti exceptionibus quibuscumque. Nec etiam inde dicti prouisores, magistri et conuentus dicte domus Sancti Spiritus et eorum successores nec ipsa domus nec dicte ville coloni debent nobis aut nostris heredibus et successoribus aut vlli alteri hominum ad aliquas exactiones, prestationes, seruitia et vectigalium onera solita vel insolita seu ad aliqua alia grauamina quomodolibet obligari. Renunctiamus insuper omnibus doli mali, non soluti precij, non numerate pecunie et in nostram vtilitatem atque vsum non conuerse exceptionibus, et omni iuris et facti auxilio nobis et nostris heredibus et successoribus competentibus seu in futurum competere potentibus in hijs bonis. Et si quisquam hominum quicquam incausationis aut impeticionis in dictis precaria, judicio et dominio ac reemptione dicte ville se habere conaretur, ab hoc dictos prouisores, magistrum et conuentum dicte domus Sancti Spiritus et eorum successores et in eorum personis ipsam domum extricare tenemur in amicitia vel in iure. Quod vna cum amicis nostris infrascriptis, nostris ad premissa omnia et singula compromissoribus, manu corporaliter prestita promittimus bona fide. Et nos Bertoldus Pren miles, Johannes, Bertoldus filij eius, Conradus, Bernardus et Reymarus fratres dicti de Plesse, Hinricus de Stralendorp frater domini Vicconis de Stralendorpe, Heyno, Nicolaus et Hinricus fratres dicti de Stralendorpe filij domini Heynonis de Stralendorpe junioris, ad premissa omnia et singula compromissores, vnacum predicto domino Viccone de Stralendorpe et suis heredibus similiter et insolidum compromittimus bona fide omnia premissa et singula firmiter et fideliter obseruanda. Jn cuius rei testimonium nostrum omnium sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum anno Domini M°CC°X°L, in die Margarete virginis.

*Nach dem 1359 angelegten Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales. fol. 110b sq.*

## DCCX.

*Albrecht, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, urkundet über den abseiten des Ritters Vicko von Stralendorf geschehenen Verkauf des ganzen Dorfes Altenbukow an das Heilige-Geist Hospital zu Lübeck. 1340. Jul. 15.*

Jn nomine Domini amen. Albertus Dei gratia Magnopolensis, Stargardie et Rostock dominus. Omnibus, ad quos peruenerit presens scriptum, salutem in

Domino et subscriptorum agnoscere veritatem. Contractus hominum rationabiles merito litterarum testimonio fulciuntur, vt ipsos obliuio non subtrahat neque dolus. Ea propter notum esse volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod, cum olim illustris et dilectus pater noster et dominus, dominus Hinricus Magnopolensis, Stargardie et Rostock dominus pie memorie, discretis viris, prouisoribus, magistro et conuentui domus Sancti Spiritus in ciuitate Lubeke, et eorum successoribus et in eorum personis ipsi domui pro mille et trecentis et sexaginta marcis lubicensium denariornm dilecti patre[1] nostro integraliter persolutis et conuersis in ipsius vsus necessarios et etiam terre nostre rite et rationabiliter vendidisset villas Racow, Rossow et Oldenbucow cum omni jure, proprietate et libertatibus quibuscumque et pertinentijs ad dictas villas spectantibus, preter precariam solitam super dictas villas et juditium maius et dominium, que vnacum potestate reemendi dictas tres villas sibi dilectus pater noster tunc decreuerat reseruare, postea tamen strennuis viris Helmoldo de Plesse, Bertoldo Preen et Vicconi de Stralendorpe militibus, ac Heynoni, Nicolao et Hinrico filijs domini Heynonis de Stralendorpe iunioris rite et rationabiliter vendidit et dimisit. Ex diuisione vero inter eos legittime facta precaria super villam Oldenbvcow et maius iuditium et omne dominium vna cum reemptione dicte ville ad Vicconem de Stralendorpe predictum militem et ad eius heredes solum cessit legittime et hereditarie deuoluta. Nunc autem idem Vicco de Stralendorpe miles et eius heredes de nostro et fidelium nostrorum, suorum proximiorum quoque omnium ac omnium, quorum intererat, beneplacito, consilio et consensu, dictis prouisoribus, magistro et conuentui dicte domus Sancti Spiritus et eorum successoribus et in eorum personis ipsi domui pro trecentis marcis lubicensium denariorum sibi integraliter persolutis et in vsus eorum necessarios conuersis, prout ipsi coram nobis personaliter oretenus sunt confessi, rite et rationabiliter vendiderunt dictam precariam super villam Oldenbücow, omne iudicium et dominium ac ipsius dicte ville reemptionem et resignauerunt legittime coram nobis, nichil iuris omnino in dicta villa reseruantes. Renunctiaverunt insuper omni actioni et exceptioni doli mali, precij non soluti, non numerate pecunie et in vtilitatem eorum atque vsum non conuerse, et omni alij iuris et facti auxilio ipsis et eorum heredibus aut successoribus competentibus seu infuturum competere potentibus in hijs bonis, ita quod villa Oldenbucow cum omnibus bonis adiacentibus, mansis, campis et attinentijs, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, lignis, nemoribus et rubetis, aquis et liberis aquarum decursibus et instagnationibus, molendinis et

1) l. dilecto patri.

molendinorum nouorum instaurationibus, piscarijs, vijs et inuijs, exitibus et regressibus, sub eisdem terminis et terminorum distinctionibus, mansorum et territoriorum continentijs, vt nunc iacent, cum omnibus eorum redditibus maioribus et minoribus, cuiuscumque generis prouentus fuerint, cum vsufructibus, vtilitatibus et commoditatibus quibuscumque, et cum omni jure et iudicio supremo et infimo, in collum videlicet et in manum, et omnibus intermedijs iudicijs, et cum omni precaria solita et insolita, cum omni quoque dominio, libertate et proprietate perpetua dictis prouisoribus, magistro et conuentui dicte domus Sancti Spiritus in ciuitate Lubeck et eorum successoribus et in personis eorum ipsi domui post hanc diem libera et propria integraliter et totaliter imperpetuum pertinebit, sicut nostris progenitoribus olim liberius pertinuit, quiete, libere et pacifice perpetue possidenda, non obstantibus quibuscumque guerris et litibus aut sentencijs cuiuscumque judicis ecclesiastici vel secularis, inhibitionibus, mandatis vel alijs iuris aut facti exceptionibus quibuscumque. Nec etiam inde dicte[1] prouisores, magister et conuentus dicte domus Sancti Spiritus nec eorum successores nec ipsa domus nec dicte ville coloni debent nobis aut nostris heredibus et successoribus aut vlli alteri hominum ad aliquas exactiones, prestationes, ad aliqua seruitia et vectigalium onera solita vel insolita seu ad aliqua alia grauamina quomodolibet obligari. Nos quoque de nostro nostrorumque fidelium beneplacito, consilio et consensu dictam villam Oldenbucow et bona in omnibus suprascriptis conditionibus et libertatibus ac omni dominio dictis prouisoribus, magistro et conuentui Sancti Spiritus in ciuitate Lubek et eorum successoribus et in personis eorum ipsi domui Sancti Spiritus contulimus pleno iure, cum omni proprietate et dominio quiete, libere et pacifice in perpetuum possidenda(m). Preterea nos renunctiamus et cedimus omni nostro jure, proprietate[2] et dominio nobis et nostris heredibus vel successoribus competentibus aut in futurum competere valentibus in hijs bonis simpliciter et de plano, dictam villam et bona, solum et fundum eius cum omnibus et singulis suprascriptis conditionibus, libertatibus et juribus resignantes ecclesiastice libertati, ita quod dictam villam et bona pro suis et dicte domus Sancti Spiritus vsibus retinendi vel in ecclesias aut monasteria aut in alias personas ecclesiasticas vel seculares transferendi, vbi et quando decreuerint, absque nostri et nostrorum heredum et successorum aut vllius homini(s) requisitione, consensu et voluntate in omnibus iuribus et conditionibus hic contentis habebunt liberam optionem. Et si quisquam hominum quicquam incausationis seu impeticionis in dicta villa et bonis se habere conabitur, hoc nos extricare tenemur in amicitia

1) l. dicti. 2) l. juri, proprietati.

vel in iure. Jpsi preterea in nostris ciuitatibus, opidis et villis et in terris nostris omni pace et securitate pro[1] nobis gaudere debebunt vndique et pre nostris. Si preterea propter caristiam aut aliam causam forte quamcumque in terris nostris prohibitio facta fuerit, vt annona non educatur, hijs tamen non obstantibus, annonam, que eis prouenerit de hijs bonis, libere possunt educere per terras siue per aquas pro sue libitu voluntatis. Testes sunt huius honorabiles viri Otto de Diuizse, Nicolaus de Helpede et Lippoldus Bere milites nostri fideles; Bertoldus Ruffus et Helmoldus de Plesse nostri clerici et notarij, et quamplures alij clerici et laici fidedigni. Vt autem premissa omnia et singula stabilia permaneant atque firma, presentes litteras desuper conscriptas nostro appendente sigillo iussimus sigillari in verum testimonium omnium premissorum. Actum et datum anno Domini MCCCXL, in die Diuisionis Apostolorum.

*Nach dem 1839 angelegten Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales. fol. 112b sq.*

## DCCXI.

***Heinrich, Bischof, und gesammtes Capitel der Lübeckischen Kirche erklären sich in Betreff eines von dem Rathe zu Lübeck bei der St. Jacobi-Schule angelegten Kloaks. 1340. Jul. 15.[2]***

Hinricus Dei gracia episcopus, . . prepositus, . . decanus totumque capitulum ecclesie Lubicensis. Omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in‖ Domino sempiternam. Recognoscimus et publice profitemur, quod, quia honorabiles viri, domini . . consules Lubicenses, nomine ciuitatis Lubi‖censis, pia inducti affectione, ad commodum scolarium apud ecclesiam sancti Jacobi in dicta ciuitate scolas frequentancium iuxta ipsas ‖ scolas in solo et in fundo ciuitatis cloacam fieri seu edificari fecerunt, ipsi domini consules possunt, eciam nobis non requisitis, eandem cloacam, eo quod in solo et in fundo ciuitatis sita sit, si et quandocumque voluerint, destruere penitusque planare, et absque nostra et cuiuslibet hominum requisicione illud spacium ad ciuitatis vsum reaccipere in omni, sicut reuera ciuitati pertinet, libertate. Et in hoc ipsi et eorum successores consules Lubicenses nomine ciuitatis Lubicensis habebunt in perpetuum plenam et liberam potestatem, nostra seu vllius hominis contradictione qualibet non obstante. Cuius rei nos vnanimiter testes sumus et in eius testimonium presentes litteras nostro et nostri capituli

1) l. pre. 2) Vgl. No. 679.

sigillis dictis dominis consulibus eorumque successoribus et ciuitati Lubicensi dedimus sigillatas. Anno Domini M̊CC̊C quadragesimo, in die Diuisionis Apostolorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese. mit beiden Siegelbändern; die Siegel fehlen.*

## DCCXII.

***Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, verspricht den Städten Lübeck, Stralsund, Wismar, Campen, Stavern, Harderwyk und denen von der Zuidersee, so wie dem gemeinen Kaufmanne, für den Waarenverkehr zwischen Lübeck und Hamburg sicheres Geleite. 1340. Aug. 3.***

Johannes Dei gracia comes Holtsacie et Stormarie. Vniuersis . . consulibus et communitatibus ciuitatum Lubeke, Stralessund, Rostock, Wis‖marie, Campen, Stoueren, Herderwik ac omnium aliarum de Sudersee ceterisque mercatoribus vniuersis salutem in Domino sempiter‖nam. Noueritis, nos propter bonum pacis et defensionem communis mercatoris oppidum Odeslo cum omnibus attinenciis suis com‖parasse. Eapropter vos vniuersos et singulos sub nostre pacis et firme tuicionis vna cum vestris bonis presidium recipimus per presentes, vt bona vestra inter ciuitates Lubeke et Hamborch infra hinc et festum Pasche nunc proxime affuturum secure et pacifice deducere sub nostro firmo conductu et stabili valeatis. Adicimus nichilominus per presentes, quod omnia dampna, que huiusmodi bonis inter dictas ciuitates sub nostro conductu deferendis illata fuerint, integraliter refundere tenebimur et ex toto. Jn cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini M̊C̊C̊C̊ quadragesimo, in Jnuencione sancti Steffani prothomartiris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCXIII.

***Die Landgeschwornen der Insel Fehmarn urkunden über die von dem Grafen Johann III. von Holstein und Stormarn dem Lübeckischen Bürger Johann Wetter verkauften 38 Mark Renten in den Dörfern Petersdorf und Markelsdorf. 1340. Aug. 23.***

Vniuersis presentia visuris jurati terre Ymbrie salutem in Domino. Noscant vniuersi, quod nobilis vir, dominus noster, Johannes comes Holtzacie et Stormarie,

nos expediuit, se discreto viro Johanni dicto Wetter, ciui Lubicensi, et suis veris heredibus obligasse cum omni iure et libertate, prout ipse liberius habuit, triginta et octo marcarum redditus sitis(os) in villis Peterstorpe et Marleuestorpe apud nos in Ymbria: in Peterstorpe decem et octo marcarum redditus de nouem mansis, in Marleuestorpe sedecim marcarum redditus de octo mansis et quatuor marcarum redditus de pratis, et hoc pro tricentis et quatuor marcis lubicensium denariorum sibi persolutis, ita quod ipse Johannes Wetter predictus vel sui heredes, si necesse habuerint, dictos redditus cum omni jure alijs personis quibuscunque obligare poterint pro summa pecunie prius tacta, quibus ipse dominus noster, comes Johannes, suas litteras apertas dare tenebitur super tali obligacione requisitus. Dictos vero redditus pretactus dominus noster vel sui heredes redimere poterint, quandocunque ipsis placuerit et voluerint, pro tricentis et quatuor marcis, ita quod denarii exsoluentur in Lubik infra quatuor dies celebres vnius festi Pasche. Et quamdiu dictos redditus non redimerint, Johannes Wetter vel sui heredes ipsis redditibus cum omni iure vti debeant, inpedimento quorumlibet procul moto. Et nos rogati a dicto domino nostro sigillum nostre terre presentibus apposuimus in noticiam premissorum. Datum anno Domini M̊CC̊CX̊L, in vigilia Bartholomei apostoli.

*Nach einem vom Lübeckischen Bischofe Bertram 1352, Dec. 20. (Vig. Thom.) ausgestellten Transsumpte, auf der Trese. Das anhängende Siegel ist zur Hälfte erhalten.*

## DCCXIV.

***Johann, Sohn des Thomas von Bauseye zu Lynn, bekennt den Empfang der in dem Testamente seines Vaters ihm hinterlassenen 20 Pf. Sterling. 1340. Aug. 25.***[1]

Pateat vniuersis per presentes, quod ego Johannes filius Thome de Bauseye, apotecarii quondam burgensis Lenne Episcopi, recepi de || Agnete quondam vxore dicti Thome de Bauseye, matre mee(a), viginti libras sterlingorum, quas dictus Thomas michi in testamento || suo legauit de vendicione tenementi sui post mortem Agnetis vxoris sue. Et quod quidem tenementum iacet ex oposito ecclesie sancte || Margarete Lenne ad capud occidentale dicte ecclesie. De quibus vero viginti libris sterlingorum fateor me plenarie esse paccatum per predictam Agnetem causa testamenti patris mei, relaxando insuper executoribus testamenti dicti Thome de Bauseye omnimodas actiones, peticiones, transgressiones, calumpnias, querelas et demandas quascumque inter nos prehabitas racione alicuius contractus, conuencionis, trans-

1) Vgl. No. 468.

gressionis cuiuscumque, placiti, compoti, debiti racione testamenti supradicti seu alicuius alterius tituli ab inicio huius mundi vsque in diem confectionis presencium litterarum. Jn cuius rei testimonium huic atquietancie sigillum meum apposui. Datum apud Lenne Episcopi, d(i)e Veneris proxima post festum sancti Bartholomei apostoli, anno regni regis Edwardi tercij post conquestum Anglie quarto decimo, regni vero sui Francie primo, hijs testibus: Ricardo de Dockynge, Waltero le Glaswrythe', Philippo Wyth', Petro de Hydingham, magistro Willelmo de Bek clerico, Willelmo de Tilneye clerico et alijs.

*In dorso:* Aquietancia Johannis de Bauseie de XX^ti^ libris sibi legatis.

*Nach dem Originale, auf der Treve. Vom ersten Siegel ist nur das Band erhalten, das zweite zeigt ein Lamm.*

## DCCXV.

***Die Rathmänner zu Lübeck bezeugen, wie nach altem Herkommen in Hamburg, Lübeck und anderen benachbarten Städten es sich mit den Gerechtsamen der Bürgermeister, den übrigen Rathmännern, und des Raths, der Bürgerschaft gegenüber, verhalte. 1340. Sept. 1.***

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos consules civitatis Lubicensis presentibus publice protestamur, quod a X. XX. XXX. XL. L et LX annis citra et ultra et a tempore et per tempus, cuius contrarii seu principii memoria hominum non existit, etiam de consuetudine antiqua et hactenus pacifice observata fuit et est adhuc observata et observatur in ipso opido Hamburgensi, quod, quando et quoties negotia ponderis alicuius incumbebant dicto opido et universitati Hamburgensi expedienda, oportebat et oportet necessario pro tunc proconsules dicti opidi, si expeditio talium negotiorum debebat sortiri effectum et tenere, consules alios dicti opidi specialiter super hoc requirere et de eorum determinatione et mandato speciali negotia ipsa expedire. Alias expeditio ipsa nullius fuit et est momenti. Jtem quod, quotiens et quando aliqua negotia ardua et magna predicto opido et universitati Hamburgensi incumbebant, utpote super jure aliquo ipsius opidi et universitatis preiudiciali seu ius vel statum aliqualiter tangente vel similia, oportebat et oportet necessario proconsules et consules Hamburgenses, si expeditio hujuscemodi negotiorum robur firmitatis habere debebat, super hoc requirere et optinere specialiter consilium et consensum magistrorum officiorum mechanicorum ac universitatis dicti opidi et de eorum consilio et consensu ea expedire. Quodque etiam officium, prerogativa et potestas proconsulum Hamburgensium est dumtaxat expedire ea, que ipsis pro utilitate opidi et juris ipsius injunguntur expedienda per consules

dicti opidi iuxta determinationem et decisionem ipsorum consulum in casibus ad ipsos pertinentibus. Et si ipsi tunc proconsules contra huiuscemodi iniuncta aliqua attemptarent, illa nullius optinebant et optinent roboris firmitatem. Et sic communiter et nostris ipsis temporibus et per ipsa tempora, ut premittitur, fuit habitum et reputatum et habetur et reputatur in dicto opido et in civitate nostra memorata et civitatibus et opidis circumvicinis. Jn cujus rei testimonium sigillum civitatis nostre presentibus est appensum. Datũm anno Domini MCCCXL, prima die mensis Septembris.

*Nach dem Abdrucke in Lappenberg Programm zur dritten Secularfeier der bürgerschaftlichen Verfassung Hamburgs. Hamb. 1828. S. 43 fg.*

## DCCXVI.

***Kaiser Ludwig IV. versichert der Stadt Lübeck das Privilegium, Goldgulden und silberne Pfenninge zu prägen. 1340. Nov. 28.***

*(Uebereinstimmend mit No. 703.; nur fehlt Z. 10.* valorem *und Z. 12.* in *vor* simili. *Schluss:)* conscribi, bulla nostra aurea signoque nostro consueto iussimus communiri. Datum Monaci, XXVIII die mensis Nouembris, anno etc. *(wie oben).*

Signum domini Lud(ouici) quarti Dei gracia Romanorum imperatoris inuictissimi.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit dem kaiserlichen Handzeichen und an grün seidenen Fäden hängender Bulle.*

## DCCXVII.

***Die Landgeschworenen von Fehmarn urkunden, dass der Ritter Johann von Walstorf die von dem Grafen Johann von Holstein erkauften 20 Mark Pf. Renten in den Dörfern Neujellingsdorf und Sartjendorf wiederum wiederkäuflich an die Brüder Vicke, Hinseke und Emeke von Oldenburg, Bürger zu Lübeck, verkauft habe. 1340. Dec. 2.***

Alle den ghenen, de dessen breef seen vnde horen, den wunsche we lantsworne van Vemmern eweghen heyl an Gode. Vnde bekennet in dessen ieghenwardeghen scrift openbare to betugende, dat we ghehort vnde seen hebbet vses heren bref, greue Johannes, de des bekent openbare an sineme breue, dat he mit beradeneme mode hebbe ghesettet sineme leuen riddere, har Johan van Walstorpe, vor twehundert mark lubischer penninghe twelf mark gheldes optoboren van ses

houen in deme dorpe to Nygghen Gellendestorpe, vnde achte mark gheldes opthoborene van ver houen in deme dorpe tho Tzarthenderpe de gheleghen sint mit vns in deme lande tho Vemeren. Dit vorbenomede gůt heft de selue har Johan van Walstorpe mit siner gansen volbort voort ghesettet vor twehundert mark der vorsprokene penninghe den erbaren luden, Vicken, Hinseken, Emeken, de brodere ghenůmet sent van Oldenboreh, borgheren tho Lubeke, vn eren rechten erfnamen, vnde heft id en opghelaten vor eme vnde heft se darin weldeghet, also dat se vnde eren rechten erfnamen des seluen gódes scholen bruken mit al deme rechte vnde mit al der nuth, also it gheleghen is, ane ienegherhande hinder edder weddersprake, also langhe bet he edder sin nakomelinghe dat vorbenomede ghud losen van en vor twehundert mark der vorsprokenen penninghe gantzeliken, in der stat to Lubeke tho beredende vnbewóren. Vnde wanne de penninghe en edder eren erfnamen bereed sin, so schal dat vorbenomede ghůd wedder wesen syn edder sinen nakomelinghen vry, also id ere was. Tho ener openbaren bethughinge alle desser vorsprokenen stucke hebbe wy vse ingheseghel henghet thů desser scryft. Dit is ghescheen vnde screuen na Godes bort drutteynhundert jar in deme veertheghesten jare, des neghesten Sonnauendes na sunte Andreas daghe.

*Nach einem auf der Trese befindlichen undatirten Transsumpte des Bischofs Bertram von Lübeck, welcher zugleich No. 749. enthält.*

## DCCXVIII.

***Der Rath zu Dorpat schreibt an den Rath zu Lübeck wegen der durch den Ritter Conrad Preen, vormals Dänischen Hauptmann zu Reval, angehaltenen Güter und geübten Bedrückungen. O. J. (Nach 1340.)***[1]

Honorabilibus viris et circumspectis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubeke, amicis suis presinceris, . . consules in Tarbato cum mera || dilectione et amicicia obsequia sua prompta. Honorabilitatem vestram cupimus non latere, quemadmodum per conciues vestros Marquardum Volkestorp et || Tidekinum Pallas vobis forsan prius est relatum, quod dominus Conradus dictus Preen miles, quondam capitaneus Reualiensis, anno proxime preterito || in Quadragesima predictos ciues vestros et nonnullos conciues nostros, eis versus Nogardiam declinantibus, duobus tamen de nostris conciuibus sub bona securitate et amicicia per suum filium Petrum primo ad se

1) Für die Zeitbestimmung sind die bei Sartorius. II. S. 362 f. zu No. 147. abgedruckten Anmerkungen zu vergleichen.

uocatis, post hec alios cum bonis omnibus, inter que erant bona eciam ciuium Wisbycensium, de terminis et territorio Ruthenorum Nogardensium ad castrum Narwie reduci permisit violenter, imponens eis, quod vias indirectas, quas non debebant, transiuissent, racione cuius ipse dixit eos penam vite et bonorum priuacionem incurrisse, coartans eos ad hoc, si cum bonis uellent euadere, quod fide data et sub honore iuramento addito, ut didicimus, promiserunt, se et bona sua ibidem secum habita uel eorum commutaciones in festo Penthecostes tunc proximo in castrum Narwie predictum, castro circumuallato uel non, debere representare: super quo quosdam de vestris conciuibus et de nostris patentem literam, quam ipse dominus Conradus pro suo placito conscribi fecerat, inuite oportuit sigillare. Eapropter dicto domino Conrado in castro Wittensten captiuo detento, transmisimus illuc quendam consulatus nostri socium secum de premissis gracia placitandi, vbi tunc eciam dominus magister Liuonie, commandator de Velin, commandator in Perona et aduocatus Yerwie presentes erant, in quorum presencia placita de hoc facto et colloquia tractabantur. In quibus quidem placitis prenotatus dominus Conradus dixit, se ipsam causam in prenominatos dominos, magistrum Lyuonie, commandatorem de Velin, commandatorem in Perona, necnon dominum Woldemarum de Dolen et dominum Johannem de Ykesculle milites et ad eorum dicta velle compromittere, vt, quicquid ipsis, dum conuenirent de hoc facto, iustum videretur, quod in hoc deberet consistere et manere. Sicque cum prefatus magister Lyuonie et quidam sui commandatores cum reuerendo in Christo patre et domino nostro, domino Wescelo episcopo Tarbatensi, presentibus dominis Woldemaro de Dolen et Johanne de Ykesculle predictis ac Engelberto de Thysenhusen milite pluribusque aliis fidedignis, placita postea celebrarent, direximus ad eos quosdam nostri socios consulatus, postulantes et petentes, quatenus ipsi vellent ibidem declarare, quid eis de hoc facto expedire et iustum videretur. Litera vero patente, cuius copiam huic annexam vobis mittimus, que per dominos, qui vna cum dicto domino Conrado, prout in eadem continetur, pacem inter christianismum ex parte vna et Ruthenos Nogardie parte altera, gwerra inter christianitatem et Plescowenses pendente, denuo confirmauerant, exstitit sigillata, coram eis ibidem publice lecta et audita, sepedictus dominus magister Lyuonie et alii domini respondentes dixerunt, quod secundum illius tenorem litere antedictus dominus Conradus contra prenotatos ciues minus iuste processisset, et quod ipsi inculpabiles essent in hac parte. Sed quia sepedictus dominus Conradus premissa pro nunc vlt minime consentire uel seruare, sinceritatis vestre circumspectionem attente deprecamur, quatenus, si contra nos uel nostros conciues de huiusmodi coram domino rege Dacie uel alibi aliquam perceperitis fieri mencionem, pro nobis et

nostris esse dignemini et velitis nostri amoris et perpetui seruicii interuentu, sicut pro vobis et vestris pro nostra facultate libenter faciemus. Pro litera insuper prelibata, quam vestri et nostri conciues super premisso sigillarunt, rehabenda satis laborauimus, licet eam adhuc non sumus consequti, et quantum sufficimus, intendimus laborare; facturi igitur in premissis, vt de vestra circumspecta confidimus honestate. Jn Christo valete. Si quid inde vobis occurrerit, nobis petimus reuelari. Scriptum nostro sub secreto, octaua Corporis Christi.

*In dorso*: Honorabilibus viris et circumspectis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubeke, amicis suis presinceris, presentetur.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit den Einschnitten für das Siegelband und den Resten des aufgedrückten Siegels.*

## DCCXIX.

***Der Ritter Johann Lützow bittet die Lübeckischen Rathmänner Heinrich Pleskow und Eberhard von Alen um Einzeugung eines von dem Rathe zu Lübeck in einer von Grabow dahin gelangten Streitsache gesprochenen Urtheils. (O. J. 1329—41).***[1]

Laudabilibus viris ac preclaris, dominis Hinrico Plessekowe et Heuehardo de Alen, || Johannes Lutzowe miles obsequiosam in singulis complacendi voluntatem. Noueritis, || quandam discordiam cum duobus ciuibus in Grabowe me habere ex hoc, quod meum aduocatum || in sede iudicis, ut michi innotuit, wlnerauerunt, ut coram dominis in Lubeke prius resonauit. Et omne a dictis inuentum, cum peruenerint in Grabowe, totaliter negant et abrenunctiant, non dicentes verum finem. Vnde vestre honestati duos ciues residentes in Grabowe transmitto per presentes, deprecans precibus studiosis, quatenus mei perpetui seruicii intuitu iterato eis diffiniatis diffinitum, michi per eosdem demandantes, quod in omnibus glisco promereri. Datum Grabowe.

*In dorso*: Laudabilibus viris, dominis Hinrico Plessekowe et Heuehardo de Alen, detur.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit den Siegelbandeinschnitten. Das Siegel ist abgesprungen.*

---

1) Eberhard von Alen kommt als Rathmann zuerst 1328 vor, und der Rathmann Heinrich Pleskow ist 1341 gestorben. Im Jahre 1321 waren Land und Stadt Grabow mit hohen und niederen Gerichten von Heinrich II. von Mecklenburg an Ritter Wipert von Lützow und dessen Brüder als erbliche Lehnherrschaft verkauft. von Lützow Geschichte von Mecklenburg. 2. S. 129. Anm. 3.

## DCCXX.

*Kaiser Ludwig IV. urkundet, dass er den Reichszins der Stadt Lübeck dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg bis zur Abtragung der diesem schuldigen 6000 Mark Silbers angewiesen habe. 1341. März 11.*

Nos Ludewicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Tenore presencium profitemur et constare uolumus uniuersis, quod nos illustri Ludewico marchioni Brandeburgensi, primogenito et principi nostro karissimo, obsequiorum suorum fidelium nobis et imperio benivolentius factorum gracia, quorum refusionis occasione sibi suisque heredibus in sex milibus marcarum argenti puri tenemur et obligamur, pensionem ciuitatis Lubicensis annuis temporibus nobis et imperio debendam locauimus tam diu sine inquietacione qualibet percipiendam, quousque ipsi Ludewico prefato suisque heredibus predicte pecunie quantitas per nos aut nostros successores integraliter persoluatur,[1] presentibusque de plenitudine nostre imperialis maiestatis decreuimus obligare. Jn cuius etc. Datum Monaci, XI die mensis Marci, anno Domini MCCCXL primo, regni nostri anno XXI, imperii vero XIIII.

*Aus einem gegenwärtig im Königlich Preussischen geheimen Archive zu Berlin befindlichen gleichzeitigen Copiarius des ehemaligen Bischöflich-Lübeckischen Archives. Ueberschrift:* Deputatio pensionis ciuitatis Lubicensis domino marchioni Brandenburgensi.

## DCCXXI.

*Johann III. und Heinrich II., Grafen zu Holstein und Stormarn, und Adolf, Graf zu Holstein und Schauenburg, urkunden über den mit den Städten Lübeck und Hamburg geschlossenen Vertrag wegen der zwischen beiden Städten von ihnen zu geleitenden Güter. 1341. März 26.*

Wi Johan vnde Hinrich van Godes gnaden greuen thu Holzsten vnde thu Stormeren, vnde Alf greue dar selues vnde thu Scouenborgh.‖ Betughet vnde bekennet in dessem openen breue, dat wi mit vsen sunderliken vrunden, den rathmannen thů Lubeke vnd thů Ham‖borgh, hebbet ghedeghedinget vnde ouer en ghedregen also, dat in vser herscap thů lande vnde thu watere tuisschen den vorbenů‖meden steden Lubeke vnde Hamborgh scal allerleye gůth wesen vnde gan in vseme veligheme leyde vnde bescherme. Wand, was vnde werk scal geuen leydepenninge. Queme dar ienich scade thů, den scole wi weder leggen binnen sesteyn

1) Der Abdruck bei Ludewig Reliquiae Manuscriptorum. II. 295. hat: successores nos in regno uel imperio Romano successuros integraliter persoluantur.

weken na der thid, dat de schade schen is. Dů wi des nicht, so scole wi greue Johan mit Langgen Beyenulete thů Plone edder thůme Kyle, vnd wi greue Hinrik mit hern Marquarde Brůcdorpe thu Segheberghe eder thů Rendesborch, vnd wi greue Alf mit Hinrike van Wilzede deme iungen thů Hamborgh eder thur Hatesborgh in riden vnde liggen, van dennen nicht thů kerende bi vsen truwen, de scade en si gheleghered vnde gansliken weder dan. Vortmer allerleye ander gud ane wand, wás vnde werk dat en scal nene leydepenninge gheuen, vnde scal doch wesen in vseme bescherme vnde veligheme leyde. Thů aldus daneme gude, dat nene leydepenninge ghift, queme dar ienich scade thů, den en dorue wi nicht weder leggen noch dar vmme in riden, mer wi scolen dat veruolghen mit rechte vnde wesen dár ná trůweliken mit aller use macht, dat de scade werde weder dan vnd thů male ghelegheret. Ok ritende vnde gande lude vnde ledighe perde scolen wesen in vseme veligheme leyde vnde scolen nene leydepenninge gheuen. Vp desse vorbenůmeden ding aldus stede vnde vast thů holdende, so hebbe wi greue Johan vnde greue Hinrik vnde greue Alf, Langge Beyenuleth, Marcquard Brůcdorp vnde Hinrik van Wilzede vorbenůmet mit samender hand in truwen louet vnde hebbet desse scrift thu enem openbaren orkunde laten beseghelet mit user aller inghe-seghelen, thů warende vnde macht thů hebbende bet thu des hilghen Kerstes daghe thů Winachten thů komende aller neghest. Desse bref is ghescreuen vnde gheuen na Godes bord dusend iar drehundert iar in dem enen vnde vertighesten iare, des Manendaghes vor Palmen.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängenden wohl erhaltenen Siegeln des Grafen Johann und des Lange Beyenulete; die andern fehlen.*

## DCCXXII.

***Eduard III., König von England, schreibt der Stadt Gent, dass die deutschen Kaufleute Conrad Clipping und Godekin von Reval, welchen der Ausfuhrzoll auf die Wolle in gewissen englischen Häfen verpachtet sei, nicht die Schuld einer durch König und Rath angeordneten Zollerhöhung trügen, und bittet, sie deshalb nicht zu behelligen. 1341. Apr. 22.***

Rex dilectis et fidelibus suis, capitaneis, scabinis et probis hominibus de Gandavo in Flandria, salutem. Quia quidam vos, ut audivimus, informarunt, quod Conradus Clippyng, Godekinus de Reuele et socii sui, mercatores de Alemannia, quibus pridem custumas lanarum in certis portubus regni nostri ex certis causis ad tempus duximus concedend(as), dictas custumas augeri et sic transitum lanarum

versus partes Flandrie et Brabantie multum impediverunt, propter quod homines dictarum partium contra eos plurimum sunt turbati: sciat vestra fidelitas pro constanti, quod transitus lanarum per dictos mercatores non extitit impeditus, nec custume per eos, set ex causis magnis per nos et concilium nostrum ad supplicationem mercatorum regni nostri sunt usque ad certum tempus exaltate, quod, cum dicte cause vobis innotuerint, non debet rationabiliter vos moveri. Propter quod specialiter vos rogamus, quatinus dictos mercatores Alemannie habentes super hoc excusatos, ipsos propter hoc, quantum in vobis est molestari vel gravari minime permittatis, set ipsos potius consideratione nostri gratis velitis prosequi favoribus in agendis. Dat(um) apud Westm(onasterium), XXII die Aprilis, (anno regni decimo quinto).

*Nach dem Abdrucke bei Rymer* Foedera. II. p. 1157., *mit dem Zusatze, dass unter demselben Datum gleichlautende Schreiben an die Städte Brügge und Ypern gerichtet wurden.*

## DCCXXIII.

***Der Knappe Nicolaus von Bülow bekennt, der Wittwe des Johann Clenedenst zu Lübeck 54 Mark Pf. schuldig zu sein, und verspricht nebst drei Compromissoren, den Rittern Hermann Storm, Bernhard von Bülow, Nicolaus Bruder, und Johann von Bülow in Critzow, den Betrag in den drei nächsten Martini-Terminen zu bezahlen. 1341. Jun. 14.***

(*Ist* mutatis mutandis *mit No. 662. gleichlautend. Schluss*:) Datum anno Domini M̊CC̊XL̊I̊, in octaua Corporis Christi.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit den vier anhängenden Siegeln; von dem letzten ist nur ein Bruchstück des Wappens übrig.*

## DCCXXIV.

***Waldemar IV., König der Dänen und Slaven, urkundet über das mit den Städten Lübeck, Rostock, Wismar, Stralsund und Greifswalde geschlossene Bündniss und die Bestätigung der denselben ertheilten Privilegien. 1341. Jul. 15.***

Nos Woldemarus Dei gracia Danorum Slauorumque rex et dux Estonie. Notum facimus vniuersis publice presentibus profitentes, || quod cum infrascriptis ciuitatibus Lubeke, Rozstoch, Wismer, Stralessund et Gripeswold ac earum incolis firmiter sumus confederati, || si eis vel earum alicui quisquam in mundo, cuiuscumque status, condicionis aut dignitatis exstiterit, inimicari vel in eas insilire pre-

sump||serit seu voluerit pro eo, quod nobis naues suas transmiserunt ad compescendum piratas seu spoliatores, qui mercatoribus de regno Dacie dampna in aquis et terra intulerunt, vel si aliquam ingratitudinem quocumque eciam modo vel causa ob id inciderint. Super eo promittimus eis et earum cuilibet assistere presidio defensionis efficacis nec ab eis aliquo ingenio uel occasione resilire, nisi super hoc condignam et firmam emendam sint consequti. Nec eciam nos cum aliquibus composicionem seu emendam aliqualem inire debebimus, nisi dicte ciuitates et earum incole sint in eadem composicione vna nobiscum precipue comprehense. Eciam confederamus et astringimus nos cum dictis ciuitatibus et earum incolis firmiter per presentes, quod ipsas omnibus et singulis juribus et libertatibus earum pacifice frui permittere debebimus, quibus gauise et vse ab antiquo dinoscuntur, debentes eadem iura et libertates dictis ciuitatibus et earum incolis in omnibus augere et meliorari, nec in aliquo minuere seu debilitare in finibus tocius nostri regni. Ceterum nos cum dictis ciuitatibus et earum incolis in hiis scriptis astringimus et confederamus, quod omnia priuilegia et quaslibet litteras eis et earum cuilibet communiter uel diuisim a progenitoribus uel antecessoribus nostris seu a nobis indultas et concessas infragabiliter volwmus obseruare nec in parte nec in toto aliqualiter infirmare. Vt autem premissa omnia et singula a nobis et nostris successoribus in perpetuum rata permaneant et inconuulsa, presentes litteras nostri sigilli munimine super hoc dedimus roboratas. Testes huius sunt dilecti et fideles nostri Petrus Wendelbo quondam Danorum dapifer; Benedictus de Aleueld senior, Offo Nichelsson, Jacobus Nichelsson, Johannes Geet milites; Nicolaus Erichsson de Jerpelsdorp et Johannes Beker famuli, et alii plures fideles nostri. Datum Kerbylund in castris ante Kalundborgh, anno Domini millesimo CCC quadragesimo primo, in die Diuisionis apostolorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCXXV.

***Marquard von Stove der Aeltere und Otto Galenbeck sichern den Kaufleuten von Kampen, Stavern, Harderwyk und der osterschen Städte, die zur Zeit der Märkte und des Heringsfanges nach Kopenhagen kommen, sicheres Geleite zu. 1341. Jul. 16.***

Omnibus presens scriptum cernentibus aut audientibus Marquardus de Stoue senior et Otto || Golenbek castri Kopenhafnensis capitanei salutem in Domino sempiternam. Tenore presen||cium profitemur, quod nos omnibus et singulis de Campern,

Stouern, Herderwich et insuper omnibus de vnaquaque ciuitate in parte occidentali sita Kopenhafnis hoc anno tempore nostrarum nundinarum ac captura allecium venire volentibus plenum conductum et assecuritatem tam in corpore quam in rebus pre omnibus nostri causa [nostri] quidquam facere seu dimittere volentibus a tempore, quo portum citra ciuitatem Kopenhafnensem intrabunt, donec inde exigerint eorum foro prius peracto, absque omni mali occasionis specie damus firmiter in hiis scriptis. Jn cuius testimonium sigillum mei Ottonis predicti, quo ad presens ambo vtimur, presentibus est appensum. Sub anno Domini M̊CC̊X̊L primo, feria secunda post Diuisionem apostolorum, castro Kopenhafnensi prenarrato.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem fast gänzlich zerstörten Siegel. Rest der Umschrift:* ..... de Gh ...

## DCCXXVI.

***Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über sein mit den Städten Lübeck, Stralsund, Greifswalde, Rostock und Wismar zur Bekämpfung der Seeräuber und zur Unterstützung des Königs Waldemar von Dänemark geschlossenes Bündniss. 1341. Jul. 25.***

Vniuersis presentes literas inspecturis Johannes Dei gracia comes Holtsacie et Stormarie salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus et tenore presencium firmiter protestamur, quod honorabiles viri, domini . . consules ciuitatum Lubeke, Stralessund, Gripeswold, Rostok et Wismar, ad instancias et peticiones nostras ipsis specialiter factas pro pyratis et raptoribus marium destruendis et compescendis magnifico principi, domino Woldemaro Danorum regi, nostro fratrueli karissimo, et ad resistendum suis emulis in Kalingborch et aliis gracia subsidii et adiutorii liburnas suas armatis expeditas transmiserunt. Vnde presentibus promittentes bona fide consulibus antedictis, quod, si aliquis de pyratis, raptoribus aut emulis supradictis eisdem ciuitatibus per se vel per alios inimicicias mouere uellent vel discordias propter huiusmodi subsidium eidem domino regi factum, memoratis consulibus et ciuitatibus assistere debebimus et nunquam ab ipsis recedere nec aliquam composicionem inire, nisi prius inter nos et emulos et piratas supradictos et memoratos consules firma et stabilis composicio sit effecta. Et hoc idem dicti consules nobis facient viceuersa. Jn quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊C quadragesimo primo, ipso die beati Jacobi apostoli.

*Nach einem zu Lübeck am 1. Dec. 1342 ausgestellten Vidimus des Bischofs Johann, auf der Trese.*

## DCCXXVII.

*Heinrich und Nicolaus, Gebrüder, Grafen zu Holstein und Stormarn, Gerhard, Junker zu Holstein, Ingeborg, Herzogin zu Samsö, Schweden und Halland, und Heino Brockdorf urkunden über den in der Fehde mit König Waldemar von Dänemark, Herzog Waldemar zu Schleswig, Graf Johann zu Holstein und den Städten Lübeck, Wismar, Rostock und Greifswalde geschlossenen Waffenstillstand und auf kommenden Michaelis nach Roeskilde angesetzten Compromiss. Kallundborg. 1341. Sept. 2.*[1] *(Sonntag nach St. Johannis Baptistae.)*

*In dänischer Uebersetzung abgedruckt bei Suhm Historie af Danmark. XIII. p. 35—37., nach Hvidtfeld Danmarckis Rigis Kronicke. p. 479. (444.)*

## DCCXXVIII.

*Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, Pfalzgraf am Rhein, Herzog von Baiern und des Heiligen Römischen Reichs Erzkämmerer, ertheilt dem Rathe zu Lübeck Quittung wegen Zahlung des Reichszinses. 1341. Sept. 15.*

Lvdowicus Dei gratia Brandenburgensis et Lvsatie marchio, comes Palatinus Reni, dux Bauarie sacrique Romani ‖ imperij archicamerarius. Prudentibus et discretis viris, ciuitatis Lubek consulibus et iuratis sincere sibi dilectis, pro‖mocionis, quantum poterit, et honoris. De ducentis libris denariorum nobis prius solutorum, et de quadringen‖tis libris denariorum monete ciuitatis vestre, annui vestri census siue solucionis, nobis ex parte Romani imperij sacri debendis et soluendis, strennuo militi Henrico de Ryschach, curie nostre magistro, datis et solutis, vos quitos dicimus presentibus et solutos. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in campis Bryzen, anno Domini M̊CC̊CX̊LI̊, sabbato post exaltationem sancte crucis.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit anhängendem wohl erhaltenen Secret.*

---

1) Vgl. Suhm a. a. O. p. 34. und die unter No. 724. und 726. abgedruckten Urkunden. — Dass der Tag der Enthauptung des Täufers (Aug. 29.) gemeint ist, geht auch daraus hervor, dass der Sonntag nach Johannis Geburt (Jul. 1.) gerade die Octave sein würde und also wohl als solche bezeichnet wäre.

# DCCXXIX.

***Ludeke und Hermann von Scharfenberg, Heinens Söhne, und Ludeke und Hermann von Scharfenberg, Ludekens Söhne, urkunden über ein mit der Stadt Lübeck und deren Verbündeten abgeschlossenes Bündniss. 1341. Sept. 17.***

Wi Ludeke vnde Herman van Scharpemberghe søne hern Heynen, Ludeke vnde Herman van Scharpember‖ghe knapen, søne hern Ludeken van Scarpemberghe riddere, den Got gnedich si. Bekennen vn tughen ‖ opembare, dat wi vs vůrbunden hebbet tů erbaren mannen, den ratmannen der stat tů Lubeke, ‖ also, dat vse hus tů der Lynowe ere vnde erer helpere opene slot scal wesen vnde wi ere truwen helpere vppe vse win vnde vse vorles vppe greuen Henreke vnde greuen Klawese brødere, herren van Holzsten, vnde vppe ere helpere vnde vppe alle de, dede leuet, se sin we se sin, ane vppe vsen herren, hertoghen Albrechte van Sassen, ere anstande orloghe all vt. Were auer dat hertoghe Albrecht entseghede der stat tů Lubeke vnde ere vyent worde, so wille wi vnde scolen nochten io helpere bliuen mit vseme vorbenømeden slote der stat tů Lubeke mit alle vser macht. Wørden ok riddere vnde knapen gheuanghen eder rof ghenomen, dar de van Lubeke eder ere helpere mede weren vnde wi mit en, dar scal mallek del van vpbøren na mantalen; wi enscolen auer nen gůt vordinghen eder bernen. Were auer dat de van Lubeke gůt vůrdingheden, dar wi mede weren, dar scal ok mallek del van vpboren na mantalen. Vortmer were dat also dat van der stat weghene tů Lubeke worde en dach gheleghet tů eneme stryde, dar se vs tů løden, wat scaden wi nemen in deme stryde, dar scolen se vs afnemen, vnde alle vanghenen des strydes scolen ere tůuoren wesen allene. Bouen alle dingh so møghen de van Lubeke sik sonen, wenne it en euene kumt, vnde helpen vs in eren deghedinghen vnde in erer sone des besten, des se moghen. Vmme alle desse vorbenømeden stukke stede unde vast tů bliuende van vser weghene, so hebbe wi den vorbenømeden ratmannen ghelouet mit hande vnde mit munde vnde louet en bi goden truwen in desser scrift. Vnde hebet to ener opembaren betughinghe vse ingheseghele henget tů dessen breuen. Ghegheuen na Godes bort dusent drehundert in dem en unde verteghesten iare, in deme daghe sunte Lambertes.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit vier anhängenden Siegeln.*

## DCCXXX.

*Jacob, Abt, und gesammter Convent des Klosters Dobberan urkunden über die abseiten der Priester und Klosterbrüder Johann und Heinrich Wise in den Gütern des Klosters zu Gunsten ihrer Schwester Gertrud constituirte Leibrente und die für ihren Bruder Peter Wise zu Lübeck gestifteten Seelenmessen. 1341. Oct. 23.*

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos frater Jacobus abbas totusque conuentus monasterii Doberanensis. Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris inperpetuum. Memorie hominum, que fragilis est, prouide consulitur, dum res gesta scriptis autenticis commendatur, ut mortalium deficiente recordacione scriptura testimonium perhibeat veritati. Ad noticiam igitur singulorum tam presenciuin quam futurorum litteris presentibus cupimus peruenire, quod dilecti nobis in Christo confratres nostri, Johannes et Hinricus dicti Sapientes, nostri monasterii sacerdotes et monachi, de bonis, que Petrus Sapiens, ciuis Lubicensis, germanus ipsorum, in morte sua eis in elemosinis conuertenda dereliquit, indaginem nostram Adammeshaghen dictam ab ecclesia nostra pro mille marcis rozstoccensibus expositam domino Arnoldo dicto Copman, proconsuli in Rozstok, libere redemerunt ad manus nostras et nostrorum successorum, mediantibus condicionibus infrascriptis, videlicet, vt de antedicta indagine Adammeshaghen sorori eorum Gertrudi redditus XXII marcarum lubicensium denariorum, quamdiu vixerit, expedite annis singulis ab ecclesia nostra tribuantur, ac in remissionem peccatorum fratris ipsorum prenominati Petri ceterorumque progenitorum suorum et parentum ac consangwineorum tria seruicia in anniversariis dedicacionis trium altarium, que in monasterio nostro fundauerunt, scilicet Vndecim virginum, Corporis Christi et Andree, conuentui per subcellerarium, qui pro tempore fuerit constitutus, perpetuis temporibus seruiantur, ita quod quodlibet seruicium ad minus de decem marcis denariorum rozstokcensibus habeantur, quas semper ille frater, qui bursarius fuerit, presentare tenebitur subcellerario de prouentibus sepedicte indaginis ad octo dierum spacium ante, quocienscunque aliquod dictorum trium seruiciorum extitit seruiendum. Nos insuper eciam propter predicta seruicia conseruanda et in suo robore perpetue perduranda astrinximus nos, et nostros successores presentibus astringimus sub anathemate gehennali, vt nulli nostrorum quoquo modo liceat antedictam indaginem Adammeshaghen deinceps obligare uel alienare aut ipsa seruicia aliis bonis adaptare. Ut autem hec inconuulsa perpetue maneant et illesa, presentem paginam inde confectam sigilli nostri et sigilli conuentus nostri municionibus fecimus roborari. Testes

premissorum nominatim sunt isti fratres nostri sacerdotes et monachi: Johannes Braghen prior, Hinricus de Tremonia camerarius, Hermanus Puella cellerarius, Johannes Abnehusen, Jacobus de Brunswich cantor, Hermanus Pape magister hospitalis, Wedego de Oldendorp, Tymmo de Brunswich, Johannes de Zwerin subcellerarius, Thidericus Leo magister conuersorum, Hermanus Lasche supprior, Ludolphus et Johannes de Tremonia cum aliis vniuersis. Datum Doberan, anno Domini M̊C̊C̊C̊XL primo, decimo Kal. Nouembris.

*Nach dem in Lisch Meklenburg. Jahrb. IX. S. 298 fg. enthaltenen Abdrucke des im Schweriner Geh.- und Haupt-Archive aufbewahrten Originales, mit anhängenden beiden Siegeln.*

## DCCXXXI.

***Rath und Gemeinde der Stadt Lübeck urkunden über die Bestallung des Magister Willekinus Beverstedt zum Clericus (Syndicus) der Stadt. 1341. Nov. 1.***

Ad vniuersorum noticiam nos consules et communitas ciuitatis Lubicensis cupimus peruenire, quod nos vna‖nimi consilio et consensu recepimus discretum virum, magistrum Willekinum Beuersteden, in nostrum ‖ et nostre ciuitatis predicte clericum, ad omnia nostra negocia terra marique peragenda, vbicumque et quorum-‖cumque nobis visum fuerit expedire, et ad agendum pro nobis nosque defendendum contra quemcumque et coram quocumque iudice ecclesiastico, in omnibus et singulis causis presentibus et futuris nos et nostram ciuitatem tangentibus quoquomodo. Qui quidem magister Willekinus ad premissa et quodlibet premissorum efficaciter facienda sub nostris expensis astringendo se nobis firmiter obligauit. Et nos eidem graciose et expedite dare promisimus quadraginta marcas denariorum nostre monete lubicensis singulis annis de nostra camera in quatuor terminis, scilicet in festis Pasche, natiuitatis beati Johannis baptiste, beati Michaelis et natiuitatis Domini, quolibet istorum terminorum decem marcas denariorum sibi, aut cui deputauerit, persoluendas; hijs condicionibus adiectis, vt nullam dignitatem ecclesiasticam, videlicet prebendam cum canonicatu, interim quod nobis et nostre ciuitati seruierit, debeat acceptare, nisi hoc de nostro beneplacito fuerit et consensu. Ceterum dum nobis et sibi huiusmodi recepcionis, promissionis et obligacionis finis et exitus placuerit, hoc nos sibi tribus mensibus antea denunciabimus vel ipse nobis, et hijs tribus mensibus finitis omnia inter ipsum et nos debent esse mortua et amicabiliter terminata. Si uero tempore dicte denunciacionis nobis et nostre ciuitati cause alique inmineant in iudicio iam incepte aut in continenti incipiende,

in hoc casu ipse usque ad debitum finem illarum causarum nobis easdem fouendo assistet, nisi aliud de nostro processerit beneplacito et consensu. Jn cuius rei euidens testimonium presens scriptum nostro et sepetacti magistri Willekini sigillis est firmiter communitum. Datum anno Domini M̊CC̊C quadragesimo primo, in festo Omnium sanctorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden Siegeln.*

## DCCXXXII.

***Die Rathmänner der Stadt Hamburg urkunden über das mit der Stadt Lübeck zur Bekämpfung derer von Krummendiek und ihrer Helfer geschlossene Bündniss. 1341. Nov. 22.***[1]

Jn deme namen Godes amen. Wi ratmanne der stat tů Hamborch bekennen, dat wi mit vsen sunderliken vrůnden, den heren den rat‖mannen der stat tů Lubeke, ouer en ghedreghen hebbet vnde vs tů en vorbunden hebbet in desse wis: also uppe de van deme Crummendike ‖ vnde ere helpere, dat wi se tů deme ersten vmme also dan vnghelik vnde schadén, also se den van Lubeke vnde vs hebbet anghebracht, ‖ scholen vorclaghen vor erme heren. Were it denne also dat ere here vs ouer se, na des dat wi se vorklaghet hebben binnen vier weken, wil helpen minne eder rechtes na deme lantfrede, dar schole wi vs laten an ghenoghen an beyderweghene. Were auer dat ere here binnen der vorbenomeden thyt minne eder rechtes vs van en nicht helpen en mochte eder en wolde, so scholen de van Lubeke mit vs vnde wi mit en de misdedere vnde ere helpere, de man vnde dat lant antasten, dar id vte der herschap vnde inte der herschap en vnde vs gheschen is. Vnde tů desser were denne tu dónde vnde vort tů bringhende so schole wi der van Lubeke helpere wesen mit hundert mannen wapent tů perden, vnde se vse helpere weder ok mit hundert mannen wapent tů perden, also dikke also vs des beyderweghene not is binnen deme lande tů Holsten, malk vppe sin eghene win vnde vorlůst vnde vppe sine eghenen kost. Were id ok also dat der van Lubeke lude weren tů Hamborch, vnde vs des duchte vnde den houetluden der van Lubeke, dat wi eren vnde vsen vienden schaden mochten don tů watere mit boten, dar scholen ere lude, de tů Hamborch sin, tů helpen twe daghe eder dre vp ere kost. Were id ok also dat ere volk vnde vse tů samene vte weren vnde der en• del worde

1) Die gleichlautende Urkunde Lübecks ist nach dem Originale des Hamburgischen Archives abgedruckt bei Sartorius. II. S. 368 f.

Nos consules et vniuersi burgenses ciuitatis Gripeswold. Conquerimur grauiter de nobilibus dominis, comitibus Holzsacie, || videlicet Hinrico et suis fratribus, quod ipsi in communium mercatorum ac ciuitatum maritimarum et nostram iacturam intollerabilem, maximum || et grauamen fouent et in eorum tuicionem ac defencionem receperunt et adhuc habent Holtsatos, qui de omnibus castris seu municio||nibus, quas sub se habent in regno Dacie, communibus mercatoribus infinita pericula piraticis incursacionibus in mari intulerunt et nostris eciam ciuibus eorum vitam et bona contra iusticiam abstulerunt, que bona vltra summam sex milium marcarum puri argenti sunt computata, qui eciam domini comites predicti per ciuitates maritimas et nos sepius rogati, ut ad huiusmodi maliciam compescendam remedium adhibere dignarentur et quod ad hoc iuuarent, ut de ipsis piratis iusticiam consequi possemus vel restaurum, quod tamen ipsi comites facere minus curauerunt.

Jtem conquerimur, quod Marquardus de Stoue nostris ciuibus veniendi cum eorum bonis in Daciam, ibidem moram trahendi et ab hinc libere recedendi prestitit securitatis conductum, prout suis litteris patentibus hoc docere possumus euidenter, et quod sub eiusdem Marquardi conductu suus patruus, iunior Marquardus de Stoue, quosdam nostros conciues in Dacia eorum bonis valentibus ducentas marcas puri argenti spoliauit. Datum sub nostro sigillo secreto, anno Domini M̊CC̊CX̊L secundo, in crastino beati Andree apostoli.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist beschädigt.*

## DCCLVII.

***Thomas Gröpeling beurkundet, dass er in Vollmacht von Johann und Peter Laurenson den Rathmännern zu Lübeck eine halbe Cogge verkauft und den Kaufpreis richtig empfangen habe. 1342. Dec. 1.***

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Thomas Gropelingh famulus‖ salutem cum noticia subscriptorum. Recognosco in hiis scriptis, me honorabilibus‖ viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, medietatem cuiusdam coggonis, que honestis viris Johanni Laurenson et Petro Laurenson fratribus pertinebat, racionabiliter vendidisse. Nam auctoritatem ipsam vendendi et plenum posse dicti fratres michi tribuerunt, prout patens eorum litera apud dictos dominos consules conseruata lucide protestatur. Eciam fateor et protestor, memoratos dominos consules medietatem dicti coggonis ipsis venumdatam michi fauorabiliter et integraliter persoluisse, dimittens ipsos pro me meisque veris heredibus, et fratribus supradictis eorundemque heredibus ab omni actione liberos, quitos in perpetuum et solutos. Jn cuius rei testimonium sigillum meum certa ex sciencia presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M̊CC̊CXLII̊, dominica prima Aduentus Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem kaum kenntlichen Siegel.*

## DCCLVIII.

***Rathmänner und Gemeinde von Lübeck beschweren sich über vielfältige von dem verstorbenen Grafen Gerhard von Holstein, so wie dessen Söhnen, Heinrich und Nicolaus, und ihren Mannen in Dänemark und Holstein an Lübeckern und Fremden verübte Räubereien und Gewaltthätigkeiten. 1342. Dec. 3.***

Wi rathman vnde menen borghere der stad thu Lubeke claghen vmme menigherhande drofnisse, de vs gheschen is an welde, an vnrechticheyd, an roue, an dodslaghe vnde an manichuolten schaden in menighen jaren, de vore gan sin thu lande vnde thu watere, van greuen Gherde van Holtzsten bi sime leuende, vnde na van sinen sonen, alse van greuen Hinrike vnde greuen Claus, vnde eren mannen, beyde in Dennemarken vnde in deme lande thu Holtzsten, in guder velicheit vnde in vrede thu allen thiden.

Thu dem ersten male so claghe wi, dat greue Gherd nam vseme borghere Gherede van Minden in der hauene thu Alborch enen koggen vnde Johanne Houemanne, vseme borghere, enen holk aldar thu der seluen thid, dar he dat land thu

Fune mede bedwang. De scepe de ene gaf he en nicht weder vnde en gold ok en ni penning dar van (!): vnde erer jewelik hedde nicht ghenomen vor sin scip CCCC lubesche mark, sunder al den schaden, den se sind des ghehad hebbet. Vortmer uordarf en kogge vp dem Schaghen, de vtghesegheld was van Gotlande, vnde wat des ghudes gheberghet ward, dat nemen her Tymme van Godendorpe vnde Dose sin broder. Mang deme gude hadde her Marquard van Cusuelde ene tunnen mit seuen dusend schones werkes, vnde her Gotscalk van Vellyn also veles gudes als id werdich was LXXX lodighe mark, vnde her Constantin, vses rades cumpane, in Hinrikes koggen van der Borch, de aldar ok brak thu der seluen thid, also vele gudes als id werdich was LXXXX mark lub. penninge. Vortmer reden greuen Gherdes man van Segheberghe vnde roueden waghene bi Crumesse, dar se nemen borgheren vnde ghesten vifhunderd march werd gudes lub. penninge, dar vele daghe vmme holden worden mit greuen Gherde vnde greuen Hinrike, vnde vredelos gheleghed worden, de men vorvraghen cunde de dar mede wesen hadden, de dat gud loueden thu gheldene, vnde nicht ghegulden is van deme gude denne bi LXX lub. marken. Vortmer vmme Heynen Brucdorpe vnde Hunde vnde ere vnrechte vullenst claghe wi manigher hande rof. Thu deme ersten male, dat se anuerdigheden Pinnowen koggen van der Wysmere, de vth der Trauene seghelde, dar se dod inne slughen ses man. Dar weren twe brodere mede, de heten van Trauenemünde, vses borghers sone. Den koggen behelden se mit alleme gude. Dar hadde Marquard Schele, vse borghere, lakene inne, with vnde grawe, also gud als en vnde vertich mark lub. Vortmer anuerdigheden se en schip vnder Mone, dat van Lubeke was, dat wart ghereddeth van hulpe anderer scepe, mer se schoten dar inne dod vsen borghere, enen vromen man, de heth Johan van Stoue. Vortmer roueden se in den Femersunde twe scepe, en van Sleswik vnde dat andere van Eckeruorde. Jn den scepen roueden se van Radeken Hoppenere, vseme borghere, LXXII lub. mark an redem ghelde. Vortmer vt der hauene thu dem Elenboghen roueden se en scip mit alleme gude, als it niges dar in seghelnde quam van Lubeke. Dat loueden se mang vele deghedingen thu gheldene vsen borgheren CCXXVI mark lub. penninge vnde gheuen des opene breue. Dar hebbet se van ghegulden L lub. mark. Vortmer quam en scip in de hauene thu Ghetsore van stormes weghene, dar vth nemen se vsen borgheren al, dat se dar inne hadden. Thu dem ersten male van Johanne van Bremen, Willekens ome van Bremen, also gud alse LV mark lub.; van Gherede Hardenacken XIIII tunnen heringes; van Ludere Karlesoye also gud alse V pund grot; van Langen Lambrechts cumpane also gud alse LV lub. mark; van Lambrechte Hold V last heringes. Dat hebbet se in den hilghen ghe-

sworen vor deme rade, dat dit gud also gud was. Vortmer Thideman Witte van Gotlande seghelde vth der Trauene mit eneme koggen, den beroueden se koggen vnde alles gudes, dat dar inne was, vnde sloghen dar inne dod dre man. Vortmer claghe wi ouer den van dem Crummendike vnde Henneken Hummersbutlen den jungeren, de twischen Lubeke vnde Hamborch vp der menen strate roueden vse borghere vnde gheste. Vm welken rof deghedinge worden gheholden mit en, dar vses rades cumpane thu ghesand worden, alse her Hinrik Pape vnde her Nicolaus Sconeke, in jeghenwardicheid greuen Johannes vnde greuen Claus van Holtzsten. Jn den suluen deghedingen wart dat gheendet, dat se dat selue rouede gud scolden wedder gheuen. Des gheuen se den borgheren dat ere, den ghesten gheuen se nicht, vnde der gheste gud, dat se behelden, dat was also gud alse CXVIII mark lub., vnde horde thu Engelbrechte van deme Herte, Brune vam Ouere vnde Johanne Rughen, borgheren van Colne. Dar na in korter thid ere knapen, der van dem Crummendike, alse Thideke Heest, Hartwich Heest, Patriarchen sone van Hasendorpe, Hannes Bulen sone, Gudowen sone mit dem scheuen munde vnde Vole sin knecht, Buck de krogher van Campen vnde Rasehorn de molner van Holenbeke, de roueden vse borghere bi Blankenese vnde sloghen dar enen vromen jungen man dod, de het Marquard Stormere. Dar na roueden se echter, de van dem Crummendike, borghere vnde gheste, beyde papen vnde leyen, alse Aluine van deme Stene, deme se nemen also gud alse XXX mark min achte schillinge lub. penninge; Henneken van Parchem also gud alse LXXV mark, vnde sloghen em dod enen vromen knecht. Hern Vromolde van den Vifhusen, eme canonike van der Ryghe, vnde sime sculre nemen se twe perde, de se coft hadden thu Lubeke vor XVII mark penninge, vnde nemen en ere breue, de se loseden vor X mark lub. Ok nemen ze deme seluen canonike XXXI klene guldine vnde twe guldine schilde, de he scolde bracht hebben eneme vses borgheres sone thu Auion, vnde nemen em X schillinge groth vnde also vele in allerhande gude vnde clenode, alse id werd was XLV mark lub., ane de guldene, de he scolde bracht hebben vses borghers sone thu Auion. Ok nemen se hern Hermen Morneweghes knechte en perd, also gud alse XI mark lub. Se nemen ok thu der seluen thid eme godes riddere, bruder Williken van Haren, cumeldure van Bremen, an sidenen stucken, an buntwerke, an reden penningen, an clederen vnde an vele clenodes, als id costede XLVIII mark lub. Dessen rof deden se binnen der greuen leyde, dar ere leydes man jeghenwardich was. Ok nemen se hern Euerd Russenberghes knechte en perd, also gud alse XII mark lub. Vortmer ere knechte, deue, alse Thideke Heest, Thideke Wend vnde en, de het Vur, de stelen in nachtthiden van vsem borghere Brun Holde

achteyn perde, de also guth weren alse LX lub. mark, alse des Ywan van dem Crummendike bekande vor hern Hinrike Papen vnde hern Bertramme Vorrade, dat de vorbenomeden deue sine knechte weren. Vnde Leueselle Blockesberch vnde Johan Crummendik, de heth Vorgheten Sone, bekanden des, dat se mit den vorbenomeden deuen de perde butet hadden, vnde de selue Johan bekande des, dat he der seluen stolenen perde noch dre hedde in sine houe thu Olendorpe, vnde des vorbenomeden Brun Holdes hunde, de den perden volgheden, do se stolen worden.

Vortmer Luder vnde Ywan van deme Crummendike, Thideke Heest vnde Wlf van Hadelen de storteden Gherdes Witten gud, vses borghers, van dem waghene; do se nicht en vunden, dat em euene quam, to(*do*) toghen se sine knechte de cledere vth vnde nemen eme also gud alse verdehalue mark lub. Dar na in korter thid rouede Ywan van dem Crummendike mit siner cumpanie van Arnd Ghiselers knechte enen waghen mit stale vnde mit drade, also gud alse XXV lub. mark, vnde roueden bi Rumplinge borghere vnde gheste, vnde sloghen erer dre dod, der weren twe borghere, vnde en gast. Alle desse stucke de sint gheschen binnen velicheit vnde binnen ener ghedeghedingeden sone van den van deme Crummendike, dar mit den rove(ren) stund mit ener samenden hand Henneke Hummersbutle de junge.

Vm aldus dane nod, rof, welde, mord, vnrechticheyt vnde menichuolden schaden, de vns teynuold mer gheschen is, den hir vore beschreuen steyd, so worde wi thu rade mit den steden bi der see, vnde makeden vt vse coggen mit den eren mit werafteghen volke, weder thu stande den vorbenomeden roueren vnde eren helperen, de vs dessen manichuolden schaden ghedan hadden. Des quam greue Hinrik van Holtzsten mit sinen mannen vnde hulperen binnen velicheid vnde vrede vnde vnvntsecht, vnde begunde thu beschermende de vorbenomeden rouere, do wi vse vnrecht vnde schaden wol mochten ghewroken hebben ouer se, vnde anuerdighede des koninges schepe mit den schepen. Do he se wunnen hadde vnde mannet, wan he do vsen coggen, vnde slugh vser borghere dar vppe en del dod vnde veng erer en del, vnde de vangenen leth he vmmedriuen vnde mit staken sere slan vnde leth se buten alse vee, vnde der snoden, losen, vntuchtliken worde, de den vangenen ghesproken worden, der en was nen ende, vnde dar thu worden der vangenen en del dod gheslaghen na der thid, dat se sik ghegheuen hadden.

Jn dessen stucken leeth sik greue Hinrik vorbenomet ghenughen, vnde seghelde mit deme seluen koggen in de see vnde allerweghene in de hauene, dar he vse borghere wyste, de sik ok nenes arges van eme edder van den sinen vormuden, vnde rouede se mit siner eghenen hand, vnde bad vnde bod den sinen, dat se vse borghere rouen scolden thu lande vnde thu watere. Vnde roueden thu dem ersten male van Henneken Moneke twe vnde twintich tunnen boteren, vnde an wathmale,

huden vnde anderer copenscap also gud alse XV mark lodich. Van Hintzeken Houemanne roueden se XVII tunnen boteren, vnde an huden, wathmale vnde in anderer copenscap, dat de summa also gud was alse drittich lodighe mark mit den XVII tunnen boteren. Ok nemen se eme enen openen bref, de eme Syward Ribbingh hadde ghegheuen vppe XVII lodighe mark. Vortmer nemen se van Johanne van Lubeke, de in der Brunstrate woneth, ene halue last boteren, twelfhundert wathmales, XXX deker lamfel, dre deker ossenhude vnde ene kysten mit cramerie, vnde teyn schillinge groth, vnde also vele, dat de summa dar af is LXXXVIII lub. mark. Ok nemen se in der Brodere kerken thu Horsnes vif tunnen boteren, de horden hern Constantine thu, vses rades cumpane, vnde al darselues thu Horsnes, in der stad vnde in der hauene, nemen se dit vorbenomede gud. Vortmer vppe Vyne dar nam her Johan Bland, en ridder, van Vicken Hurleyes knechte, vses borgheres, XIIII ossen, also gud alse XXVIII lub. mark. Ok nam he van Ekhorste, vsen borghere, XXX ossen, also gud alse XXX lodighe mark. Vnde her Otto Splith de nam van deme seluen Ekhorste XL ossen, also gud alse LXXX lub. mark. Vortmer Timme van Ranzowe mit sinen hulperen namen Ludeken Bowerstorpe, vsem borghere, binnen der stad thu Odenzee an wande, an irschen lakenen, an cramerie vnde an molte also vele gudes, als id werd was CL lub. mark. Ok nam he al dar Hermanne Knipere, vsem borghere, also gud alse XVIII lub. mark. Vortmer claghe wi vm en stucke, dat vs wol thu claghende steyt, alse vp der Elue tuischen Hamborch vnde der see, wen sik vse borghere dar setten mit eren scepen an de grund ierghene van ebbe edder van jenigherhande wanhude, dad der greuen man van Holtzsten vnde ere voghede, de dar neghest wonen, vse borghere driuen vnde slan van erme gude vnde van eren scepen, vnde dun en hoen, drepliken schaden weder God vnde weder de rechticheyd, des se nicht schuldich sin thu dunde, al worden ok vse borghere schipbrokech jerghen an eren landen, dat wi wol bewisen moghen mit eren vnde mit erer vorelderen hantuestingen vnde breuen. Vortmer claghe wi, dat vse borghere dicke berouet sint in der greuen leyde van Holtzsten grotes drepliken reden gudes, dar ere leydes lude bi reden. Dit sint de, de thu twen tiden in erme leyde ere guth vorloren: Hinrik Mur, Sassendorp vnde Johann Abbethrode, alse ok andere vse borghere vnde gheste dicke vele gudes vorloren hebben in deme leyde. Vortmer na der thid, dat de sune ghedeghedinget ward tuischen den Holtzste(s)chen heren vnde der stad thu Lubeke bi des keysers vnde des markgreuen van Brandenborch rathgeuen, so hebbet de Holtzsten de sune ghebroken jeghen vs. Thu dem ersten male, dad de van Dozenrode hebbet ghenomen vsen borgheren Claus van der Wisch, Luchowen vnde eren cumpanen LXIII vette swin, neghen rindere, vnde van Henneken

Boytine vnde sine cumpane, vsen borgheren, twe perde. Vortmer so claghe wi, dat vse borghere beswaret werden in der vorbenomeden greuen Hinrikes vnde greuen Claus lande mit vnrechteme tolne, alse an vee vnde an korne, dar se nen recht thu ne hebben, dat wi bewisen moghen mit erer vorelderen breuen vnde hantfestingen. Bouen alle dingh so claghe wi, als vs allermest wol thu claghende steyd, dat wi vm alle desse vorbescreuenen stucke dicke, menighe vnde vele deghedinge gheholden hebben mit dessen vorbenomeden heren vnde eren vorelderen vnde eren mannen, vnde wad vns vnde vsen borgheren vm vsen menichuolden schaden, de vs jo in velicheid vnde in vrede gheschen is, wederlegginge inghelouet ward, des is vs vnmate clene gheholden, vnde de heren ok ni erer manne also mechtich wesen wolden, dat se se vs thu rechte setten wolden, vnde dat vs van en lik gheschen mochte, dar van alle twidracht vnde orlige mest vpghestan is bet in dessen dach. Hir vmme so bidde wi, of eyn stede sune tuischen den Holtzsteschen heren vnde eren mannen vnde vs bliuen scole, dat gi[1] id also voghen, dat se ere man, de vs voruan weder dat recht, it si thu lande eder thu watere, vs thu rechte setten, vnde helpen vs vullenkomeliken van en minne eder rechtes sunder jenegherhande arghelysth. Weret ok dat vs des nicht bejeghenen en mochte, vnde dede wi dar wad vmme, des wil wi vns ieghen de heren bewareth hebben.

Ghegheuen vnder vseme hemeliken ingheseghele, dat an dessen bref ghehanget is, na Godes bord dusend drehunderd in deme twe vnde vertighesten jare, in deme auende der hilghen juncvrowen sunte Barbaren.

*Nach einer Abschrift in von Melle's handschriftlicher Beschreibung der Stadt Lübeck. II. S. 1171 ff.*

## DCCLIX.

***Rathmänner und gesammte Bürger der Stadt Rostock bringen ihre Beschwerden vor gegen die Grafen Gerhard, Johann, Heinrich und Nicolaus von Holstein und Stormarn und deren Helfer, Vasallen und Hauptleute wegen vielfach gegen Rostocker Bürger geübter Gewaltthätigkeiten und Beraubungen. 1342. Dec. 5.***

Nos consules et vniuersi burgenses ciuitatis Rozstoch. Conquerimur grauiter et dicimus contra nobiles viros, dominos Gherardum, Johannem, Hin‖ricum et Nicolaum comites Holtzacie et Stormarie, eorumque adiutores, vasallos et aduocatos,

1) Die Obmänner, welchen zu Rostock auf Nicolai obige und die andern ähnlichen Beschwerdeschriften (No. 755. 756. 759.) eingereicht wurden. Vgl. No. 750. S. 693.

quod ipsi, postquam magnificus princeps, dominus Cristoforus || quondam rex Dacie, de regno suo Dacie fuit expulsus et eiectus, miserunt nuncios et literas suas ad nos et ciues in Rozstoch, loquentes et continentes, || quod nos et conciues nostri securi rerum et corporum possemus ac deberemus visitare fines quoscumque regni Dacie, in quibus ipsi haberent precipere et regnare. Qui tamen huiusmodi immemores et omnino contrauenientes ciues nostros quam plures de Rozstoch sub spe pacis, securitatis et fiducie in terris et in aquis absque aliqua dedictione, nullis eorum excessibus exigentibus, captiuauerunt et bonis eorum spoliauerunt, quosdam eciam interficientes, prout inferius continetur.

Et primo comes Hinricus Holtzacie ac Hartwicus Crummendik spoliauerunt Wescelinum IX bouibus ad valorem XXX marcarum rozstoccensium denariorum, elapsis VI annis in estate. Jtem capitanei de Werdingborgh: primo Marquardus de Stoue senior spoliauit cum suis complicibus Hinricum Starkaderen naue sua et bonis in ea contentis ad valorem XXI marc. puri argenti. Jtem dictus Marquardus cum suis complicibus spoliauit Petrum Wend seruisia sua valore XIII solidorum grossorum, et junior Marquardus duabus tunnis seruisie spoliauit eundem. Jdem Marquardus cum suis spoliauit Heinricum Soltman X marc. arg. puri, elapsis quatuor annis in festo Assumpcionis beate Marie virginis proxime preterito. Jtem Marquardus de Stoue junior et sui complices spoliauerunt Nicolaum de Nikesse XII sol. grossorum in pane et seruisia. Jtem Marquardus de Stoue senior cum suis complicibus spoliauit Bernardum Roschen farina sua et seruisia ac vestimentis ad valorem septem marcarum arg. puri, elapsis circa festum beati Jacobi proxime preteritum quatuor annis. Jdem Marquardus cum suis spoliauit Hermannum Rinneschotelen XII sol. grossorum et Ł lasta seruisie, et sunt sex anni transa[n]cti. Jtem prefatus Marquardus et sui complices spoliauerunt Conradum Vinken sutorem et suos socios bonis suis ad valorem XL marcarum rozstocc., circa sex annos retroactos. Jtem dictus Marquardus et sui complices spoliauerunt Johannem Hoppener quatuor equis valentes IX sol. (*sic*) grossorum, circa tres annos retroactos. Jdem Marquardus et sui spoliauerunt Redelerum apud Fossam bonis suis in seruisia et siligine ad valorem XVI sol. gross., circa duos annos elapsos.

Jtem Godscalcus de Stoue spoliauit Rode Koghelen Ł lasta ceruisie et talliauit eum ad IIII marc. argenti pro naue sua, dicta schute in wlgo, et sunt sex anni transacti. Jtem Marquardus de Stoue et sui spoliauerunt Hennekinum Gyscowe quatuor equis XVI marc. rozst. valentibus, infra presentem annum. Jtem antedictus Marquardus cum suis spoliauit Hinricum Vridach I marc. arg., quando nupcie filie sue fuerunt celebrate, circa quinque annos. Jdem Marquardus cum suis spoliauit

Cyfridum Wackendorp bonis suis in seruisia et braseo ad valorem LX marc. rozst., elapsis VIII annis. Jdem Marquardus et sui spoliauerunt Hinricum Papen LX marc. lub. den., elapsis octo annis. Jdem Marquardus cum suis spoliauit Petrum Brocremen XXI sol. gross. in seruisia, elapsis tribus annis. Jtem Marquardus Stoue spoliauit Petrum Grawecop bonis suis in lardo, butiro et lignis ad valorem XL marc. rozst., circa septem annos retroactos. Jtem dictus Marquardus cum suis spoliauit Wernerum Løren bonis suis in allecibus ad valorem XXI marc. rozst. den., circa VIII annos retroactos. Jtem Marquardus de Stoue et Eghardus Brocdorp cum suis spoliauerunt Conradum Mulerd XX libris gross. ante portum Copmanhauen, circa octo annos elapsos. Jtem dictus Marquardus et Heyno Hund cum suis spoliauerunt Ludekinum de Camen et Hennekinum Rapesuluer XXVIII paribus molarium et VI paribus quernestene in portu Cørsøe. Jtem Marquardus de Stoue junior et Smalense cum suis spoliauerunt Hinricum Oldekorn bonis in hummulo et panno valore XXXIIII marc. rozst., circa quatuor annos retroactos.

Jtem dominus Eghardus Brocdorp ac Walstorp et Marquardus de Stoue senior cum suis acceperunt a Hinrico Kemerere XX marc. arg. pro I suo coggone, elapsis sex annis. Jtem Petrus Ackesson, aduocatus Marquardi de Stoue, et Jones Deghen cum suis spoliauerunt Rodgherum Ammentrost et Gherlacum de Luntstede XXVI marc. arg. puri in cutibus et butiro. Jtem Marquardus de Stoue senior et sui sumpserunt Hinrico Hamborgh elapsis V annis in Hollandesson bona sua valore CC et XL marc. rozst. ante castrum Wartingborgh. Jtem senior Marquardus cum suo patruo et eorum complicibus accepit Johanni Groten bona sua valencia IV$^{er}$ marc. rozst. Jtem sumpserunt Hermanno Pudklod IV marc. cum VII sol. rozst. ante Wartingborgh. Jtem Marquardus cum suis spoliauit in Vemersund juuenem Marquardum, ciuem in Rozstoch, bonis suis in tunnis, sale et aliis bonis valore IIII marc. rozst. et III sol. sterlingorum, elapsis II annis circa Pascha. Dictus Marquardus spoliauit Johannem de Mynden sua naue cum bonis valore LX marc. rozst. den., elapsis quinque annis circa quindenam festi Pasche preteriti. Jtem Marquardus predictus spoliauit Jacobum Gyssecowe bonis suis in valore VIII sol. gross., elapsis duobus annis ante festum Pasche preteritum. Jtem dictus Marquardus spoliauit Nicolaum Voltzekini sua seruisia in valore XXVII sol. gross. et pane in valore VI marc. rozst. den. Jtem famuli Marquardi de Stoue spoliauerunt eundem Nicolaum suis bonis, scilicet cutibus, butiro et porcis in valore XX marc. rozst., elapsis V annis circa festum Epyphanie Domini preteritum. Jtem prefati famuli Marquardi spoliauerunt eundem Nicolaum Voltzekini et Hinricum Wattenscheden naue cum bonis in valore L marc. rozst., septem annis elapsis ante festum Pente-

costes. Jtem duobus annis elapsis in vigilia beati Marci spoliauerunt eundem Nicolaum naue et bonis in valore C marc. rozst. et vno equo, VII annis elapsis.

Jtem anno preterito circa Martini spoliauit Marquardus de Stoue senior Hinricum de Guzstrowe vino, seruisia, farina et braseo in valore XXX marc. puri arg.

Jtem circa quindenam post festum Pasche hoc anno spoliauerunt famuli eiusdem Marquardi dictum Hinricum de Guzstrowe suo hummulo in valore VI marc. puri arg.

Jtem circa quindenam post festum Pasche hoc anno famuli dicti Marquardi spoliauerunt Willekinum de Berendesh(usen) bonis suis in valore XII marc. rozst. Jtem a festo beati Michaelis IIII annis elapsis spoliauerunt Hennekinum de Hamme suo panno, lineo panno et alijs bonis in valore III libr. gross. Jtem ab autumpno IX annis elapsis famuli Marquardi de Stoue spoliauerunt Conradum Eycen seruisia in valore XVIII marc. rozst. Jtem a festo beati Michaelis IIII annis elapsis famuli Marquardi spoliauerunt Hermannum Brusowe vna lasta allecium. Jtem V annis elapsis ab autumpno dicti famuli spoliauerunt Johannem de Sundis bonis suis in valore XV marc. lub. den. Jtem eodem tempore spoliauerunt Johannem Hanen bonis suis in valore XII marc. lub. den. et III gross. sol. Jtem duobus annis elapsis in vigilia Palmarum junior Marquardus de Stoue et Heyno Hund spoliauerunt Wernerum Nigrum humulo, farina et seruisia in valore XL marc. lub. den.

Jtem a festo beati Michaelis VII annis elapsis famuli Marquardi predicti spoliauerunt Hinricum et Thidericum de Malchyn IIII lastis allecium. Jtem V annis elapsis in vigilia Ascensionis Domini famuli Marquardi de Stoue spoliauerunt Hermannum Mandach, Thidericum Howeschild et Ditmarum Sale butiro et alijs bonis in valore CL marc. den. rozst. Jtem junior Marquardus de Stoue cum suis spoliauit Hinricum Gyscowe ante natiuitatem Domini anni preteriti seruisia sua in valore XXVI sol. gross. Jtem junior Marquardus spoliauit Hinricum et Nicolaum Gyscowe hummulo in valore IX marc. puri arg., feria sexta quatuor temporum ante Michaelis anni preteriti. Jtem Marquardus de Stoue senior spoliauit elapsis IIII annis feria VI ante festum Pentecostes preteritum Hinricum Stenueld et Hinricum Lepel farina, sale et alijs bonis in valore VI libr. gross. et CL marc. rozst. d. Jtem dominus Benedictus de Aleuelde et Bertrammus Kule spoliauerunt Eycen bonis suis in valore X marc. rozst., et Bertoldum Tylenson XLVIII marc. rozst., et Hinricum de Kemenitze II lastis allecium, et Hennekino I lastam allecium, ac Hermanno Brusowe II lastis allecium, circa II annos retroactos. Jtem dominus Benedictus Aleueld et Bertrammus Kule spoliauerunt Johannem Bremer I lasta allecium, circa duos annos elapsos. Jtem Benedictus de Aleuelde et sui spoliauerunt Thidericum Horn seruisia, pane, lineis pannis ac albis pannis in valore LXXV marc. rozst., circa tres

annos retroactos. Jtem Benedictus de Aleuelde ac Bertrammus Kule spoliauerunt Reynekinum Molner apud Ghetsør bonis diuersis in naue Nicolai Raceborgh ad valorem XXX marc. rozst., elapsis II annis. Jtem dominus Emeke Wnesuleed accepit Heydekino Ghisewitten III marc. arg. valorem in seruisia et hummulo, elapsis II annis. Jtem dictus dominus Emeke et filius eius, dominus Johannes Blanc, spoliauerunt Hermannum Beseler et Hinricum Butstok ante castrum Hinchsteganel elapsis II annis hummulo, braseo, pulchro panno et alijs bonis in valore C marcarum puri, et duos famulos suos, scilicet Hennekinum Hamborgh et Sweder, interfecerunt. Jtem dominus Hinricus comes cum suis spoliauit socios dictorum ciuium ante Horsenhuse XVI tunnis butiri et hummulo in valore XXII marc. arg.

Jtem Emeke et Hinricus dicti Santbergh spoliauerunt predictos Hermannum et Hinricum braseo et farina in valore XXI marc. lub. den., elapsis II annis in festo beati Laurencij preteriti. Jtem Emeke Santbergh spoliauit cum suis Thidericum Bornid et Hennekinum Kocher seruisia et siligine in valore XVI marc. rozst., elapso anno infra festum Pentecostes et Johannis baptiste preteritum proxime. Jtem Krege Brucdorp de Rauensborgh spoliauit Arnoldum Redwisch carnibus in valore XX marc. rozst., et Emeke de Santbergh lardis et equis in valore L marc. rozst., ac Gherlacus Mungh et Andreas Akesson XXX marc. puri arg. nec non hummulo et seruisia in valore XX marcarum lub. spoliauerunt eundem Arnoldum et supra castrum Rauensborgh duxerunt. Jtem Santbergh et filius Eghardi Brucdorp et Johannes de Hø spoliauerunt Johannem Viceman C marc. den. lub. Jtem Heyno Brucdorp et Heyno Hund spoliauerunt Johannem Watnød et Thidericum Grullen braseo, hummulo et siligine in valore XXXVI marc. arg. Jtem Heyno Brucdorp et Heyno Hund spoliauerunt Heynonem Pynnowe et Hermannum de Lubeke vno coggone et promptis bonis in valore quadringentarum marcarum minus XVII marc. rozst. d. Jtem Eghardus Brucdorp et Heyno Brucdorp spoliauerunt Helmoldum et Hinricum Langhen et eorum socios CC marc. den. rozst., elapsis circa octo annos. Jtem Krege Brucdorp et Petrus Stake spoliauerunt Bordeken et Conradum socium suum cutibus et lardis, bobus et butiro, elapso I anno, in valore C marc. rozst. Jtem dominus Eghardus Brucdorp spoliauit Petrum Babben X sol. gross. in pane et seruisia, et Henneke de Wedele accepit eidem Petro et Hinrico Babben XXXVI sol. gross. in Copmanhauen, elapsis vltra duos annos. Jtem Heyno Brucdorp in Norssund spoliauit Willekinum Starkadern bonis in valore XXXIIII marc. arg., circa duos annos. Jtem Krege Brucdorp abstulit Thiderico, filio Bernardi pistoris, vnum equum in Gronessund VI marc. valentem rozst., circa festum Pasche nunc elapsum.

Jtem Andreas Akesson spoliauit Hinricum Borghwal CC marc. rozst. et XXVI mr.

in sale et seruisia, in pannis et telis, que in wlgo loywent dicuntur, et cista cum parata pecunia, et clenodijs argenteis in valore XV marc., et naue sua L marc. rozst. Jtem Andres predictus accepit Johanni Bitterdod XVI marc. rozst. in seruisia, circa VI annos elapsos, ac Godekino Winter L marc. et Heynekino Cellatori L marc. rozst. den., elapsis VI annis. Jtem dictus Andres sumpserunt (!) Hinrico Morink IIII libr. gross., circa VI annos elapsos, et Otto de Høo in cutibus et pellibus ad XII marc. rozst. accepit eidem Hinrico, circa XII annos elapsos. Jtem dominus Hinricus Breyde et Henneke frater eius sumpserunt Wescelo XVIII marc. lub. den. cum V sol. in conductu. Jtem Otto Breyde super Rauensborgh accepit Paulo Jonesson nauem et bona sua ad valorem XXI marc. arg. Jtem capitanei de Rauensborgh sumpserunt breuiter Johanni de Sundis nauem et bona sua in valore XL marc., et Stephano de Nikes XV lastas tunnarum, et Hennekino Nyendorp XI marc. rozst. Jtem duo dicti Steen de Rauensborgh acceperunt Hinrico Albo in valore XII sol. gross. et Gherardo suo socio V sol. gross. Jtem quando Otto Breyde fuit capitaneus in Rauensborgh, accepit Hennekino Cropelyn in naue Pauli Jonesson in braseo et lineo panno ad valorem XXXIIII marc. rozst., et seruus ad custodiendum ea deputatus grauiter erat wlneratus, anno preterito. Jtem Emeke Hunesuled accepit eidem hummulum in naue, in qua Henneke Hamborgh et Swederus fuerunt interfecti, in valore XIIII marc. rozst. Jtem ducta erant bona sua ad castrum Bucholm in farina triticea et siliginea ad valorem X marc. rozst. Jtem Smalestede sumpsit ei de ecclesia in Hornes in hummulo valorem I libr. gross., II annis elapsis. Jtem Borchardus Breyde et sui abstulerunt Thiderico Schutten I lastam brasei et I lastam siliginis et arma in valore VI marc. lub. ante castrum Rauensborgh, circa vnum annum elapsum. Et Tunnenband ac Wlf Santbergh sumpserunt sibi XIII tunnas seruisie ac panes et vestimenta in valore I marc. arg. Jtem Ludeke de Gabno, aduocatus Marquardi de Stoue junioris, sumpsit sibi VI lastas seruisie wismariensis ante Werdingborgh, et dominus Volradus de Bucwolde ac Punich, eius aduocatus, sumpserunt sibi V lastas ceruisie et interfecerunt fratrem ipsius. Jtem Tunnenband sumpsit sibi VI equos valentes XXIIII marc. rozst. ante Rauensborgh. Jtem dominus Benedictus de Aleuelde spoliauit anno preterito in crastino Omnium Sanctorum Hinricum Radeleues in carnibus et allecibus ad valorem XII marc. rozst. Jtem post festum Pasche in isto anno de castro Rauensborgh spoliauerunt Hartwicum Bucowe naue et bonis in ea contentis in valore C marcarum rozst., et spoliauerunt in eadem naue Thidericum Horn III tunnis butiri. Jtem a festo Pasche II annis elapsis de castro Rauensborgh spoliauerunt Hinricum Douekatten panno, pane et seruisia in valore V marcarum

puri arg. Jtem post Martini VIII annis elapsis spoliauerunt Ankerman, Helric et Beyenuled Johannem Maken bonis suis in valore III punt gross. Jtem capitanei in Copmanhauen et dominus episcopus Roskyldensis acceperunt Johanni Longo et cognato Bernardi Wysen CC marc. rozst. in Norssund; elapso Jeiunio fuit annus.

Jtem capitanei de Calingborgh acceperunt Hermanno Knoken I lastam seruisie; in Jeiunio fuit annus. Jtem Jones Elmůz et Breyde acceperunt Falkoni Fabro XXX marc. rozst. in cistis, seris et calcaribus, elapsis V annis. Jtem Man de Dyssowe et Marquardus de Plone, Elerus de Kylo acceperunt Hennekino Kersebom nauem suam cum frumento C marc. rozst. valentem, circa V annos. Jtem filij Dapiferi et Andres Akesson cum suis spoliauerunt ante castrum Tranekore Reynekinum Tylenson CL marc. rozst. in naue sua et bonis in ipsa existentibus. Jtem Petrus filius Laurenson spoliauit ante festum Omnium Sanctorum hoc anno Hinricum Nordmegher et Hermannum Crampen, Conradum Schaffenrad et Willekinum Dulmen allecibus et alijs bonis ac parata pecunia in valore CC marcarum minus XX rozst. Jtem Mattes Hacke famulus Jones Laurensson cum suis spoliauit sabbato post Pasche hoc anno Petrum Juten XVIII tunnis seruisie et panibus, qui valebant I marc. lub., item noua cella, balista et armis IIIIł marc. lub. in valore.

[1] Jtem Brugehane et sui socij acceperunt Godscalco de Kamen et suis socijs valorem LX marcarum rozstoccensium in seruisia et humulo, et dominus Johannes Lussowe accepit eidem Godscalco ad valorem XI marc. rozst. in sale et piscibus, wlgariter dorsch dictis, elapsis circa quinque annos. Jtem Volradus Walstorp ac Thymmo Pulsate cum suis acceperunt Nicolao Stouenbergh XXXII sol. gross. in ceruisia et quatuor centenaria strummulorum. Jtem Volrad de Bucwolde et sui complices sumpserunt Bertoldo Frisonis LXXXVIII marc. rozst. et XV marc. arg., circa sex annos retroactos. Jtem Anders Akesson spoliauit cum suis hoc anno in estate Hermannum Pudklod et auunculos suos, Pudklod dictos, bonis in valore C et VI marc. rozst. Jtem Nicolaus Brœdorp spoliauit eundem Hermannum seruisia et hummulo in valore XXVIII marc. rozst. ductis ad castrum Alholm.

Jtem Heykendorp de Rauensborgh spoliauit Henneken Crusen bonis in valore XII marc. rozst., VIII dies post Michaelis huius anni. Jtem circa festum Assumpcionis Marie elapsis octo annis famuli Marquardi de Stoue abstulerunt Hinrico

1) Alles Folgende steht auf einem angehängten durch das durchgezogene Siegelband mit der Hauptürkunde verbundenen Pergamente. Nachdem zuerst die Vorderseite desselben zu den weiteren Aufzeichnungen mit dem förmlichen Schlusse: Datum etc. benutzt worden ist, hat man später nachträglich, was zwischen den beiden * steht, eingefügt, erst mit gedrängterer Schrift vor den Satz: Super omnia, dann von Reuoluatur an auf der Rückseite des angehängten Pergaments.

Pelegrine et Hermanno Holtwic, auunculo suo, XVIII tunnas ceruisie et II lastas salis ductas Werdingborgh in valore III lib. gross. Jtem Cristianus Kûle cum suis complicibus sumpsit Thidemanno Berman I punt gross. et X marc. skanenses, et I pannum valore IIII marc. rozst., et I lastam ordei, elapsis II annis. Jtem Cristianus Kule accepit Hermanno Molner bona sua in valore XXXIIII marc. rozst., elapsis II annis, et socij Marquardi de Stoue acceperunt eidem IIII punt grossorum, circa sex annos retroactos. *Jtem Petrus Ynghemerson, aduocatus junioris Marquardi de Stoue, spoliauit Copekinum Langhen circa Johannis baptiste hoc anno IIII marc. puri arg., et VI equis in valore XX marc. rozst., ac pluribus alijs bonis et vestibus, et incarcerauit eum Werdingborgh. Reuoluatur. Jtem junior Marquardus de Stoue spoliauit in Gronessund hoc anno post Michaelis, postquam compromissum fuit in arbitros, Euerhardum de Vreden IIII lastis allecium et I tunna salis et cista ac vestimentis et II decadibus pellium agnorum in valore centum marc. rozst. Jtem Woldenbergh et Heyno Hund spoliauerunt Euerhardum predictum et suos socios in portu Copmanhauen bonis suis in farina et braseo ac seruisia ad valorem CC marc. rozst. in cogghone cuiusdam dicti Top, que postmodum promiserunt eis soluere, literas suas super hoc dantes, et non soluerunt.*

Super omnia conquerimur, prout magis dinoscitur conquerendum, quod super omnibus premissis articulis sepius plura placita seruauimus cum prenotatis dominis eorumque sequentibus et vasallis, et quicquid nobis et nostris conciuibus super refusione nostrorum multiformium dampnorum, nobis sub securitate et pace illatorum, promissum est, valde parum et minime est seruatum. Eciam prefati domini nunquam vasallorum suorum in tantum potentes esse volebant, quod eos nobis juri statuere volebant, et quod justiciam et equitatem ab eis consequi poteramus, de quibus omnis discordia et lis vsque in hodiernum diem maxime est suborta. Quare petimus, si stabilis amicicia et composicio inter dominos Holtzacie et eorum vasallos ac nos firmiter perseuerare debuerit, quod taliter ordinare dignemini, quatenus vasallos suos nos contra jus infestantes, siue in terris seu in aquis, nobis judicio statuant, et juuent nos plenariam ab eis iusticiam uel juris equitatem absque aliqua occasione iniqua. Si vero hec nobis fieri non possent, et nos ob hoc aliqua in contrarium attemptaremus, illorum volumus nos apud dominos habere precautos et excusatos.

Datum Rozstoch, sub appensione secreti sigilli nostre ciuitatis, anno Domini millesimo CCCXL secundo, in profesto beati Nicolai episcopi et confessoris.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCLX.

*Die Wittwe des Burchard Schönberg giebt dem Rathe zu Lübeck Sicherheit wegen des für einen gefangenen Schweden Johann Tuckeswert versprochenen Lösegeldes von 200 Mark Pf. 1342. Dec. 13.*

Johannes Tuckeswert de Swecia tenetur ciuitati pro depactacione captiuitatis sue CC marcas den., in festo b(eati) Mich(aelis) proximo persoluendas. Pro quibus domina Ghertrudis, relicta Borchardi Sconenbergh, cum consensu filij et prouisorum eius domum eius, quam inhabitat, sitam in fossa pistorum, dominis consulibus inpignerauit ad usus ciuitatis in die beate Lucie, tali condicione: si dicte CC marce in termino prefixo persolute non fuerint, tunc dicta hereditas debeat venumdari absque prosecucione iuris coram iudicio facienda, et CC marce pro usu ciuitatis inantea debeant subleuari. Consilium sic scribi mandauit.

*Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches v. J. 1342.*

## DCCLXI.

*Die Knappen Marquard und Harnait von Sagentz bekennen, wegen ihrer mit 24 behelmten Mannen und 36 Rennern der Stadt Lübeck im Jahre 1342 geleisteten Kriegsdienste vollständig befriedigt worden zu sein. 1342. Dec. 18.*

Wi Marquard vnde Harnayt brodere gheheten van Sagentze knapen. Bekennen in || desser scripht, alse vmme den denest, den wi mit vsen volghern, alse mit vier || vnde twintich mannen mit helmen vnde ses vnde drittich rønren, vnde || mit alle den, de dar mede mit vs ghewesen hebbet, in desseme iare ghedan hebbet erbaren mannen, den herren den rathmannen vnde der stat thů Lubeke, dat wi also van en ghescheden sin mit minne vnde mit vruntscap, dat se vs vsen solt, vůrlust, kost vnde alle dat, des se vs plichtich weren vmme denest, gantzleken vnde al betalet hebbet, also dat wi de vorbenomeden ratmanne vnde de stat thů Lubeke vor vs vnde vor alle vsen volgheren, de mit vs in erme denste ghewesen hebbet, quyth, ledich vnde los laten, vnde danken en, vnde wille se vnde ere borghere eren vnde vorderen mit alle den stukken, de wi vůrmoghen, alse wi Marquart vnde Harnayt brodere vorbenømet thů ener opembaren betughinghe hebbet vse inghesegele ghehenghet thů dessem breue. Ghegheuen thů Lubeke, na Godes borth dusent drehundert in deme twe vnde vierteghesten iare, achte daghe vor Wynachten.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Vom ersten Siegel ist nur das Band vorhanden, das zweite hängt noch an.*

## DCCLXII.

*Die Rathmänner zu Rostock ersuchen den Rath zu Lübeck, die ihren Mitbürgern von der Flotte der Stadt weggenommenen zwei Last Heringe, da dieselben vor dem Verbote des Handels nach Schonen bereits dort gesalzen gewesen seien, wieder zu geben oder zu vergüten. 1342. Dec. 21.*

Honorandis viris ac discretis, dominis consulibus in Lubeke, suis amicis dilectis, consules Rozstokenses || obsequij et honoris, quantum possunt, sincerissimo cum affectu. Noueritis, quod conciues nostri, viri ho||nesti ac fidedigni, in presencia nostra constitu(t)i, proprias hereditates apud nos habentes, scilicet || Rûlef de Kamen ac Hinricus Ghissekowe, recognoverunt et iuramentis suis prestitis protestati sunt, ipsis fore notum, quod Johannes Wokrente et He(rmannus) filius eius ac Henneke Bornit, presencium monstrator, bona sua longe ante tempus mandati prohibitum in terra Schanie habuerunt, cum quibus illas duas lastas allecium, quas capitanei liburnarum ciuitatum eis acceperunt, salsauerunt debito tempore salsacionis, nec eciam iuuamine aliquorum Swenorum uel Danorum cum dicto allece est factum, sed iusto ac debito modo processum, et acceptum amicis et non inimicis; insuper super eo ad nos certum respectum et fiduciam habentes, quod pro huiusmodi allece, quod et quantum eis representaueritis, actio posterior seu monicio secundaria non subsequetur, nam a nostris conciuibus super eo certam recepimus caucionem. Quare vestram commendabilem discrecionem deuotissime deprecamur, quatenus nostri seruicij et precis nostre intuitu sepedictis nostris conciuibus eorum allec integraliter restitui uel solui faciatis, prout vestris burgensibus fecimus et adhuc libenter faciemus. Datum ciuitatis nostre sub sigillo tergotenus presentibus affixo in testimonium premissorum, anno Domini M̊CC̊XLII̊, in die beati Thome apostoli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Resten des in dorso aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## DCCLXIII.

*Die Rathmänner zu Rostock ersuchen den Rath zu Lübeck, die ihren Mitbürgern Peter Brodhagen, Gottschalk Freitag und Nicolaus Weger von den Hauptleuten der städtischen Flotte weggenommenen 4 Last 2 Tonnen Heringe wieder geben zu lassen. 1342. Dec. 24.*

Viris honorandis ac multum discretis, dominis consulibus in Lubeke, consules Rozstokenses cum affectu || sincero paratum eorum seruicium et honorem.

Noueritis, quod viri honesti ac fidedigni, conciues nostri, || Euerardus Calf ac Johannes Longus, proprias hereditates apud nos habentes, in presencia nostra constituti || recognouerunt (et) prestitis suis iuramentis protestati sunt racionabiliter, ipsis constare non dubie, quod Petrus Brothagen, Godschalcus Vridach ac Nicolaus Wegher, nostri conciues, ante festum Penthecostes nunc elapsum sua bona in terra Schanie ante tempus mandati prohibitum habuerunt, cum quibus quatuor lastas et duas tunnas suo debito salsacionis tempore salsauerunt, quas capitanei liburnarum ciuitatum supra mare eisdem acceperunt; eciam scientes pro certo, hoc iuuamine Swenorum aut Danorum aliquorum (non) fore factum, sed iusto et debito modo est processum, et semper amicis et non inimicis acceptum. Quare prudenciam vestram intime rogitamus honorandam, quatenus nostri amore et precum nostrarum ob respectum sepedictis nostris conciuibus eorum allec predictum restitui et representari faciatis, sicut vestris ciuibus libenter facere volumus viceuersa. Nam pro eo certum respectum et firmam confidenciam habere debeatis, quod pro huiusmodi allece, quantum et quod ipsis presentaueritis, nulla monicio secundaria siue actio posterior a nullo de cetero subsequatur, quia super hijs || sufficientem a nostris conciuibus recepimus caucionem. Datum ciuitatis nostre sub sigillo a tergo presentibus affixo in testimo(nium) premissorum, anno Domini M̊CC̊C̊XLII̊, in vigilia natiuitatis Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit der Spur des aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## DCCLXIV.

*Der Ritter Heinrich von Saldern und der Knappe Beyer von Rotzing bekennen, wegen ihrer im Jahre 1342 der Stadt Lübeck mit 32 behelmten Mannen geleisteten Kriegsdienste vollständig befriedigt worden zu sein. 1343. Jan. 6.*

Wi Henrich van Saldere riddere vnde Beyer van Røtzinghe[1] knape. Bekennen in desser scripht, || alse vmme den denest, den wi mit vsen volgheren, alse mit twe vnde drittich mannen mit hel||men, vnde mit alle den, de dar tů horden vnde mit vs mede wesen hebbet, in desseme iare || ghedan hebbet erbaren[2] mannen, den herren den ratmannen vnde der stat tů Lubeke, dat wi also van en ghescheden sin mit minne vnde mit vruntscap, dat se us vsen solt, vůrlust, kost vnde alle dat, des se vs plichtich weren vmme den syluen denest, gantzleken vnde al betalet hebbet, also dat wi de vorbenomeden ratmanne vnde de stat tů Lubeke vor vs vnde vor alle vse volghere, de mit vs in erme denste ghewesen hebbet, quyt,

1) Rotzinghe. 2. 2) acbaren. 2.

ledich vnde los laten, vnde danken en, vnde willen se vnde ere borghere eren vnde vorderen mit alle den stucken, de wi vůrmøghen, alse wi Henrich vnde Beyer vorbenomet tů ener opembaren betughinge hebbet vse ingheseghele ghehenget tů dessem breue. Ghegheuen na Godes bort dritteynhundert iar dre vnde viertich iar, in der hochtyt tů Twelften.

*Nach dem Originale in duplo, auf der Trese, beide mit anhängenden Siegeln.*

## DCCLXV.

***Conrad Segers und Hasseke, Bürger zu Lüneburg, berichten den Rathmännern zu Lübeck über die in ihrer, als den vom Rathe zu Lüneburg dazu Verordneten, Gegenwart den Hauptleuten Heinrich von Saldern und Beyer Rotzing für geleistete Kriegsdienste ausbezahlten Gelder. 1343. Jan. 11.***

Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus Lubicensibus, suis dominis dilectissimis, Conradus Zegherdes et Hasseke, || ciues Luneborgenses, se beniuolos et paratos quolibet genere famulandi. Vestra prudentia nouerit in presenti,|| quod interfuimus persolucionem (!), quam Hermannus Scutte et Johannes eius socius domino Hinrico de Saldere necnon Beyero || de Rotzinghe fecerunt in hunc modum, ad quam domini nostri, consules Luneborgenses, nos statuerunt. Vnde scitote, quod ipsis CCC marcas et XX marcas puri argenti pro solt persoluerunt, item XXX marcas domino Hinrico et Beyero supradictis capitalibus, item XL marcas pro equis duobus magnis, item VII marcas pro paruis equis duobus; modo scientes, quod pecuniam pro equis persolutam non potuimus minorare in amicicia et amore; eciam scituri, quod Hermannus et Johannes predicti habent vnam litteram illarum litterarum duarum, quas domini Hinricus et Beyerus prefati habuerunt ex parte vestri, que wlgariter dicuntur denkebreue, et aliam obliti fuerant ibi domi. Pro qua littera oblita ipsis dederunt litteram suis sigillis, scilicet domini Hinrici et Beyeri, sigillatam, cuius tenor est ista, quod nobis data fide promiserunt, quod litteram oblitam nobis in festo Carnispriuij nunc futuro volunt transmittere omni dilatione postergata. Jn huius rei testimonium euidens nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CCC̊XLIII̊, in sabato post Ephiphaniam Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden beiden Siegeln.*

## DCCLXVI.

*Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, Pfalzgraf am Rhein, Herzog von Baiern und Kärnthen u. s. w., ertheilt dem Rathe zu Lübeck Quittung über den zu Mariä Geburt fälligen Reichszins. 1343. Jan. 22.*

Lvdowicus Dei gracia Brandinburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus Reni, || Bauarie et Karinthie dux sacrique Romani imperij archicamerarius, Tyrolis et Goricie co||mes, necnon ecclesiarum Aquileiensis, Trendentinensis et Prysnensis aduocatus. Pruden||tibus et discretis viris, . . consulibus ciuitatis Lubeck sincere sibi dilectis, conplacencie quantum poterit et fauoris. De pensione annua ciuitatis vestre, excellentissimi principis domini Ludowici Romani imperatoris, domini et progenitoris nostri karissimi, nomine nobis debenda super festo natiuitatis beate Marie virginis proxime venientis, dicimus ipsius domini et progenitoris nostri prenotati et nostri nomine vos, dumprimum discreto viro Andree de Rozstok, vestro conciui, satisfeceritis, quitos presentibus et solutos. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Rozstok, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, feria quarta in crastino beate Agnetis virginis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCLXVII.

*Der Knappe Wedege Bugenhagen bekennt, dass er für die von ihm, Degenhard Bugenhagen und Walter von Pentz mit vierzehn behelmten Mannen und zwölf Rennern der Stadt Lübeck im Jahre 1342 geleisteten Kriegsdienste volle Bezahlung erhalten habe. 1343. Febr. 2.*

Jk Wedeghe Buggenhaghen knape. Bekenne in desser jeghenwordeghen scripht, alse vmme || den denest, den ik mit Deghenarde Buggenhaghene vnde mit Woltere van Pentze vnde || alle eren vnde minen volghern [de] mit vierteyn mannen mit helmen vnde mit twelf || rønren in dessem vorganden iare ghedan hebbe erbaren mannen, den herren den rathmannen vnde der stat thů Lubeke, dat ik also van en ghescheden bin van alle miner vorbenomeden kumpenye vnde volghere weghene, dat se mi erer aller solt, vůrlust, kost vnde alle dat, des se en vnde mi vnde alle vsen volghern plichtich weren vmme den syluen denest, gantzliken vnde al betalet hebben, also dat ik vnde se den vorbenømeden rathmannen danken vnde der stat thů Lubeke, vnde laten se quyt, ledich vnde los vor vs vnde vor alle de, de mit

vs ghewesen hebbet in erme denste, vnde willen se vnde ere borghere eren vnde vordern mit alle den stucken, de wi vůrmoghen, alse ik Wedeghe vorbenomet thů ener opembaren betughinge, dat mi de vorbenomede solt al betalet is, hebbe min ingheseghel ghehenget thů dessem breue. Ghegheuen thu Lubeke, na Godes borth dritteynhundert jar in deme dre vnde vierteghesten jare, in deme daghe der hochtyt vser Vruwen thů Lichtmissen.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCLXVIII.

***Die Lübeckischen Bürger Marquard Küchenmeister und Marquard von Kiel bekennen, von den Kämmereiherren zu Lübeck für Rechnung des Christian Schütte 40 (oder 50) Mark Pf. empfangen zu haben. 1343. Febr. 5.***

Dominus Marquardus Roreland miles recognouit coram consulibus, illas secundas mille marcas super festo beati Martini nunc proximo persoluendas, sicut inferius in hoc libro est notatum, Woldero Bocle esse persolutas, ad quod ipse dedit consensum, similiter reuerendus dominus episcopus Sleswicensis tenet gratum et ratum; dimittens dictus Marquardus predictum reuerendum dominum episcopum omnesque suos compromissores de hijs secundis mille marcis, sicut ex parte castri Swauestede prefato Woldero nomine suo persolutis, quitos et solutos. Actum coram consulibus anno XLIIII, Scolastice virginis.

*Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches.*

## DCCXCII.

*Simon Hagen, Sohn des Johann Jacobson von Harlem, stellt dem Rathe zu Lübeck eine Schuldverschreibung aus über theils von dem Aussteller verbürgte, theils baar als Darlehn empfangene zwei Pfund Turonischer Groschen. 1344. Febr. 25.*

Omnibus hoc scriptum inspecturis ego Symon Haghen, filius Johannis Jacobsson de Harlem, || salutem in Domino. Tenore presencium publice recognosco, quod ego honorabilibus viris, dominis consulibus Lu||bicensibus, pro vna libra grossorum turonensium, quam ad literam patris mei deprecatoriam cuidam famulo, nomine || Willekin Boldenberch, fecerant mutuo presentari, fideiussi. Jnsuper pro meis vsibus propriis michi ipsi vnam libram grossorum turonensium amicabiliter mutuo concesserunt michi per eos personaliter presentatam. Quas duas libras grossorum turonensium ipsis volo et debeo soluere, sicut ipsis promisi amicabiliter, in festo natiuitatis sancti Johannis baptiste proxime venturo, dubio procul moto, ad quod me

et heredes meos astringo ipsis et ciuitati Lubicensi fideliter obseruandum. Jn cuius rei testimonium sigillum meum ad presentem literam apposui et appendi. Datum anno Domini M̊CC̊CXL quarto, feria quarta quatuor temporum proxima post dominicam Jnuocauit.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCXCIII.

*Der Knappe Hennekin von Rönnau urkundet über die der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1344. März 10.*

Omnibus presens cernentibus Hennekinus de Rønnowe filius Bertoldi de Rønnowe armiger salutem in Domino sem‖piternam. Tenore presencium recognosco publice et protestor, quod iuraui dominis consulibus et ciuitati Lubicensi debitam ac ‖ racionabilem orueydam pro me et meis amicis omnibus et singulis causa mei quidquam facere vel dimittere volentibus, natis ‖ et nascendis, perpetuis temporibus firmiter et inuiolabiliter obseruandam, pro eo videlicet, quod aduocatus ciuitatis Lubicensis cum sua comitiua me ceperunt inter predicte ciuitatis Lubicensis proscriptos homines, quorum aliqui fuerunt interfecti et aliqui iuris ordine decollati. Et nos Bertoldus de Rønnowe predicti Hennekini pater, Hennekinus dictus Steen, Hartuicus Slamerstorp, Hinricus dictus Swyn, Nicolaus Rønnøwe et Volradus de Knope armigeri testimonio presencium recognoscimus, nos iuncta manu et in solidum data fide firmiter promisisse vna cum prenotato Hennekino de Rønnowe, quod supradicta orueyda debet inperpetuum absque omni dolo dominis consulibus et ciuitati Lubicensi et eorum ciuibus inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei euidens testimonium sigilla nostra vna cum sigillo sepetacti Hennekini de Rønnowe appendi fecimus huic scripto. Datum et actum Lubeke in consistorio dominorum consulum, anno Domini M̊CCC̊X̊L quarto, feria quarta proxima ante dominicam Letare.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden sieben mehr oder minder gut erhaltenen Siegeln.*

## DCCXCIV.

*Johann III., Graf zu Holstein und Stormarn, bestätigt dem Lübeckischen Bürger Bertram Vorrad und dessen Erben das volle Eigenthum der Dörfer Stockelsdorf und zum Berge nebst der Mühle und dem Neuenhofe (Mori) und gestattet ihm, diese Besitzungen zu Lübischem Rechte und Gerichte zu halten. 1344. März 17.*

Jn Godes namen amen. Wi Johan van Godes gnaden greue thů Holtzsten vnde thů Størmeren. Bekennen openbare vnde willen, dad witlik si beyde ieghen-

wardighen vnde thůcomenden luden, dad wi van rade vnde van vůlbord || vser truwen man vnde alle der, de dar ane weren thů eschende, hebben ghelaten vnde ghegheuen lutterliken vnde vrieliken deme erbaren mane hern Berthramme Vorrad, eneme børghere thů Lubeke, vnde sinen rechten erfnamen, eweliken || alse wol vrůwen alse mannen thů brukende, in de wederlegginge der woldad vnde der denste, de vns de selue her Berthram vnde sine erfnamen menegherleye wis vlitich sint ghewesen thů bedende, dad dorp thů Stochelstorpe vnde dad dorp || thům Berghe vnde de molen vnde den Nigenhof bi Stochelstorpe, thů hebbende vnde thů besittende an deme rechte des eghendůmes eweliken, mit ackere ghebůwed vnde vnghebůwed, wische, weyde, brůke, můr, torf, holt, busch, water vnde waterloop vnde erer stowinghe, weghe vnd afweghe, vtghenge vnde wederghenge, mit der schedinge der veldmarke, also de dørpe, møle vnde hof gheleghen sint, mit alleme rechte thů richtende, in hand vnde in den hals vnde mit allen anderen richten, mit alleme eghendůme, mit aller nůth, mit aller bequemicheyd vnde ghemake vnde vrucht, vnde slichtes mit alle deme, dad dar thů hort eder noch thů høren mach thu den dørpen, møle vnde houe, mit der aller vůllenkomenesten vriheyd, also dad noch se noch ere vndersathen, de dar sitten in deme gůde, na deme lope der thiid thů beschattinge, gheuinge, bede, eder thů anderen ienigherleye denesten eder anders ienighe stucke thů důnde vns eder vnsen eruen, eder iemende anders sint ienigherleye wis vůrbunden eder plichtich. Vortmer scolen se hebben vullenkomene macht vnde vrie wolt, dad se dad gůth mit alleme, dat dar thu hort, vnde mit allen vorworden vnde vnderschede, de vøre screuen stan, moghen vnturømeden vnde ouer bringhen, wo dane wis vnde wor vnde wanne se thů rade werden, thů wad personen se willen, se sin gestlick eder werlik, vnde moghe dad selue gůth vnde dørpe, mølen vnde hof voresproken holden thů lubescheme rechte vnde in lubescheme richte, ghelike den dorpen, de van oldinges vppe der veldmarke thů Lubeke gheleghen sind, vnde se møghen mit den seluen dørpen vnde gůde důn vnde laten eweliken van erer eghenen wold, wad se willed. Dar thu ne døruen se nicht vnse vulbord eder orlof eschen noch iemans anders. Hir vmme thů beslutende de rede, so spreke wi openbare, dad de voresprokenen dørpe, møle vnde hof vnde dad gůth mit alle deme, dad dar thů hord, ewelike mid deme rechte des eghendůmes hord thů deme vorbenømeden hern Bertramme Vorrad vnde sinen erfnamen, also wol vruwen alse mannen, so dat neman anders, wan se, ichtes icht rechtes beholde eder hebbe in den dorpen thů Stochelstorpe vnde thům Berghe vnde molen vnde Nigenhøue vnde in deme gůde, dad dar thů licht, vorbenømed. Thů ener bethughinge vnde eneme orkunde aller vnde sunderliken desser vorghesprokenen stucke hebbe wi desse ieghen-

wardighen scrift mit vnseme ingheseghele gheheten vnde ghelaten van vnser ghewissen witscap beuesten vnde sterken. Desser ding sint tughe juncher Gherd van Holtzsten vnse leue veddere, her Hinrik Breyde vnse ridder, vnde her Johan Crumbeke vnse hogheste scriuere, vnde vele ander gude lude beyde papen vnde leyen, den man wol gheleuen mach. Desse bref is ghescreuen vnde gheuen thů Lubeke, na Godes bord dusend iar drehunderd iar in deme veer vnde vertighesten iare, des Midwekens na deme Sundaghe thů Miduasten.

*Nach dem Originale, im Privatbesitze zu Lübeck, mit an verblassten seidenen Fäden hängendem wohl erhaltenen Siegel. Im Stockelsdorfer Archive befindet sich nur ein Transsumpt dieser Urkunde (No. 9.), 1406, am Freitag den 25. December ausgestellt und besiegelt vom Lüb. Bischofe Johann, beglaubigt vom Notar Friedrich Strödyngh. Das Siegel fehlt am Bande.*

## DCCXCV.

***Der Rath zu Lübeck erklärt, in der Streitsache zwischen Heinrich Kalkhorst und dem Stralsundischen Bürger Willerus von Bremen nicht eher entscheiden zu wollen, als bis beide Hauptparteien und deren Fürsprecher anwesend seien. 1344. März 25.***

Notum sit, quod domini consules Lubicenses hoc dixerunt, quod illud || ius ex parte Hinrici Calchorst et Willeri de Brema, ciuis Sundensis, || non possent prius iudicare, nisi quando ambo capitanei eiusdem || iuris et eorum ambo prolocutores pariter essent congregati: tunc vellent terminare. Testes sunt, qui hoc audiuerunt: Johannes Longus in Schone aduocatus, Dethardus Sachteleuent et Bertoldus Campsor morans in platea sancti Johannis. Datum anno Domini M̊C̊C̊C̊X̊L quarto, feria quinta ante dominicam Palmarum.

Litterae memoriales, *auf der Registratur.*

## DCCXCVI.

***Die Geschworenen des Landes Fehmarn urkunden über den abseiten der Grafen Johann III. und Gerhard V. von Holstein geschehenen Verkauf von 25 Mark Renten in dem Dorfe Todendorf an den Lübeckischen Bürger Ludekin Dönstorf. 1344. März 29.***

Universis ac singulis presentem paginam inspecturis seu audituris jurati totius terre Ymbrie salutem in Domino perhennem. Tenore presentium recogno-

scimus publice, publice protestantes, nobiles viros ac magistros(?) dominos, dominos nostros Johannem et domicellum Gherardum comites Holtzacie, vendidisse rite rationabiliterque discreto viro Ludekino Dønstorpe, civi Lubicensi, et suis veris heredibus XXV marcarum redditus in villa Thodendorpe, annuatim in festo beati Nicolai confessoris recipiendas, pro ducentis et quinquaginta marcis lubecen(sium) denariorum ipsis dominis jam dictis in suos usus conversis. Jnsuper recognoscimus in hiis scriptis, quod si aliquis virorum dictum Ludekinum aut suos veros heredes in hiis redditibus vellet infestare vel molestare, quod dicitur beweren, quod eundem Ludekinum et suos heredes ad hoc volumus juvare, wes we eme to rechte helpen moghen. Jnsuper placitatum est, quod prefixi domini vel eorum veri heredes hujusmodi redditus a dicto emptore vel suis veris heredibus, quandocumque voluerint, reemere possunt pro pecunia memorata ipsis emptoribus intra civitatem Lubeke persolvenda. Jn hujus rei testimonium sigillum terre nostre presentibus est appensum. Datum Borch, anno Domini MCCCXLIV, feria secunda post Palmas.

*Nach dem in der Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk.-Samml. II. No. 167. enthaltenen Abdrucke des im Kanselei-Archive zu Kopenhagen aufbewahrten Originales, mit anhängendem Siegel.*

## DCCXCVII.

***Kaiser Ludwig IV. ersucht die Stadt Lübeck, die dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg verliehene und von diesem dem weiland Ritter Heinrich von Rischach überwiesene Reichssteuer für das laufende Jahr für Rechnung der Erben des Letzteren zweien Lübeckischen Bürgern auszuzahlen. 1344. März 31.***

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Prudentibus viris, . . anczianis, . . || scabinis, . . consulibus et . . vniuersitati ciuitatis Lubicensis, suis et imperii fidelibus dilectis, || graciam suam et omne bonum. Meminimus nos, stivram vestram solitam et conswetam, nobis et imperio || annuatim super festum sancte Marie virginis debitam, illustri Ludowico marchioni Brandenburgensi, primogenito ac principi nostro karissimo, secundum continenciam litterarum suarum, quas a nobis habet, sicut vobis plenius constat, dedisse et liberaliter tribuisse. Et quia idem primogenitus noster eandem stivram pro tempore strennvo militi quondam Heinrico de Rischach suis litteris deputauit, fidelitatem vestram requirimus et cum diligencia exhortamur petentes, quatenus stiwram consuetam, hoc anno per vos racione imperii super festum sancte Marie soluendam, Andree dicto Rosttok et Johanni Lembikin, vestris conciuibus, nomine heredum dicti de Rischach secundum

continenciam litterarum primogeniti nostri prefati sibi traditarum integraliter persoluatis. Quod cum feceritis, vos vestramque ciuitatem de stivra eadem vna cum primogenito nostro antedicto ac heredibus dicti de Rischach liberos et solutos dicimus harum serie litterarum. Datum Nůrnberg, vltima die Marcij, anno Domini M̊CCC̊ quadragesimo quarto, regni nostri anno XXX̊, imperii vero decimo septimo.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist vom Bande abgesprungen.*

## DCCXCVIII.

***Albrecht, Herr zu Mecklenburg, Stargard und Rostock, urkundet über die von ihm abgegebene Entscheidung in der Streitsache zwischen der Stadt Lübeck und Nicolaus und Hermann Parkentin. 1344. Apr. 13.***

Wi Alberd van der gnade Godes here to Meclenborch, to Stargard vnde to Rozstoch. Bekennen || vnde tughen openbare in desme breue, dat wi vm alle schelinghe, de was tuschen den || ratmannen van Lubek vnde eren borghern van der enen weghene, Clawese vnde Hermen || Parkentynen van der andern weghenen, ghesproken hebben, dat Clawes vnde Hermen Hinceke Ghogelowen vntweren scolen vt deme Joden van schuld vnde van schaden. Vortmer wan id Clawes den radmannen binnen dessen achtdaghen twe daghe vorsecht eder enbedet, so scolen de radmanne ene, vnde de mid em komen, leyden twe daghe to komende in de stat to Lubek vnde weder vt. Dar scole der ratmanne dre sweren van des ghancen rades weghene, dat se Claweses vnde Hermens luden, dar se ouer richtet hebben, anders nicht ghedan hebben, wen dat en lubesch recht is. Des scal Clawes en wedder leggen en wandel vnde sweren sulf teynde, dat he en vmme stucke, der se em schuld vmme gheuen, smaheyt vnde laster al ghebeterd heft van siner weghene vnde Hermens sines veddern. Vmme de ver march vnde achte schillinghe, bekennet Clawes der, he scal id wedder doon ane ede; bekennet he ir nicht, he scal dar vmme doon, dat recht is. Hir mede scal alle schelinghe tuschen en in beyden siden vleghen vnde endet wesen. To ener thughinghe henghet vse ingheseghel vor dessen breef, de ghegheuen is to der Wysmer, na Godes bord dusend drehunderd in dem ver vnde vertighestem iare, des Dingesdages na Quasimodogeniti.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCXCIX.

*Schöffen und Rathmänner von Herford beurkunden, dass Thidemann Lamberti, dem die Lübeckischen Kriegsknechte zehn Tonnen Hering weggenommen hatten, wirklich Herfordischer Bürger sei. 1344. Mai 1.*

Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, scabini et consules Heruordenses obsequiosam in || omnibus voluntatem. Exposuit nobis Thidemannus Lamberti, presencium exhibitor, quod vestri stipendiarij alias sibi || decem tunnas allecium abstulerunt, quas eidem, dum ad vestram peruenerat noticiam, fecissetis restitui, mediante || caucione vobis prestita, quod ipse de nostra ciuitate esset et existeret noster ciuis. Ea propter honestati vestre et omnibus, quorum interest, notum facimus per presentes, quod idem Tidemannus de antiquis et senioribus nostre ciuitatis ciuibus oriundus est notorie et scjenter; rogantes prudenciam vestram studiose, quatenus Hinricum dictum Kerchof, vestrum conciuem, a fideiussoria caucione dimittere uelitis quitum et solutum; respectum ad nos habentes et plenariam fiduciam, quod de decem tunnis allecium supradictis, prefato Thidemanno restitutis, aliqualis actio seu secundaria ammonicio per neminem subsequetur, sed vos, et quorum interest aut interesse poterit, inde manebitis in perpetuum liberi, quiti et soluti. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXLIIII, in die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCC.

*Magnus II., König von Schweden, Norwegen und des Landes Schonen, urkundet über die den Lübeckern in Schweden gewährten Freiheiten und das ihnen bewilligte Recht, an den Küsten von Schweden, Norwegen und Schonen schiffbrüchige Güter binnen Jahr und Tag selbst zu bergen. 1344. Mai 29.*

Magnus Dei gracia rex regnorum Swecie et Norwegie terreque Scanie. (*Folgt No. 639. Abweichungen: S. 593. Z. 3. d. U.* ciuitatem Lubech. *Z. 11.* aduenientes. *Z. 14.* de ciuibus vestris in regno nostro morari aut. *Z. 15.* stare et habitare. *Z. 20.* recurr*erit*.[1] *Z. 21.* passis iniuriam. *Z. 5. v. u.* leges patrie. *Z. 4. vt* nostrates.[1] *Z. 3. vt* vestrates.[1] *Z. 1.* nostrum vtriusque. *S. 594. Z. 3.* Hallandie

1) So ist auch in No. 639. zu lesen.

aquilonaris et australis. *Schluss*:) Datum in castro nostro Wardbergh, anno Domini MCCCXL quarto, sabbato Trinitatis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCI.

***Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, urkundet über das mit den Städten Lübeck, Wismar, Rostock, Stralsund und Greifswalde geschlossene Bündniss zur Bekämpfung der Seeräuber. 1344. Mai 30.***

Magnus Dei gracia rex Swechie, Norwegie et Skanie. Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Cum || principum gloria et subditorum opulencia firmitate validiori subsistere, policiaque ciuitatum et communitatum regimina, sola pace, || que cunctorum contentrix est bonorum et ex cuius falcidia cuncta dilabuntur, antea conquisita, dinoscantur, nos, bonum pacis in || timis visceribus amplectentes, sic profectibus regnorum et dominiorum nostrorum prospicere cupimus, vt non solum reipublice circa nos, sed eciam ciuitatibus nobis federatis protectionis clipeum et munimen in hostium exterminium, eisdem ciuitatibus nobis prebentibus auxilium, iuxta vires afferamus. Quapropter constare volumus euidenter, quod nos et honorabiles viri Constantinus et Gotscalcus Warendorpp consules Lubycenses, Segefridus et Johannes de Wismaria consules in Stralensund, Hermannus Lise et Tidericus Holøgher consules Rozstoccenses, et Bolto Mulart consul in Gripeswold, ex parte ciuitatum predictarum, et ciuitatis Wismarie nuncii deputati speciales, habentes nobiscum componendi et concordandi plenam et liberam facultatem, concordauimus in hunc modum, prospectis vtilitatibus nostris et nostrorum et ciuitatum predictarum: Videlicet pyratas et in mari spoliantes parili consensu et vnanimi desiderio in tuicionem nostrorum et ipsorum debeamus et velimus impetere, turbare, et quantum poterimus, gracia diuina nobis adiutrice efficaciter oppugnare, quod nos ipsis consulibus, ciuitatibus et earum communitatibus constanter promisimus et promittimus, et ipsi nobis ex parte earundem firmiter promiserunt. Jtem quod nos sex libornos magnos ad classicam expedicionem aptos cum hominibus nostris armis et expensis sufficienter expeditis, et consules, ciuitates et communitates predicti totidem libornos cum aliis memoratis ad expugnandum pyratas predictos paratos habeamus, ita quod in ipsos pyratas et fautores ipsorum, qui in regna nostra et dominia latrocinia et crudelitates nunc exercent et in prefatas ciuitates, robur nostrum et ciuitatum predictarum congeremus et ad ipsorum

excidium desudabimus indefesse. Jtem quod, si forsan, quod absit, ad comprimendam seuiciam pyratarum non suffecerint naues duodecim prenotate, cum aliis ad has requisitis, vt hostilitas eorundem pyratarum plenius conquiescat, defectum earundem cum omnibus ad has necessariis supplebimus nos et eedem ciuitates, equaliter nobis in ciuitatibus eisdem supplemento supputato, quod imminet faciendum, secundum quod tunc necessitas exegerit, et inter nos et ciuitates predictas de nouo fuerit concordatum. Ceterum quod naues cum necessariis supradictis ad festum beati Martini continue pro eisdem hostibus exterminandis in defensione nauigancium nostrorum et ciuitatum prefatarum inuigilent et sollicite immorentur, nisi forte ex causa necessaria vel ex pari consensu nostrorum et ciuitatum predictarum nos et eedem ciuitates vltra Martini pro defensione vel oppugnacione predicta ipsas naues cum aliis predictis decreuerimus remorari vel antea reuocare, hoc irrefragabiliter addito, quod omnes naues et homines supradicti, cum virtus vnita sit magis vigorosa, inseparabiliter sibi mutuo coherebunt, separacione aut diuisione quacumque eis omnimode preterclusa. Acta sunt hec anno Domini M̊CC̊CXL quarto, dominica Trinitatis.

*Nach einer gleichzeitigen Abschrift, auf der Trese. Unten, wo das Pergament im Zickzack abgeschnitten ist, sind die Köpfe grosser Initialen stehen geblieben.*

## DCCCII.

***Der Ritter Marquard Roreland bekennt, die dritten 1000 Mark Pf. von den wegen des Schlosses Schwabstedt zu zahlenden 3000 Mark empfangen zu haben. 1344. Jun. 23.***

Dominus Marquardus Roreland miles recognouit coram consulibus, illas tercias mille marcas super festo beati Martini proximo ultra annum soluendas, sicut inferius continetur, Eghardo Aluerstorpe esse persolutas, et tenet gratum et ratum absque actione per ipsum in posterum mouenda. Dimisit dominum episcopum Sleswicensem suosque compromissores quitos et solutos. Actum coram consulibus, anno XLIIII̊, in vigilia beati Johannis baptiste.

*Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches.*

## DCCCIII.

*Die Knappen Nicolaus von Dewitz und Vicko Moltke urkunden über die Beilegung einer Zwistigkeit zwischen ihnen und dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck. 1344. Jul. 22.*

Vniuersis presencia visuris vel audituris nos Nicolaus dictus de Diuitze et Vicko Molteke famuli recognoscimus et presentibus ‖ lucide protestamur, quod quedam dissensionis materia, habita inter nos parte ex vna et domum Sancti Spiritus in Lubeke ex parte villarum Ve‖legast et Borsin parte ex altera pro palude et distinctione siue meta illius, iacere debet huiusmodi distinctio, sicuti a ‖ XXXVI annis elapsis et ab antiquo tempore vsque in nunc iacuit et fuit, et [in] inperpetuum finaliter permanere. Ceterum aqueductus seu aquarum decursus ab huiusmodi distinctione transcire et ire debet per campum illorum de Karnyn, que (!) sex pedum in latitudine et infra in profunditate esse debet. Hunc transcitum seu aqueductum villani nostri in Karnyn aperire et fossare debent pro media parte, et villani domus Sancti Spiritus in Lubeke predicti in villa Velegast et Borsin eundem transcitum fossare et aperire debent pro alia parte media, et sic inperpetuum pacifice et firmiter permanere. Et cum hiis omnibus prescriptis omnis materia discordie, rancoris et dissencionis, habita inter nos et nostros heredes et predictam domum Sancti Spiritus in Lubeke, composita est amicabiliter omnimode et sopita. Jnhibemus eciam nobis, nostris heredibus et successoribus eandem domum Sancti Spiritus predictam et suos de cetero aliquatenus in premissis molestare seu inbrigare. Jn cuius testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Sundis, anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo quarto, die beate Marie Magdalene gloriose, presentibus dominis Zegefrido proconsuli in Sundis, Thidemanno Witten consuli ibidem, Reynekino Velkener, Euerhardo Poretzen, Hennyngo de Rethem famulis, Johanni Wesend(orpe) aduocato in Sundis, Ricquoldo Sancebur ciui ibidem, et quam pluribus aliis fidedignis.

*Nach dem Originale, im Archive des Heiligen-Geist Hospitales, mit anhängenden beiden Siegeln.*

## DCCCIV.

*Nicolaus, Herr von Werle, bezeugt dem Rathe zu Lübeck, dass der Knappe Denekin Stal der nächstberechtigte Erbe sei zu den aus dem Nachlasse des Plönnies Stal in Lübeck deponirt stehenden dreissig Mark. 1344. Jul. 26.*

Nicolaus domicellus, Dei gracia dominus de Werle. Prudentibus viris et honestis, dominis consulibus || in Lubeke, expositam voluntatem in singulis complacendis. Didicimus veridico ex relatu, quandam summam || pecunie, videlicet triginta marcas, aput vos conseruatas, ad vsum Denekini Stal, validi famu||li, nostri familiaris dilecti, hereditarie per obitum sui fratris Plonyes Stal pie memorie deuolutas, cum verus sit hereditarius dicti Plonyes et carnalis frater erat, quod protestamur per presentes. Vnde vestram honestatem supplicamus studiose, quatenus eandem summam pecunie domino Michaeli, nostro cappellano karissimo, canonico Guzstroenci, nomine dicti Denekini Stal mandetis integraliter presentari. Quo facto nulla debet a quocunque sequi actio secundaria, sed vos et erogator seu erogatores ac omnes, quorum interest vel interesse poterit, inde eritis liberi penitus et soluti. De quo ad nos fiducia habeatur firmiter et respectus. Jn cuius rei testimonium presens scriptum nostro secreto fecimus communiri. Datum Guzstrowe, anno Domini millesimo CCCXL quarto, in crastino beati Jacobi apostoli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Secret.*

## DCCCV.

*Heinrich, Bischof von Schleswig, ertheilt seinen Brüdern Wedekin und Hermann von Warendorf zu Lübeck Vollmacht zum Verkaufe und zur Umschreibung der aus der väterlichen Erbschaft ihm zugefallenen im Ober-Stadtbuche geschriebenen Renten. 1344. Aug. 11.*

Hinricus Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sleswicensis. Prudentibus et honestis viris, dominis . . consulibus || ciuitatis Lubicensis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Noueritis, quod domino Wedekino et Hermanno dictis || de Warendorpe, nostris fratribus dilectis, et cuilibet eorum insolidum tenore presencium damus plenam potestatem et man||datum speciale, redditus nostros patrimoniales, qui libro vestre ciuitatis sunt inscripti, vendendi ac eosdem redditus de libro vestre ciuitatis exscribendi, et generaliter omnia et singula faciendi et excercendi, que circa illa necessaria fuerint seu eciam oportuna, et que nosmet facere posse-

mus, presentes si essemus; ratum et gratum habituri, quicquid per prenominatos fratres nostros aut vnum eorum actum, factum seu dispositum fuerit in premissis vel aliquo premissorum. Jn quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem presens instrumentum per . . notarium nostrum infrascriptum scribi et publicari mandauimus et nostri sigilli munimine roborari. Datum et actum Swauestede, sub anno Domini M̊CC̊CXLIIII̊, indictione XII$^{a}$, mensis Augusti die XI$^{a}$, hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti, anno tercio, presentibus honorabilibus viris dominis Hermanno preposito in Barugsysel, Ottone de Wisk, Hermanno de Lapide canonicis ecclesie Sleswicensis, et Henningo de Saghenitze aduocato in Swauestede, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(*Notariatszeichen.*) Et ego Johannes Rotgheri clericus Osnaburgensis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque fieri vidi et audiui et de mandato reuerendi patris et domini mei, domini Hinrici Sleswicensis ecclesie episcopi suprascripti, in hanc publicam formam redegi meique signo consueto signaui requisitus in euidens testimonium premissorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCVI.

***Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, urkundet über die den Lübeckischen Kaufleuten gewährten Freiheiten in Betreff der Schifffahrt auf der Newa und die Befreiung derselben vom Strandrechte. 1344. Sept. 1.***

Magnus Dei gracia rex Swechie, Norwegie et Skanie. Omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noueritis, quod nos ad instanciam || honorabilium virorum, dilectorum amicorum nostrorum, dominorum Constantini et Tidemanni de Guzstrowe consulum Lubycensium, communicato consilio et con||sensu fidelium nostrorum ac omnium, quorum ad ista consensus erat requirendus, ipsis burgensibus Lubycensibus presentis et futuri temporis, natis et nasciturus, || et vniuersis mercatoribus, vndicunque fuerint, per flumen Ny cum suis mercibus et bonis transire, venire et redire volentibus, liberam concedimus facultatem huiusmodi passagium siue transitum vsque ad Nogardiam exercendi pro sue libito voluntatis, vt veniendo, morando et redeundo tam in aquis quam in ripis in semetipsis, in bonis et familiis suis pre nobis et omnibus successoribus nostris ac vniuersis, qui nostris sunt astricti obedire mandatis, et pre omnibus aliis amore nostri

quicquam facere vel omittere volentibus liberi semper permaneant et securi. Et si vel ipsum flumen Ny adeundo, ibi morando vel per illud redeundo naufragium vel aliud nauigale periculum perpessi fuerint, libere concedimus, quod abinde nulla prorsus in se vel in bonis suis obstacula paciantur, sed quod talia bona libere sine quolibet obstaculo pertineant eis expedite, quibus ante talia pericula pertinebant, vel hiis defunctis aut submersis eorum proximis heredibus pari jure. Ex superhabundanti preterea concedimus eis omnibus et singulis per omnes terminos terrarum nostrarum et dominiorum nostrorum omnimodam securitatem veniendi, morandi et redeundi ac recedendi, et vndique eam in naufragiis libertatem, quod in naufragiis ipsorum bona eis attinere debeant libere, quibus ante naufragium pertinebant, vel defunctis eis eorum proximis attineant, quibus hereditario jure debuerint pertinere, volentes eos in ceteris libertatibus et bonis consuetudinibus insuper conseruare, quibus nostris et antecessorum nostrum temporibus in terris nostris hactenus sunt perfreti. Jn premissorum autem omnium euidenciam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Thrælaborgh[1], anno Domini millesimo CCCXL quarto, die beati Egidii abbatis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit an roth seidenen Fäden hängendem wohl erhaltenen Siegel. Ebendaselbst befindet sich auch ein Vidimus des Erzbischofs Vromold von Riga, vom Jahre 1331, Jun. 15.* (Vig. Corp. Christi), *mit anhängendem Siegel.*

## DCCCVII.

***Rathmänner und Gemeinde der Stadt Lübeck verpflichten sich, nicht zu dulden, dass von der Trave aus Schiffe zur Bekriegung des Königs von Schweden aussegeln, und versprechen, dessen Unterthanen in deren althergebrachten Rechten in Lübeck zu erhalten und zu schützen. 1344. Sept. 8.***

Uniuersis et singulis, ad quos presens scriptum peruenerit, . . consules et . . commune ciuitatis Lubicensis salutem in Domino sempiternam. Ad ‖ vniuersorum noticiam tenore presencium cupimus peruenire, quod cum magnifico et preclaro principe ac domino, domino Magno Swecie, Norwegie ‖ et Schanie rege inclito, ob spem futurarum promocionum nobis, ciuitati nostre ac nostris conciuibus per ipsum dominum regem inpen‖dendarum, placitauimus et concordauimus in hunc modum, quod nullus, cuiuscumque status aut condicionis existat, ex portu nostre ciuitatis,

1) So, und nicht Troxlaborgh, ist zu lesen. Mit einem ähnlichen Schnörkel, der auf den ersten Blick wie ein x aussieht, sind in No. 808 und 809 Hælsingborgh und andere Wörter geschrieben. Der Copiarius des Albrecht von Bardewik und andere ältere Abschriften geben daher richtig: Treleborch.

videlicet Trauena, in detrimentum, preiudicium seu dampnum ipsius domini regis aut suorum, nobis scientibus, debet velificare aut ipsum portum reintrare. Quod si aliquis faceret et nobis notorium fieret, contra ipsum iuxta nostri iuris rigorem et ordinem procedemus. Vniuersos eciam incolas regnorum prefati domini regis in omni jure, quo apud nos ab antiquo liberius vsi sunt, conseruare volumus et amicabiliter confouere. Preterea, si contingeret, quod Deus auertat et non velit, quod incommodum siue dampnum memorati domini regis scire uel procurare vellemus, hoc sibi ad integrum annum preintimabimus manifeste. Jn cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in festo natiuitatis beate Marie virginis.

*Nach einer auf der Trese bewahrten, gleichzeitigen unbeglaubigten Abschrift.*

## DCCCVIII.

***Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, urkundet, dass er den Lübeckischen Bürgern ihre Güter in seinem Reiche, namentlich die aus altem Recht ihnen zustehenden Antheile am Kupferberge, wieder erstattet habe und sie künftig darin schützen wolle. 1344. Sept. 10.***

Magnus Dei gracia rex Swechie, Norwegie et Scanie. Omnibus presens scriptum cernentibus salu||tem in Domino sempiternam. Nouerint vniuersi, nos honorabilibus viris et amicis nostris, dilectis || ciuibus Lubycensibus, omnia bona sua mobilia et immobilia, redditus et obuenciones, que et || quas ipsi ciues ex antiquo jure in monte cupri regni nostri Swechie[1] per litteras et auctentica instrumenta racionabiliter habuisse dinoscuntur, tenore presencium reddidisse secundum formam priuilegiorum suorum in perpetuum ac inuiolabiliter duratura, prohibentes sub optentu gracie nostre firmiter et districte, nequis aduocatorum nostrorum seu quiuis alius, cuiuscunque condicionis aut status existat, ciues Lubycenses predictos in bonis eorum premissis contra hanc innouacionem et graciam nostram ipsis indultam audeat impetere aut quomodolibet impedire, prout graciam nostram diligere voluerit inoffensam. Jn cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Hælsingborgh, anno Domini millesimo CCCXL quarto, feria sexta infra octauam natiuitatis beate Virginis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

1) Ober-Stadtbuch 1322, Apr. 7. (fer. IV. p. Palmas): Notum sit, quod Johanni de Lapide dedit relicta Gozschalci Zwirren cum filia sua Wobben in dotem dimidietatem illius tercie sue partis, quam habent in monte, vbi foditur cuprum, in Swecia. Hanc sibi cum pueris et cum procuratore coram consulibus resingnauit, vt ea vtatur sicut mercatorijs bonis suis.

## DCCCIX.

*Magnus II., König von Schweden, Norwegen und Schonen, urkundet über die Bestätigung der Privilegien der Stadt Lübeck und über den ihren Kaufleuten in seinen Reichen zugesicherten Schutz. 1344. Sept. 11.*

Uniuersis presentes litteras inspecturis Magnus Dei gracia rex Swechie, Norwegie et Scanie salutem in Domino sempiternam. || Constare volumus euidenter, quod nos, anno Domini millesimo CC̊CXL quarto, sabbato proximo post festum natiuitatis beate Ma||rie virginis, Hælsingborghis constituti, cum honorabilibus viris, dominis Constantino et Tidemanno Gustrowe, consulibus Lu||bycensibus, tanquam veris et auctenticis nunciis consulum ac tocius communitatis ibidem ad nos venientibus, placitauimus et concordauimus in hunc modum: Primo videlicet omnia et singula priuilegia, ipsis ciuibus Lubycensibus quandocumque, quecumque et quomodocumque per nos indulta, nullis exceptis, confirmando approbamus et approbando confirmamus in suis viribus et articulis, perpetuis temporibus inuiolabiter et irrefragabiliter duratura in terris, regnis et dominiis nostris quibuscumque, volentes ac concedentes eisdem, quod, si alicui ciuium Lubycensium predictorum per aliquos aduocatorum nostrorum vel eorundem officialium seu quemuis alium, cuiuscumque condicionis aut status existat, infra regna et dominia nostra aliqua iniuria fuerit irrogata, ipsi pro dampno huiusmodi, cum ipsum factum nobis sufficienter et racionabiliter expositum fuerit, secundum leges regni nostri, in quo dampnum commissum fuerit, competentem iusticiam faciemus, nemine suffragante. Jtem promittimus, quod nullus de hominibus nostris, cuiuscumque status aut condicionis existat, infra regna et dominia nostra siue extra incommoda seu dampna aliqua contra ciues Lubycenses predictos iuxta scitum nostrum aliqualiter presumat machinari. Quod si nichilominus coram nobis conquestum fuerit et racionabiliter intimatum, ipsis, quod consonum sit iuri et iusticie, secundum coniecturam legum patere faciemus. Jtem promittimus, quod, si inter nos ex vna parte ac ciues memoratos parte ex altera ex aliqua causa vel casu contingenti dissensiones seu inimicicias euenire aut suboriri contingat, quod Deus auertat, ipsos ad vnum annum, antequam eisdem dampna aliqua inferemus aut inferri faciemus, incautabimus manifeste. Jn cuius rei euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Vt autem premissa omnia et singula eo maiorem habeant roboris firmitatem, dilecti et fideles consiliarij nostri, videlicet venerabilis in Christo pater dominus Petrus Lundensis archiepiscopus Swechie primas, domini Gøzstauus[1] Tunæson, Nicholaus Kyrning,

1) Der Buchstabe o ist verzogen und kann auch ein durchstrichenes y sein.

Kanutus Folkason, Stigotus Petri, Anundus Sturæ, Karolus Næskonungsson, Puko Glysing, Magnus Niclæsson milites, et Johannes Cristineson nobiscum in solidum compromittunt. Datum anno, die et loco supradictis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit an grün, roth und gelb seidenen Fäden hängendem wohl erhaltenen Siegel. Ebendaselbst befindet sich ein Vidimus obiger Urkunde, ausgestellt durch Erzbischof Vromold von Riga 1351, Jun. 18.* (Vig. Corp. Christi), *mit anhängendem Siegel.*

## DCCCX.

***Johann von Campe, Dechant der Hamburgischen Kirche, welcher zwei Lübeckische Rathsdiener eines Mordanfalls gegen ihn angeklagt hatte, bestellt zur Betreibung der Sache den Hamburgischen und Schwerinischen Canonicus Willekinus Pape zu seinem Procurator. 1344. Oct. 7.***

Viris commendabilibus, prudentibus et honestis, dominis . . proconsulibus et . . consulibus ciuitatis Lubicensis, Johannes || de Campe, decanus ecclesie Hamburgensis, quidquid honoris et obsequij poterit, cum intimo desiderio complacendi. Scire vos cupio, quod propter inimicicias capitales, quas sine meis demeritis periculose sustineo, non possum || nec audeo ad presens ad vos Lubeke personaliter me transferre. Vnde de legalitate honorabilis viri domini Willekini Papen, mei concanonici in Hamburgensi et Zwerinensi ecclesijs, plene confisus, in negocio impetuosi insultus, quem captata morte mea Nicolaus et Petrus, vestri famuli, in me fecerunt, constituo, ordino et facio eundem dominum Willekinum meum verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem, dans et concedens eidem plenam et liberam potestatem agendi et petendi, michi seu ipsi meo nomine emendam congruam ab ipsis malefactoribus et sacrilegis fieri cum effectu, et prouideri, ne contra me talia de cetero presumantur, ac protestandi expresse, mee intencionis non existere, quod contra malefactores et sacrilegos prelibatos ad vindictam seu penam sanguinis procedatur, ac alia omnia et singula pertractandi, attemptandi et recipiendi, procurandi et faciendi, que in supradicto negocio quomodolibet oportuna fuerint, eciam si mandatum exigant speciale, ratum et gratum firmiter habiturus, quidquid per supradictum dominum Willekinum factum fuerit in premissis. Datum Zwerin, sub sigillo meo, quo vtor tamquam decanus Hamburgensis, anno Domini M̊CC̊CXLIIII̊, in die sancti Marci confessoris et pontificis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCXI.

*Die Rathmänner von Lübeck bekennen, dass die von den Grafen von Holstein ihnen und denen von Hamburg am Lucientage 1343 ausgestellte Urkunde in ihrem, der Lübecker, Gewahrsam sei. 1344. Oct. 15.*

Wi ratmanne der stat thu Lubeke. Bekennet in desser ieghenwardighen scrift, dat wi thu der erbaren manne hant, der ratmanne vnde der stat thu Hamborgh vnde erer borghere, vnde thu user vnde user stat vnde user borghere hant breve hebbet in useme beholde, der nabescreven heren, der greven van Holzten, de mit eren vnde erer medelovere inghesegele beseghelt sind, de alsusdane scrift beholden: (*Folgt die Urkunde No. 785.*) Thu ener bewisinge so hebbe wi dessen breef besegelt mit uses stades ingheseghel, na Godes bort dusent drehundert in deme veer vnde vertheghesten iare, in sünte Gallen avende.

*Nach dem Abdrucke in (Klefeker) Sammlung der Hamb. Gesetze und Verfassungen. IX. 681 ff.*

## DCCCXII.

*Johann (von Campe), Dechant der Hamburgischen Kirche, ersucht den Rath zu Lübeck, die eines Mordanfalls gegen ihn Angeklagten mit der Todesstrafe zu verschonen und auf die von ihm beantragte Sühne einzugehen. O. J. (1344.) Oct. 21.*

Viris commendabilibus et honestis, dominis . . consulibus Lubicensibus, Johannes decanus Ham‖burgensis, quidquid obsequij poterit, cum intimo desiderio complacendi. Vestre honestati grates‖ refero multiformes pro eo, quod contra Nicolaum et Petrum malefactores meos, qui ‖ me occidere conabantur, in exhibenda michi iusticia vos exhibere curastis infatigabiliter diligentes. Ego vero propter bonum pacis et concordie, cupiens rigorem iuris mansuetudine temperare, rogo perinstanter beniuolentiam vestram, de qua michi est confidentia omnis boni, ne dictis malefactoribus meis, etiam si penam mortis meruissent alienam, penam sanguinis infligatis, sed placeat vobis, vt Hamburgensis ecclesie et meo nomine fiat compositio amicabilis, si efficaciter fieri poterit, cum malefactoribus supradictis. Vnde ad faciendum compositionem cum ipsis constituo meos veros et legitimos procuratores honorabiles viros, dominos Arnoldum prepositum Lubicensem, Danielen et Willekinum Papen canonicos Hamburgenses, dummodo ad hoc vester fauor gratiosus accedat. Supplico tamen humiliter, ne ante firmationem seu solidationem compositionis huius-

modi ipsos malefactores sine sufficienti cautione de vestra custodia dimittatis. Valete in Christo et michi tamquam vestro seruitori in omnibus precipite confidenter. Scriptum Zwerin, in die XI milium Virginum.

*In dorso:* Honorandis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.*

## DCCCXIII.

*Aufzeichnung über die Schuldverhältnisse des Mainzer Bürgers Tylo Rese zu dem Lübeckischen Bürger Tidemann Plauen. 1344. Nov. 19.*

Notum sit, quod Tylo dictus Rese, ciuis Maguncie ciuitatis, constitutus coram consulibus, recognouit publice, illas tres balas sardoch, de quibus Hinricus filius magistri Wiszers, eciam ciuis in Maguncia, dominis consulibus litteras suas miserit, Tidemanno Plawen misisse, quia ad tempus ambos ex parte societatis, quam simul habebant, pertinebant. Et si dictus Hinricus aliquam actionem inde mouere uellet, promisit Tidemannum Plawe indempnem pro hac causa conseruare. Preterea idem Tylo recognouit ibidem, se esse obligatum iusto ex debito prefato Tidemanno Plawen VIII marcas lubicensium denariorum infra decem annos immediate sequentes persoluendas, pro quibus duo iugera sue vitis iuxta Magunciam site in iudicio Maguntinensi, vnam curiam intra ciuitatem Maguncie dictam ad Vløsze, item in alio iudicio V mansos agrorum in villa Asthem, LX iugera pratorum ibidem, vnam curiam ibidem et plane totum de hijs bonis, de quo exspectanciam causa profectus sui habere contigerit, sibi coram consulibus die beate Elyzabet impigneravit, tali condicione, quod ipse Tidemannus Plawe dictis bonis et redditibus ex hijs vti debeat omni dominio et libertate, sicut ipse Tylo Rese ea liberius hactenus possederat, medietatem huiusmodi bonorum et reddituum ad sui usum annuatim tollendo, aliamque medietatem ad usum Tylonis Resen relinquendo. Si uero X annis finitis predicto Tidemanno Plawe integraliter de prenotata pecunia satisfactum non fuerit, ex tunc Tidemannus Plawe de premissis bonis ante omnia bona, quemcunque voluerit, exponere poterit aut deuendere absque aliquali contradictione usque ad completam solucionem supratacte pecunie. Eodem modo sepedictus Tylo coram iudicio Maguntinensi, cum ibidem venerit, et in alijs iudicijs, vbi predicta bona situata sunt, arbitrari et se in singulis in hoc libro contentis debeat obligari. Actum coram consulibus anno XLIIII, Elyzabet.

*Nach einer Inscription des Nieder-Stadtbuches.*

## DCCCXIV.

*Die Rathmänner zu Hamburg beurkunden, dass an dem über die Sühne zwischen den Grafen von Holstein und den Städten Hamburg und Lübeck ausgefertigten und dem Rathe zu Lübeck in Verwahrung gegebenen Briefe (No. 785.) das Siegel des Henneke Breyde fehle, derselbe aber mit gelobt habe. 1344. Dec. 13.*

Vi ratman van Hamborch begheret, dat witlik si allen luden, de desse breue sen eder horen, dat erachthege man, || de ratman der stad tho Lubeke, hebbet breue, beseghelet mit den inghesegheln der edelen man, vser he||ren Johannes, Hinrekes, Clauus vnde Gherdes der greuen tho Holtsten vnde tho Stormern, vnde mit den || inghesegheln Johannis van Godendorpe, Henninghes van Sigghem, Hassen van Partzow, Marquardes vanme Santberghe, Emeken Wotzeken, Hinrikes Breyden, Langhe Plessen riddere, Volrades Solder vnde Siuerdes van Plone knapen; vortmer mit den inghesegheln Hinrikes Split, Marquardes Roreland van der Wisch, Alberns van der Wisch vnde Hartwighes Metzeken riddere; Marquardes, Eggherdes vnde Albrechtes van Westense, Dedleues hern Bertoldes sone, Dedleues hern Dedleues sone van der Wensine, vnde Clawes van der Wisch knapen, vp ene sone, de ghedeghedinghet vnde ghelouet is twisghen vsen edelen heren, den greuen van Holtsten vnde Stormern vor benomet, vnde alle eren mannen af ene syt, vnde den ratmannen vnde der stad tho Lubeke vnde eren helperen vnde vs vnde vser stad vnde vsen helperen af ander syt. De vor benomeden breue scolen de vor benomeden ratman tho Lubeke tho erem vnde vsem behoue ane arghe list holden vnde bewaren mit truwen vnde mit vlite. Queme id auer, also des nicht schen en mote, dat den breuen ienech vorderfnisse tho queme, dar vmme en scole wi den ratmannen tho Lubeke nicht tho spreken. Vortmer bekenne wi des, dat dat inghesegheł Henneken Breyden tho den breuen nicht en is ghehenghet, allen dat he dar inne vor enen louére is ghescreuen. Tho ener bethuginghe desser ding is vser stad inghesegheł tho dessen breuen ghehenghet, vnde is ghegheuen vnde ghescreuen tho Hamborch, in dat jar vses Heren Ghodes dusent drehundert in deme vere vnde vertheghesten jare, in sunte Lucien daghe.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband, welches jedoch sammt dem Siegel fehlt.*

## DCCCXV.

*Der Ritter Vicko von Stralendorf und dessen Neffe Heino von Stralendorf urkunden über dasjenige, was sie dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck von den Dörfern See, Brandenhusen und Weitendorf und dreien Hufen von Wangeren auf der Insel Pöl verkauft haben. 1344. Dec. 21.*

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Vicko de Stralendorpe miles et Heyno de Stralendorpe eius fratruelis salutem et geste rei noscere veritatem. Ad vniuersorum perpetuam notitiam deferimus publice per presentes, nos de communi voluntate et consensu Marquardi et Vickonis filiorum et Hinrici fratris, mei scilicet Vickonis dicti militis, et Nicolai et Hinrici, fratrum, mei videlicet Heynonis predicti, necnon omnium aliorum proximorum heredum nostrorum, quorum consensus erant requirendi, rite et rationabiliter vendidisse et cessisse domui Sancti Spiritus in Lubeke et vtriusque sexus personis domus eiusdem in eorum villis sitis in terra Pole, videlicet Zee, Brandenhuszen, Weytendorpe, et in eorum tribus mansis ad villam Wangeren jacentibus, quorum scilicet mansorum quidam dictus Wyszage duos mansos cum dimidio colit, et Johannes Pentzekouwe dimidium mansum colit, omne jus nostrum et dominium ac juditium supremum, manus videlicet et colli, necnon omnes precarias, exactiones, deriuationes, libertates et proprietates, que vel quas in eis hactenus habuimus communiter vel diuisim, pro secentis et duodecim marcis denariorum monete lubicensis, de quibus per eos nos tenemus pagatos penitus et contentos; et me Heynonem de Stralendorp predictum cum consensu predictorum fratrum meorum et proximorum heredum specialiter vendidisse domui et personis Sancti Spiritus predictis in villa Weytendorp pretacta in vno manso, quem Paruus Nicolaus colit, precariam duarum marcarum denariorum lubicensium annuatim, quam in dicto manso habui, pro vigintiquatuor marcis denariorum predictorum mihi totaliter persolutis et conuersis in meos vsus. Quibus villis et mansis cum omnibus attinentijs suis, terminis et terminorum distinctionibus, vt nunc iacent, decetero pacifice vti debent cum omni jure, dominio et toto juditio supremo et omnibus judicijs alijs inferioribus, necnon cum precarijs, exactionibus et deriuationibus ac libertatibus et perpetuis proprietatibus et conditionibus singulis, prout ea a magnifico nostro karissimo domino, domino Hinrico Magnopolensi felicis recordationis, adepta(*i*) iuste sumus, et sicut ipsi domino nostro et suis inclitis progenitoribus pertinuerunt, ita ea in dictam domum et personas Sancti Spiritus transferentes, liberrime possidebunt, dominis nostris Magnopolensibus ac nobis ac nostris heredibus nichil juris obtinentibus in eisdem, nec in alijs eorum bonis in terra Pole situatis.

Preterea coloni dictarum villarum et mansorum trium bona et libera voluntate arbitrati sunt, vt preter censum suum consuetum et debitum singulis annis de quolibet manso loco precarie duas marcas denariorum lubicensium domui et personis Sancti Spiritus predictis, dimidias proxima die forensi post festum beati Martini et dimidias die forensi proxima post Epiphaniam Domini, perpetuis temporibus dare debeant expedite. Jnsuper ijdem coloni habebunt deinceps liberam facultatem suam annonam ducendi ad molendinum Sancti Spiritus predicti et molendi ibidem, prout eis videbitur expedire. Hec omnia et singula vna nobiscum rata et grata pari consensu tenentes, promiserunt data fide dominus Bartoldus Preen miles, et Johannes, Bartoldus et Gotscalcus eius filij, ac Conradus, Bernardus et Reymarus filij domini Helmoldi de Plessen olim militis, necnon Marquardus et Vicko filij, et Hinricus frater, mei videlicet Vickonis de Stralendorpe predicti militis, ac Nicolaus et Hinricus filij (*fratres*), mei scilicet Heynonis de Stralendorpe prescripti, quod, si in premissis vel in aliquo premissorum obstaculum a quocunque habuerint, nos insolidum pro eo respondere et illud disbrigare et satisfacere teneamur. Jn quorum euidens testimonium omnium sigilla nostra et prescriptorum compromissorum nostrorum presentibus sunt appensa. Datum et actum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in festo beati Thome apostoli.

*Nach dem 1359 angelegten Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales. fol. 85 sq.*

## DCCCXVI.

*Albrecht, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, bestätigt den in No. 815 beurkundeten Verkauf. 1344. Dec. 21.*

Jn nomine Domini amen. Albertus Dei gratia Magnopolensis, Stargardensis et Rostock dominus. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino sempiternam. Digna gesta mortalium ne de facili in obliuionem decidant, solent scripturarum testimonio perhennari. Quapropter notum esse volumus presentibus et futuris, fideles nostros dilectos Vickonem de Stralendorpe militem cum filijs suis Marquardo et Vickone suoque fratre Hinrico, et Heynonem de Stralendorpe eius fratruelem, suis fratribus Nicolao et Hinrico ac eorum omnibus proximis heredibus consentientibus, vendidisse et cessisse domui Sancti Spiritus in Lubeke ac vtriusque sexus personis domus eiusdem in bonis seu villis ipsius domus sitis in terra Pole, scilicet Zee, Brandenhuszen, Weytenndorp, et in tribus mansis ad villam Wangeren jacentibus, omne eorum jus, dominium, supremum juditium, manus

videlicet et colli, omnes precarias, exa(c)tiones, libertates et proprietates, que et quas a nostro patre karissimo olim habuerunt et hactenus possederunt communiter vel diuisim, pro secentis et duodecim marcis lubicensium denariorum ipsis integraliter persolutis et in vsus eorum conuersis, prout coram nobis protestati sunt; et dictum Heynonem de Stralendorpe cum consensu predictorum (*fratrum*) suorum Nicolai et Hinrici vendidisse spetialiter dicte domui Sancti Spiritus in villa Weytendorpe predicta in vno manso, quem quidam nomine Paruus Nicolaus colit, precariam duarum marcarum lubicensium denariorum annuatim pro viginti quatuor marcis denariorum eiusdem monete sibi similiter persolutis. Jn quibus etenim bonis predictis, scilicet villis et mansis, omne suum jus, dominium, judicium, precarias et libertates ac proprietates suas coram nobis vna cum nostris fidelibus Bartoldo Preen milite et filijs suis Johanne, Bartoldo et Godschalko, et cum Conrado, Bernardo et Reymaro filijs Helmoldi de Plesse olim militis, et cum consensu omnium, quorum interesse potuit, legitime resignauerunt, et renuntiauerunt omnes hij pronominati (*pren.*) omni suo juri et libertati ac proprietati eorum ipsis competenti quocun(que) modo in bonis prescriptis aut alijs bonis domus Sancti Spiritus predicte in dicta terra Pole situatis. Nosque, communicato consilio et consensu heredum et fidelium nostrorum dilectorum, premissa rata et grata tenentes, renuntiamus nomine nostro ac omnium heredum nostrorum penitus omni nostro juri, et eadem bona domui et personis Sancti Spiritus prescriptis per presentes conferimus in omnibus juribus, libertatibus, proprietatibus et singulis conditionibus possidenda, sicut olim nostro patri karissimo et nostris progenitoribus pertinebant, dantes insuper ipsis plenam auctoritatem ea alienandi et transferendi in quascunque personas ecclesiasticas vel seculares, ordinandi et disponendi liberrime in eis et cum eis omnia, que eorum placuerint voluntati, et que nostri progenitores in hijs disponere et facere potuerunt. Ad hec premissa testes sunt nostri fideles Gotschalcus Storm, Johannes de Plesse, Henningus de Gudenswegen, Rauen de Bernekowe, Otto de Dewitze milites; Hinricus de Bulow, Zabel de Helpede, Heyneco de Dewitze armigeri, Bartholdus noster cancelarius, et quamplures alij clerici et laici fidedigni. Vt autem hec omnia et singula stabilia perseuerent, presens scriptum nostro sigillo fecimus firmiter roborari. Datum Wismer, anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo quarto, in festo beati Thome apostoli gloriosi.

*Nach dem 1359 angelegten Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales, fol. 85b sq.*

## DCCCXVII.

*Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz etc., fordert den Rath zu Lübeck auf, die ihm, dem Markgrafen, vom Kaiser verliehene Reichssteuer fortan an den Rath von Stendal auszuzahlen. 1345. Jan. 1.*

Ludowicus Dei gracia Brandinburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus Reni, Bauarie et Karinthie dux sacrique || Romani imperij archicamerarius. Prudentibus viris et discretis, . . consulibus et juratis ciuitatis Lubicensis sincere sibi dilectis, promocio||nis quantum poterit et fauoris. Vt contribucionem vestram annuam, serenissimo principi et domino, domino Ludowico Romanorum im||peratori, domino et progenitori nostro karissimo, ad vite sue tempora debendam singulis annis super festo Natiuitatis beate Marie virginis et tenendam, nobis de sua gracia deputatam, discretis viris, . . consulibus ciuitatis Stendal, fidelibus nostris dilectis, nunc de isto presenti anno in prenotato festo Natiuitatis beate Virginis proximo detis nostri nomine, sine contradictione qualibet presentetis, discrecionem vestram studiose requirimus et hortamur. Dicimus enim vos, dumprimum nomine domini nostri et progenitoris prenotati, eciam nostri, in predicta contribucione prenotatis consulibus integraliter satisfeceritis, in eadem quitos presentibus et solutos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Perleberg, anno Domini M̊CC̊XLV̊, sabbato die Circumcisionis Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCXVIII.

*Bürgermeister und Rathmänner von Wartberg stellen dem Gerbergesellen Johann von Wepelde zunächst in Beziehung auf dessen Aufnahme in Lübeck einen Lehrbrief aus. 1345. Jan. 8.*

Prudentibus dominis, proconsulibus et consulibus in Lubeke, proconsul et consules noui opidi Wartberg seruicium ipsorum || in omnibus quibus poterunt beniuolum et paratum. Significamus vobis et omnibus presens scriptum visuris et audituris, || quod Johannes de Wepelde, ostensor presencium, qui vobiscum vocatur Johannes de Wartberg, sicut nobis dictum est, ille idem Johannes est et hactenus fuit apud nos bone et commendabilis fame, et est eciam genitus de thoro legitimo

a probis et honestis hominibus, et dictus Johannes didicit opus mechanicum, dictum wlgariter lowerc, nobiscum a pocioribus et melioribus cerdonibus apud nos existentibus. Petimus igitur dictum Johannem promoueri propter suam decenciam et honestatem, quod cupimus loco et tempore nostris seruiciis paratis et beniuolis promereri. Jn huius rei testimonium et euidenciam clariorem nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M̊C̊C̊C̊XL quinto, sabbato proximo post festum Epifanie eiusdem.

*Nach dem Originale, auf der Trese, an welchem das Siegel fehlt.*

## DCCCXIX.

***Der Ritter Detlev von Behlendorf, Detlev Kulznig und Walraven, Sohn des Ritters Nottelman von Parkentin, verpflichten sich für sich und ihren Anhang gegen die Stadt Lübeck zu einem Waffenstillstande bis nach dem nächsten Osterfeste. 1345. Jan. 10.***

Nouerint vniuersi tam presentes quam futuri, qvod nos Detlews de Belendorppe miles, Detlews Kulznigk, || Walrauenus quondam filius domini Nottelmanni militis de Parkentyn stamus coniunctim fide data in scriptis hiis, || promittentes honestis viris, dominis consulibus ac vniuersis conciuibus Lubeke inhabitantibus pro treugis seruandis || et firma securitate pacis, pre nobis subscriptis, pro (*pre*) Hinrico Tzorkothen et Nottelmanno, nostris patruis, ac pre omnibus causa nostri facere vel omittere volentibus infra hinc et festum Pasche per illos quatuor dies festiuos firmiter duraturos(*is*). Vt autem hec omnia subscripta firmiter et inuiolabiliter seruentur, honesti viri Egkhardus de Crumesse et Hartwicus de Ritzerow famuli promittunt in hiis scriptis vna nobiscum et nos cum eis coniuncta manu et insolidum fide data promiserunt fideliter obseruari (!). Jn huius rei euidens testimonium sigilla nostra cum sigillis eorum, scilicet nostrorum conpromissorum, presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊C̊C̊XL quinto, feria secunda infra octauas festi Epyphanie Domini nostri Jhesu Christi.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden fünf Siegeln.*

## DCCCXX.

*Johann Martini, Generalvicar des Bischofs Johann von Lübeck, quittirt die Stadt Lübeck wegen richtiger Bezahlung des Michaelis 1344 fällig gewesenen bischöflichen Zehnten vor dem Holstenthor. 1345. Jan. 28.*[1]

Ego Johannes Martini vicarius reuerendi patris ac domini, domini Johannis episcopi Lubicensis in remotis agentis, in spiritualibus et temporalibus generalis. Volo presentibus ad vniuersorum noticiam peruenire, quod honorabiles viri, domini consules ciuitatis Lubicensis, de decima episcopali extra portam Holtzatorum, quam soluere debuissent dicto domino episcopo de anno Domini millesimo CC$\mathring{C}\mathring{X}$L quarto, circa festum Michahelis, nunc sub anno eiusdem Domini $\mathring{M}$CC$\mathring{C}$ quadragesimo quinto, feria sexta post festum Conuersionis beati Pauli, soluerunt honorabili viro, domino magistro Ditmaro dicto Sculop, thesaurario ecclesie Zwerinensis, decem, et michi ex parte dicti domini episcopi vndecim marcas denariorum lubicensium, de quibus dictos dominos consules denuncio quitos et solutos. Datum Lubeke, anno Domini $\mathring{M}$CC$\mathring{C}\mathring{X}$L quinto, dicta sexta feria post Conuersionem beati Pauli, sub sigillo vicariatus dicti domini episcopi in testimonium premissorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCCXXI.

*Der Knappe Beyer, genannt von Rotting, quittirt für sich und seine Genossen die Stadt Lübeck wegen Bezahlung des auf bevorstehenden Ostern ihnen schuldigen Soldes. 1345. Jan. 29.*

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Beyerus dictus de Rottinge‖ armiger salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium publice recognosco,‖ stipendium meum meorumque sociorum propter seruicium nostrum ciuitati Lubicensi exhibitum ‖ per honorabiles viros, dominos . . consules eiusdem ciuitatis, quod super festum Pasche proxime instans habere debuimus, cum graciarum actionibus nobis esse totaliter et complete persolutum, dimittentes dictos dominos consules et omnes, quorum nomine eorum interest, ab omni iterata actione uel secun-

1) Aehnliche Quittungen finden sich, vom Bischofe Johann selbst ausgestellt, aus den Jahren 1346, Jan. 11. (fer. quarta inf. oct. Epyph. Domini); 1348, Jan. 9. (fer. quarta inf. oct. Epyph. Domini); 1349, Jan. 28. (fer. quarta post Convers. Pauli); 1350, Jan. 14. (Felicis in Pincis).

daria amnonicione proinde quitos, liberos et solutos; cupientes cum hoc ipsos et ciues ipsorum omnes honorare et in omnibus, nostris cum amicis ac singulis nostri causa facere uel dimittere volentibus, fideliter et amicabiliter vbilibet promouere. Jn cuius rei testimonium sigillum meum certa ex sciencia presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini millesimo CC̊CXL quinto, sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur Exurge.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCXXII.

***Gaucelm, Bischof von Albano, päpstlicher Pönitentiar, trägt dem Lübeckischen Canonicus Johann Uelzen auf, den Rath zu Lübeck wegen der durch dessen Nachtwache geschehenen Verhaftung des mit einem liederlichen Weibe betroffenen Canonicus Johann Mul zu absolviren. 1345. Febr. 10.***

Gaucelmus miseratione diuina episcopus Albanensis. Discreto viro Johanni Ulzen, canonico Lu‖bicensi, salutem in Domino. Ex parte proconsulum, consulum et aduocati ciuitatis Lubicensis ‖ nobis oblata petitio continebat, quod olim vigiles siue custodes, ad custodiendum dictam ciuitatem ‖ et capiendum rixantes seu quasuis insolentias aut delicta in ciuitate eadem nocturnis presertim temporibus committentes specialiter de eorum mandato deputati, Johannem Mul, canonicum Lubicensem, in habitu seculari et laicali cum quadam muliere inhonesta repertum, rixas et insolentias nocturno tempore committentem, tamquam laicum ceperunt et ad domum preconis una cum dicta muliere duxerunt iuxta predicte consuetudinem ciuitatis ac in compedibus ferreis posuerunt. Sed cum predicta ad eorundem proconsulum, consulum et aduocati notitiam peruenissent, iidem proconsules, consules et aduocatus eundem canonicum etiam ante diei ortum eiusdem noctis alias illesum restituerunt pristine libertati. Super quibus, ne quis eorum emulus ipsis impingat, eos propterea excommunicationis laqueum incidisse, supplicari fecerunt humiliter eis super hoc per sedem apostolicam de oportuno remedio misericorditer prouideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius penitentiarie curam gerimus, tue discretioni committimus, quatinus, si est ita, ipsos proconsules, consules et aduocatum ab excommunicationis sententia, siquam propter hec incurrerunt, et peccatis eorum alijs, que tibi confitebuntur, nisi talia sint propter que sit sedes apostolica merito consulenda, hac uice absoluas in forma ecclesie consueta, et iniungas inde eorum

cuilibet pro modo culpe penitentiam salutarem et alia, que de iure fuerint iniungenda. Datum Auinione, IIII Jdus Februarij, pontificatus domini Clementis pape VI. anno tertio. Jo. Jac.

*Nach dem Originale, auf der Treue, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCXXIII.

***Beltramin, Bischof von Bologna, Auditor der päpstlichen literarum contradictarum audientia, urkundet, dass ein zu Gunsten des Lübeckischen Canonicus Paul Hake erlassenes päpstliches Breve der Stadt Lübeck unpräjudicirlich sei. 1345. Febr. 15.***

Omnibus presentes litteras inspecturis Beltraminus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Bononiensis ac audiencie || litterarum contradictarum domini pape auditor, salutem in Domino. Noueritis, quod, cum magister Gerardus de Fran||kenfort, in Romana curia procurator ac procurator Pauli dicti Haken canonici ecclesie Lubicensis, procuratorio nomine ipsius || et pro ipso quasdam litteras apostolicas impetraret sub hac forma: Clemens episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio, . . decano ecclesie Buccensis Bremensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filij, Pauli dicti Haken canonici ecclesie Lubicensis, apud sedem apostolicam constituti, precibus annuentes, presencium tibi auctoritate mandamus, quatenus, quicquid inueneris in eius preiudicium temere acceptatum, postquam idem canonicus causa peregrinacionis et pro quibusdam suis negocijs promouendis iter arripuit ad sedem ueniendi predictam, in statum debitum legitime reuocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo. Datum Auinione, IIII Jdus Januarij, pontificatus nostri anno tercio: Eisdem litteris magister Henricus Vemeren, in dicta Romana curia procurator ac procurator Hinrici Papen, Nicolai Schoneken, Sifridi de Ponte, Bertrammi Heydebuy, Hinrici de Bocholte, Jordani de Tribeses, Godscalci de Warendorpe, Constantini, Marquardi de Cusueld, Arnoldi de Bardewich, Hermanni de Wickede, Tidemanni de Allen, Thidemanni de Vlsen, Bertrammi Vorcaed,[1] Hinrici de Alen, Thidemanni de Gustrowe, Hermanni de Warendorpe, Johannis Molenstraten, Hermanni Bromenroed,[2] Johannis Clingenberch, Johannis Woltfoghen,[3] Godscalci de Wellin, Thidemanni de Warendorpe, Hinrici Bok, Godscalci de Warendorpe, Wedekini de Waren-

1) l. Vorraed. 2) l. Blomenroed. 3) l. Woltfoghel.

dorpe, Wedekini Clinghenberch et Bernardi Plessecowen, aduocati, consulum ciuitatis Lubeke, procuratorio nomine ipsorum et pro ipsis in audiencia publica contradixit. Quarum tandem litterarum absolucioni et expedicioni ea condicione consencijt, quod prefati consules domini sui non possint per ipsas litteras quomodolibet conueniri, nec eedem littere ad eosdem eorumque iura aliqualiter se extendant. Quod prefatus Paulus dictus Haken canonicus principalis promisit firmiter coram nobis. Jn cuius caucionis testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Auinione, XV Kalendas Marcij, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimoquinto, pontificatus domini Clementis pape VI. anno tercio.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel, auf dessen Streifen* Vemeren *steht.*

## DCCCXXIV.

***Albrecht, Herr von Mecklenburg, Stargard und Rostock, quittirt für sich und seinen Bruder Johann die Stadt Lübeck wegen des ihnen schuldigen Schutzgeldes von 100 Mark Silber für die Jahre 1344 und 1345. 1345. Febr. 27.***

Albertus Dei gracia Magnopolensis, Stargardensis et Rozstooc dominus. Presentibus profitemur, quod nos ab honorabilibus viris, dominis . . consulibus Lubicensibus, || centum marcas puri argenti, in festo Assumpcionis beate Marie virginis, anno Domini M̊CC̊CX̊L quarto, et iterum alias centum marcas || puri argenti, anno Domini M̊CC̊CX̊L quinto, in Carnispriuio, nobis et fratri nostro Johanni racione patrocinij, quo ipsis astringimur, || debitas, ab eisdem plenarie percepimus, et in vsufructus nostros conuertimus per strennuum famulum Boltonem Hasencop, fidelem nostrum, quique easdem ducentas marcas puri argenti discretis viris Hermanno de Cymezce et Marquardo Boom, ciuibus Lubicensibus, vlterius assignauit, quibus ipsi . . consules Lubicenses eas nostro nomine promte et summarie pagauerunt. Vnde et nos vna cum fratre nostro Johanne ciuitatem, consules et ciues Lubicenses communiter de predictis ducentis marcis puri argenti nobis ad vota pagatis et integraliter solutis cum graciarum actionibus solutos dicimus et quitatos. Jn cuius quitacionis recongnicionem et euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊CX̊L quinto, dominica Oculi.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist vom Siegelbande abgerissen.*

## DCCCXXV.

*Conrad, Dechant der Kirche zu Schwerin, erklärt sich bereit, einigen Lübeckischen Bürgern die Absolution zu ertheilen, wenn sie sich wegen der dem weiland Magister Gerhard von Lochem weggenommenen Güter eidlich reinigen. O. J. (Frühestens 1345.)[1] Febr. 28.*

Honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, Conradus, ecclesie Zwerinensis decanus, salutem et omne bone voluntatis augmentum. Noueritis, || quod innotuit michi ex relatione Alexandri, scolaris mei, quod vos petitis et rogatis, quosdam ciues vestros, qui excommunicati denunciantur occasione || bonorum magistri Gherardi quondam de Lochem, absolui, quia bona eiusdem magistri Gherardi non habent, ut dicunt, nec de ipsis bonis se intromit||tunt. Vnde vobis significo, quod tales ciues libenter ob reuerentiam vestram absoluere volo, dummodo se legitime expurgauerint, adeo quod cum honore et sine reprehensione cuiuslibet facere possim. Et quia personaliter ad presens Lubeke accedere non valeo, vnde, vt dicitis, nec ciues Zwerin, sicut idem Alexander michi retulit, tute venire [non] possunt, prefato Alexandro, scolari meo, notario publico, commisi, ut, assumpto sibi Johanne, scolari et notario domini Wilhelmi Pape, canonici Zwerinensis, vel alio, si ipse Johannes interesse non posset, notario ac testibus ydoneis, vice me expurgationem omnium illorum, qui expurgare se voluerint, recipiat per juramenta sub certis articulis, qui tales sunt: videlicet, quod quilibet dictorum expurgare se volentium jurabit ad sancta Dei ewangelia, quod bona magistri Gherardi quondam de Lochem non habet in parte vel in toto nec habuit nec dolo habere dimisit nec de bonis eisdem se intromittit vel intromittet contra voluntatem domini Wilhelmi Crach vel sui procuratoris, et si scit habentem vel habentes in parte vel in toto, nominabit procuratori predicto, et in quantum in se est et poterit, huiusmodi a quocumque ipsorum possessore bona domino Wilhelmo Crach vel suo procuratori tradi procurabit, nec ipsum dominum Wilhelmum Crach vel suum procuratorem in possessione huiusmodi bonorum impediet per se, alium vel alios, publice vel occulte, directe vel indirecte. Et super huiusmodi juramento ne dictus dominus Wilhelmus vel quicumque alius negligentiam sui juris michi possit imputare aut poterit infuturum, dicti notarij conficient publicum instrumentum, ipsoque instrumento per

1) Gerhard von Lochem wird 29. Nov. 1344 als todt erwähnt. Urk.-B. des Bisth. I. S. 827. A. 2. Conrad lässt sich sicher von 1343—1357 als Dechant nachweisen.

me viso et inspecto, illos ciues vestros, quos inuenero debitum prestitisse juramentum et legitime se expurgasse, cum effectuali executione libenter absoluam, et debent omnes, qui iurauerint, constituere procuratorem ad recipiendum a me absolucionem ipsorum nomine. Quicquid autem pro vobis facere possum, honore meo saluo et justitia, voluntarie sum facturus; scio, quod per me non petitis aliqua fieri, per que honor meus vel iusticia posset violari. Scripta Zwerin, feria secunda post dominicam Oculi, meo sub sigillo.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist gänzlich abgesprungen.*

## DCCCXXVI.

### *Verordnung über die Gewerbsbefugnisse der Drechsler und Schachtschneider. 1345. Nach März 27.*

Anno Domini M̊CCC̊XLV̊, post festum Pasche domini consules decreuerunt cum tornatoribus et illis, qui faciunt hastas, ita videlicet, quod tornatores debent vendere omnia tornata instrumenta, exceptis vasis et scultellis, et illi, qui faciunt hastas, non debent vendere aliqua tornata instrumenta eciam qualiacumque, nisi scultellos et vasa. Tornatores non debent se eciam aliqualiter intromittere ad vendendum hastas vel alia, que per eos manualiter fiunt. Quociuscumque aliquis predictorum in premissis excesserit, tociens vadiabit ciuitati tres marcas argenti.[1]

*Aeltestes Wette-Buch. fol. I°.*

---

1) Findet sich in demselben Wettebuche auf einem hinter fol. XXXIV. eingehefteten Pergamentblatte in folgender Verdeutschung:

Jn deme jare Ghodes MCCCXLV, na der hochtyd tů Paschen worden de heren radmanne tů rade mid den dreyeren vnde den schachtsnyderen, also dat de dreyere schollen vorkopen alle dreyet werk, vtghenomen vate vnde schotelen, vnde de schachtsnydere schollen neen dreyet werk verkopen, id si wodan id si, ane schotelen vnde vate. Ok schollen sik de dreyere nicht vnderwinden tů vorkopende schachte edder ding, de bi im handliken ghemaket werden. Also dikke, alze ieman der voresprokenen brikt in den voresprokenen saken, alzo dikke schal he wedden der stad dre mark suluers.

Dieselbe Verordnung lautet im Wettebuche von 1527. fol. XIIII:

Anno Domini MCCCXLV, post festum Pasche, vt dem latin: De radheren hebben ingesettet mit den dreyeren vnd den, de schechte maken, also, dat de dreyer scölen vorkopen alle gedreyede tuch, utgenamen vate vnde schottelen, vnd de schachtsnider scölen nicht vorkopen ienich tuch, dat gedreyet is, utbescheden schottelen vnd vate. De dreyer scölen ok in eniger gestalt sick nicht inlaten schechte to vorkopen edder anderswat, so dorch se gehantwerket wert. Wowøken iemand der vorbenomeden in vorscreuen stucken auertryt, sovaken scal he wedden der stad dre mark suluers.

## DCCCXXVII.

*Detlev Danzkron und dessen Sohn Jacob urkunden über die vor dem Rathe zu Lübeck dem Knappen Hermann Hotmann gethane Ehrenerklärung. 1345. Apr. 11.*

Vniuersis presencia visuris et audituris nos Dethleuus dictus Danscekron et Jacobus dictus Danscekron eius filius, || ciues Lubicenses. Notum facimus et presentibus publice protestamur, quod nos, coram honorabilibus et discretis viris, || proconsulibus, consulibus et scabinis ciuitatis Lubicensis, ipsis in sede consulatus sui sedentibus, constituti, re||cognouimus et presentibus recognoscimus, quod in facto, quod Hermanno dicto de Hotman famulo inposuimus in ciuitate Lubicensi, eidem Hermanno dicto Hotman iniuriam fecimus, de quo dolemus toto corde, protestantes tenore presencium, quod ipse Hermannus dictus Hotman est omnino probus et honestus et bone fame, et quod de eo plane per omnia nichil mali scimus. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CCC̊X̊LV̊, crastino dominice, qua cantatur Misericordia Domini.

*In dorso von einer gleichzeitigen Hand:* Transscriptum aperte littere date et sigillate per Detleuum Danzecrone et Jacobum eius filium Hermanno dicto Hotman ex parte conposicionis facte inter ipsos.

*Nach einer gleichzeitigen Copie, auf der Trese.*

## DCCCXXVIII.

*Der Knappe Bernhard von Steinbeck, Gaugraf in Stromberg und Oelde, urkundet über die Aufhebung der auf Antrag des Knappen Hermann Hotmann verkündeten Verfestung aller Lübeckischen Bürger. 1345. Apr. 24.*

Vniuersis presencia visuris et audituris nos Bernardus dictus de Stenbeke famulus, || judex siue gograuius in Stromberghe et in ølede, notum facimus et presentibus publice protestamur, || quod nos proscriptionem contra vniuersos ciues ciuitatis Lubicensis, ad procuracionem Hermanni dicti Hot||man famuli coram nobis et per nos factam, de consensu et voluntate eiusdem Hermanni Hotman reuocamus, cassamus et tenore presencium irritamus, ipsos ciues Lubicenses vniuersos de huiusmodi proscriptione presentibus absoluentes et in pacem suam tenore presencium firmiter reponentes. Jn cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊CXL quinto, dominica, qua cantatur Cantate.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCCXXIX.

*Der Knappe Hermann Hotmann urkundet über seine vollständige Aussöhnung mit den Lübeckischen Bürgern Detlev und Jacob Danzkron, die Aufhebung der gegen sie und die Lübeckischen Bürger insgemein von verschiedenen Richtern verkündeten Verfestung, und die von ihm vor dem Rathe zu Münster geschworene Urfehde. 1345. Apr. 28.*

Vniuersis presencia visuris et audituris ego Hermannus dictus Hotman famulus notum facio presentibus ‖ publice protestando, quod ego cum Dethleuo dicto Dansecrone et Jacobo dicto Dansecrone eius filio et vniuersis ‖ et singulis ciuibus ciuitatis Lubicensis de vniuersis et singulis questionibus, controuersiis, inpeticionibus et causis inter ‖ me et ipsos vertentibus sum pacatus, compositus et totaliter reformatus. Vnde eosdem Dethleuum et Jacobum dictos Dansecrone et vniuersos et singulos ciues ciuitatis Lubicensis de proscripcione, ad procuracionem et instanciam meam a quibuscunque judicibus seu gograuiis contra eos facta[m], et de omnibus et singulis questionibus, controuersiis, impeticionibus et causis inter me et ipsos vertentibus presentibus proclamo et dimitto quitos totaliter et solutos. Preterea assecuraui eisdem Dethleuo et Jacobo dictis Dansecrone et vniuersis et singulis ciuibus ciuitatis Lubicensis in manus honorabilium virorum, dominorum . . proconsulum, . . consulum et scabinorum ciuitatis Mon(asteriensis), in sede consulatus dicte ciuitatis Mon(asteriensis) tunc sedencium, pre me ipso et pre omnibus amore mei facere ac dimittere volentibus veram antiquam et firmam orveydam, quam coram eisdem proconsulibus, consulibus et scabinis ciuitatis Mon(asteriensis) antedicte, tactis per me sacrosanctis, juraui et sub eodem juramento meo prestito promisi presentibus et promitto eisdem Detleuo et Jacobo dictis Dansekrone et vniuersis et singulis ciuibus ciuitatis Lubicensis perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruare, dolo et fraude semotis penitus et exclusis. Jn cuius rei testimonium et firmitatem sigillum meum presentibus est appensum. Datum et actum, presentibus honorandis viris Johanne Steueninch, Hermanno ton Busche proconsulibus; Bernardo Trauelmann, Henrico Trauelmann, Johanne Albrandinch, Johanne Dapifero, Godfrido Biscopinch, Engelberto de Wieck, Richardo Vos de Berghe, Emelrico de Lon, Arnoldo Vos, Bernardo de Tynnen, Johanne Trauelmanninch, Godekino Wredinch, et aliis quam pluribus tam scabinis quam probis hominibus dicte ciuitatis Mon(asteriensis), testibus fidedignis, anno Domini M̊CC̊CXL quinto, ipso die beati Vitalis martiris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCXXX.

*Beltramin, Bischof von Bologna, Auditor der päpstlichen litterarum contradictarum audientia, urkundet, dass ein päpstliches Breve in Beziehung auf die Güter des Klosters Neumünster der Stadt Lübeck nicht präjudicire. 1345. Mai 1.*

Omnibus presentes litteras inspecturis Beltraminus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Bononiensis ac audiencie litterarum contradictarum domini pape auditor, salutem in Domino. Noueritis, quod, cum magister Gerardus Beysten, in Romana curia procurator ac procurator . . prepositi et conuentus monasterij Nouimonasterij, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini Bremensis diocesis, pro ipsis quasdam litteras apostolicas impetraret sub hac forma: Clemens episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, . . decano ecclesie sancti Willehardi Bremensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum, prepositi et conuentus monasterij Nouimonasterij, per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini Bremensis diocesis, precibus inclinati, presencium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius monasterij alienata inueneris illicite vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem monasterij legitime reuocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo; testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Auinione, VIIII Kalendas Marcij, pontificatus mei anno tercio: Eisdem litteris magister Henricus Vemeren, in dicta Romana curia procurator consulum et vniuersitatis Lubicensis, pro ipsis in audiencia publica contradixit. Quarum tandem litterarum absolucioni et expedicioni ea condic[c]ione consencijt, quod prefati consules et vniuersitas domini sui eorumque officiales, baiuli et ministri non possint per ipsas litteras quomodolibet conueniri, nec eedem littere ad eosdem et iura eorum aliqualiter se extendant. Quod prefatus magister Gerardus Beysten procurator procuratorio nomine predicto promisit firmiter coram vobis. In cuius caucionis testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Auinione, Kalendis Maij, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, pontificatus domini Clementis pape VI. anno tercio.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCXXXI.

***Beltramin, Bischof von Bologna, Auditor der päpstlichen litterarum contradictarum audientia, urkundet darüber, dass ein päpstliches Breve in Beziehung auf die Güter des Klosters Segeberg der Stadt Lübeck unprājudicirlich sei. 1345. Mai 1.***

Omnibus presentes litteras inspecturis Beltraminus, Dei et apostolice sedis gracia episcopus Bononiensis ac audiencie literarum con‖tradictarum domini pape auditor, salutem in Domino. Noueritis, quod, cum magister Wernerus Rosdesleyben, in Romana curia procurator, nomine ‖ venerabilium virorum . . prepositi et conuentus monasterij in Zetheverge[1], per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augu‖stini Lubicensis diocesis, quasdam litteras apostolicas impetraret sub hac forma: Clemens episcopus, seruus seruorum Dei, dilecto filio, . . abbati monasterij in Reyuenelde[2] Lubicensis diocesis. *Das Folgende ist mutatis mutandis gleich No. 830 bis* contradixit.) Verum quia predictus magister Wernerus, qui dictas litteras apostolicas pro prefatis preposito et conuentu impetrabat, coram nobis personaliter constitutus dixit, se potestatem ad impetrandum litteras aliquas ab eisdem preposito et conuentu non habere, idem uero magister Henricus Vemeren nobis humiliter supplicauit, ut sibi et dictis dominis suis de oportuno remedio prouideremus: nos, auditor prefatus, prefatam supplicacionem reputantes consonam racioni ac uolentes dicto magistro Henrico de oportuno remedio prouidere, ipsas apostolicas litteras ea condicione absoluimus, quod prefati consules et vniuersitas lubicensis, domini sui, eorumque officiales, baiuli et ministri non possint per ipsas litteras quomodolibet conueniri, nec eedem littere ad eosdem et iura eorum aliqualiter se extendant, decernentes, caucionem huiusmodi proinde ualere et tenere, ac si per procuratorem dictorum prepositi et conuentus data fuisset et esset. Jn cuius caucionis ac nostri decreti interposicionis testimonium presentes litteras fieri fecimus et audiencie contradictarum sigillo muniri. Datum Auinione, Kalendis Maij, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimoquinto, pontificatus Domini Clementis pape VI. anno tercio.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

---

1) Im päpstlichen Breve steht: Zegheverge, l. Segeberge. 2) l. Reinevelde.

## DCCCXXXII.

***Der Ritter Hartwich und die Knappen Johann Wittekop und Ywan Kenzler (so wie die Knappen Lüder und Ywan, Gebrüder, und Hasse) von Krummendik urkunden, dass sie der von den Grafen von Holstein i. J. 1343 am St. Lucientage mit den Städten Lübeck und Hamburg geschlossenen Sühne beigetreten sind. 1345. Mai 6.***

Wi Hartwich riddere, Johan Wittecop vnd Ywan Kencelere knapen gheheten[1] van deme Crummendike. Betughed vnde bekenned[2] openba‖re in desser ieghenwardighen scrift, dad wi de sůne, de vse hern van Holtzsten, greue Johan, greue Hinrik, greue Clauus vnde greue ‖ Gherd, deghedingeden thů Lubeke, na Godes bord dusend drehunderd in deme dre vnde vertighesten iare, in sente Lucien daghe, mit ‖ den beschedenen mannen, den heren den raadmannen van Lubeke vnde van Hamborch, vůlborded vnde se holden vnde dar inne bliuen willed, alse der seluen user heren breue spreked, de se en dar up ghegheuen hebbet, also dad de vorbenomeden heren, de raadmanne van Lubeke, vnde ere menen borghere scolen ene stede, gantze sůne hebben vor vns vnde vor al vsen vrůnden, de dor vns důn vnde laten willed, sunder ienigher hande arghelist, alse wi mit hand vnde mit munde bi usen trůwen gheloued hebbet den erbaren mannen, hern Hinrike Papen, hern Syuerde van der Bruggen, hern Constine, hern Thidemanne van Gustrowe vnde hern Johanne Clingenberghe, borghermesteren vnde raadmannen der stad thu Lubeke vorbenømed, thů erer vnd erer børghere hand. Vnde thů ener openbaren betughinghe so hebbe wi vse ingheseghele ghehengged thů dessem breue. Ghedeghedinged vnde ghegheuen thů Lubeke, na Godes bord dusend drehunderd in deme vif vnde vertighesten iare, des neghesten daghes vses Hern Godes Hemeluarth.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden drei Siegeln. Ebendaselbst das zweite Original, dessen wesentliche Varianten angegeben sind, mit noch anhängenden zwei Siegeln.*

## DCCCXXXIII.

***Beltramin, Bischof von Bologna, Auditor der päpstlichen litterarum contradictarum audientia, urkundet, dass ein in Beziehung auf die erzbischöflich Bremischen Mensalgüter erlassenes päpstliches Breve der Stadt Lübeck nicht präjudicire. 1345. Mai 15.***

*Dieses auf der Trese bewahrte und durch anhängendes Siegel beglaubigte Schreiben ist mutatis mutandis No. 830 gleichlautend. Der Procurator des Erzbischofs Otto von Bremen heisst:* magister Hermannus de Niemborgh; *das päpstliche Breve ist an den Decan der Kirche von Osnabrück gerichtet, die Urkunde* Jdibus Maij *ausgestellt.*

---

1) Vi Luder, Ywan brödere vnde Hasse knapen ghenömed. 2) Bekenned vnde betughed.

## DCCCXXXIV.

***Die Knappen Timmo, Hennekin und Marquard von Gudow bekennen, wegen des Soldes für die von ihnen und ihren Freunden während mehrerer Jahre der Stadt Lübeck geleisteten Kriegsdienste vollständig befriedigt zu sein. 1345. Mai 22.***

Nos Thimmo et Hennekinus fratres, necnon Marquardus eiusdem Thimmonis filius, armigeri, dicti de Gutowe. Tenore ‖ presencium recognoscimus, constare cupientes presentibus et futuris vniuersis, quod domini nostri, . . consules Lubicenses, nobis lau‖dabiliter et condigne fecerunt pro seruiciis nostris, eisdem per nos factis in quibusdam annis iam actu precedentibus, et separati ‖ sumus ab eis in amicicia et fauore, ita quod nos vna cum Marquardo, fratre nostrorum Thimmonis et Hennekini predictorum, ac cum omnibus et singulis amicis nostris et consanguineis, amore nostri facere seu dimittere quitquam volentibus, ad pretactorum dominorum nostrorum consulum et vniuersorum ciuium Lubicensium promotiones et seruicia iugis temporibus esse volumus fideliter inclinati. Nam ipsis referimus graciarum actiones condignas in hiis scriptis. Jn cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus litteris duximus appendenda. Actum et datum anno Domini millesimo CCCXL quinto, in dominica Trinitatis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel des Marquard (No. 3.) Vom Siegel Timmo's ist nur das Band, von Hennekin's Siegel die Hälfte erhalten.*

## DCCCXXXV.

***Wilhelm von Brynton, Bürger zu Lynn, als Testaments-Executor des Thomas von Bauseye, ingleichen Philipp Wyth und Richard de Bodekisham, Bürger zu Lynn, als Testaments-Executoren des weiland Thomas von Bauseye Ehefrau Agnes, verkaufen dem Wilhelm von Bek zu Lynn das Grundstück, welches Thomas von Bauseye dort besessen. 1345. Mai 27.***[1]

Sciant presentes et futuri, quod ego Willelmus de Brynton', burgensis Lenn' Episcopi, executor testamenti Thome de Bauseye apothecarii quondam burgensis ‖ Lenn' Episcopi, et nos Philippus Wyth et Ricardus de Bodekisham, burgenses Lenn' Episcopi, executores testamenti Agnetis, que fuit vxor predicti Thome ‖ de

1) Vgl. No. 714.

Bauseye, concessimus, vendidimus et secundum modum et consuetudinem burgi ville Lenn' Episcopi hac presenti carta nostra confirmauimus || Willelmo de Bek de Lenn', clerico, heredibus et assignatis suis pro quadam summa pecunie nobis data pre manibus totum illud tenementum cum edificiis et pertinenciis suis, iacens in villa Lenn' Episcopi, in latitudine inter tenementum quondam Johannis de Bylneye ex parte aquilonari, et communem viam, que vocatur Priouriswatergate ex parte australi, et extendit se in longitudine a communi via sub cimiterio ecclesie sancte Margarete Lenn' versus orientem usque ad magnam ripam Lenn' versus occidentem, quod vero tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predictus Thomas de Bauseye, dum vixit, in testamento suo venditioni exposuit per executores testamenti sui et post mortem predicte Agnetis, vxoris sue per executores testamenti predicte Agnetis, prout in testamento predicti Thome plenius continetur, habendum et tenendum totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicto Willelmo de Bek, heredibus et assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde de iure debita et consueta imperpetuum. Jn cuius rei testimonium huic presenti carte sigilla nostra apposuimus. Datum apud Lenn' Episcopi, die Veneris proxima post festum sancti Augustini archiepiscopi Cantuariensis, anno regni regis Edwardi tercij a conquestu decimo nono, hiis testibus: Johanne de Massyngham tunc maiore Lenn', Johanne de Swerdiston' tunc aldirmanno, Simone de Reynham tunc senescallo, Hugone de Betelee, Johanne de Cockisforth, Roberto Braunch', Ricardo Braunch', Johanne de Manegrene, Thoma de Catfeld, Johanne Elys, Johanne de Jaxham burgensibus Lenn' Episcopi, Henrico clerico, et aliis.

*In dorso*: Carta Willelmi de Beck de tenemento Thome de Bauseie.

Septima.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den drei anhängenden Siegeln.*

## DCCCXXXVI.

***Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen, verpflichtet sich gegen den Rath zu Lübeck, demselben wegen der ihm zur Bekämpfung des Schlosses Lassahn zu leistenden Hülfe seinerseits wiederum in allen dadurch etwa herbeigeführten Fehden beizustehen. 1345. Jun. 13.***

Wi Eric van Godes gnade hertoghe van Sassen de junghere. Bekennet in desser ieghenwordeghen scripht || vnde tughet opembare, dat wi mit bescedenen mannen, den ratmannen der stat tů Lubeke ghede||ghedinget hebbet vnde des gantzlike

mit en en worden sint, dat wi en vmme ere helpe, de se vs || don vor deme hus tů Lassan, scolen mit aller macht helpen weder stan alle veyde, allen ummůt vnde alle de stucke, de se vnde ere stat dor der helpe willen anuallen møghen van vørsten, heren, ridderen, knapen vnde van ieneghem manne, vnde er nymmer af stan en willen, se en hebben der stucke ene gantze vullenkomene sone. Dat hebbe wi en ghelouet vnde loued et en in desser ieghenwordeghen scripht bi vsen truwen, alse wi des tů ener opembaren betughinge vse ingheseghel hebbet laten ghehenget tů dessem breue. Ghedeghedinget vnde gheuen na Godes bort dusent drehundert in deme vyf vnde vierteghesten iare, des Manendaghes vor synte Vites daghe.[1]

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCXXXVII.

***Wilhelm von Bek zu Lynn überträgt sein Grundstück dem Philipp Wyth daselbst. 1345. Jun. 20.***[2]

Sciant presentes et futuri, quod ego Willelmus de Bek de Lenn', clericus, concessi, dedi et hac presenti carta mea confirmaui Philippo || Wyth' burgensi Lenn' Episcopi, heredibus et assignatis suis pro quadam summa pecunie michi data pre manibus totum illud tenementum meum || cum edificiis et pertinenciis suis in villa Lenn' Episcopi, iacens in latitudine inter tenementum quondam Johannis de Bilneye ex parte aquilon(ari), || et communem viam vocatam Priouriswatirgate ex parte australi, et extendit se in longitudine a communi via sub cimiterio ecclesie sancte Margarete Lenn' versus orientem usque ad magnam ripam Lenn' versus occidentem, habendum et tenendum totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicto Philippo Wyth', heredibus et assignatis suis de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde de iure debita et consueta imperpetuum. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicto Philippo, heredibus et assignatis suis contra omnes gentes imperpetuum. Jn cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Datum apud Lenn' Episcopi, die Lune proxima post festum sancti

1) Dreyer citirt im Apparatus aus Kirchring Collectanea Lubec. histor. msta. offenbar die obige Urkunde, als 1305 des Mandaghes na s. Viti daghe ausgestellt. Die Angabe einer im Jahre 1305 von den Lübeckern vor Lassahn geleisteten Hülfe in von Kobbe Geschichte des Herz. Lauenburg. II. S. 37. scheint auf demselben Citat zu beruhen.

2) Vgl. No. 835.

Botulphi abbatis, anno regni regis Edwardi tercij a conquestu decimo nono, hiis testibus: Johanne de Massyngham tunc maiore Lenn', Johanne de Swerdiston' tunc aldirmanno, Simone de Reynham tunc senescallo, Johanne de Cockisforth', Hugone de Betelee, Roberto Braunch', Ricardo Braunch', Johanne de Manegrene, Thoma de Catfeld, Johanne Elys, Johanne de Jaxham, burgensibus Lenn', Henrico clerico et aliis.

*In dorso*: Carta de tenemento quondam Thome de Bauseie.

Octava.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCCXXXVIII.

*Albrecht, Herr von Mecklenburg, bestätigt den Verkauf von fünftehalb Hufen in Timmendorf auf Pöl abseiten des Lübeckers Johann Woltfogel an den Kleriker Albrecht von Calmar und dessen Bruder, den Lübeckischen Bürger Winand. 1345. Jul. 13.*[1]

Albertus dominus Mecklenburgensis confirmat venditionem quatuor mansorum cum dimidio in villa Tymmendorp terrae Pölensis, factam a Joanne Woltfogel, burgensi Lubecensi, Alberto de Calmaria, clerico, et Winando fratri, ciui Lubecensi. D. in Sterneberghe, in festo b. Margarethae virginis et martyris, MDCCCXLV.

*Angeführt in Dreyer* Apparatus juris publici. T. I., *aus dem älteren Copiarius des St. Johannis-Klosters. fol. 65.*

## DCCCXXXIX.

*Die Rathmänner zu Colberg ersuchen die Kämmereiherren zu Lübeck, nicht auf dem persönlichen Erscheinen des Colbergischen Stadtschreibers Heinrich in Lübeck zum Behufe der Liquidation seiner Geldangelegenheiten zu bestehen, sondern sich an dessen zu dem Ende von ihm bevollmächtigter Schwiegermutter genügen zu lassen. 1345. Aug. 1.*

Honorabilibus viris, amicis suis, dominis Hermanno de Wickede et Johanni de Clingenberge, cameriis consilii Lubicens(is), || consules in Colberge cum sinceris affectibus seruicium semper promptum. Exposuit nobis Hinricus, noster notarius, vos || sibi demandasse ex nomine per Nycolaum Malnowe, amicum vestri, domini Johannis, ciuem nostrum, quod nolletis || distribuere et dare sibi uel alicui nomine

1) Vgl. No. 28.

suo aliquam pecuniam, de qua sibi, prout coram uobis recognouit, graciose prouiderunt domini consules, ac eciam suis creditoribus, nisi in propria persona coram uobis conpareret et singula apud suos creditores et eciam alios expediret. Verum cum ex causis legitimis nobis pronunc incumbentibus eius absencia nobis esset vsque in festum Natiuitatis Christi nociua, et eciam nequaquam absenciam apud nos potest inpetrare, cum de ipso carere nolumus, constituit et fecit coram nobis cum pleno mandato dominam suam Alheydem, sue quondam vxoris pie memorie matrem, exhibit(ricem) presencium, in procuratorem suum ad recipiendum et audiendum conputacionem ab Ameligo de Trauena et Johanne de Lubeke, procuratoribus suorum creditorum, et satisfaciendum nomine suo eisdem et singulis alijs ipsum jure inpetere volentibus super debitis quibuscunque, volens gratum et ratum habere, quidquid per ipsam actum vel factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum. Rogantes vos instanter, quatinus, cum dictus Hinricus, noster notarius, nequaquam, ut premittitur, absens esse poterit, ipsam in negociis sibi commissis dignemini fideliter promouere eamque ab inportunis insultatoribus, si qui essent, defendere et tueri, quod nobis erit inperpetuum promerendum. Datum per manum magistri Tzabelli nostri appoth(ecarij) in testimonium premissorum, sub nostro secreto presentibus ex nostra certa scientia appenso, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, beati Petri ad Vincula.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit dem Reste des Bandes, von welchem das Siegel abgeschnitten ist.*

## DCCCXL.

*Die Rathmänner von Stendal quittiren den Rath zu Lübeck wegen Bezahlung der fälligen Reichssteuer. 1345. Sept. 7.*

Vniuersis presentes litteras inspecturis seu eciam audituris . . consules ciuitatis Stendalensis salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus || et tenore presencium firmiter protestamur, quod honorabiles viri et discreti, domini . . consules ciuitatis Lubicensis, annuum censum, illustri principi || et domino nostro karissimo, domino Ludowico marchioni Brandeborgensi ex parte gloriosissimi et inuictissimi principis ac domini, domini Ludowici Romanorum impera||toris, debitum, honorabili viro, domino Thiderico dicto Buzst, nostro amico dilecto, in festo Natiuitatis beate Marie virginis presentis anni ad manus nostras et nostro nomine plenarie et integre persoluerunt. Vnde memoratos dominos . . consules Lubicenses ab huiusmodi censu nobis pagato per eosdem et ad vota nostra plenarie persoluto quitos

virtute presencium perpetuis temporibus dimittimus et solutos. Jn quorum omnium firmam euidenciam et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, in vigilia Natiuitatis beate Marie virginis supradicte.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit dem Reste des Bandes, von welchem das Siegel abgeschnitten ist.*

## DCCCXLI.

*Otto von Dargarden urkundet über die von ihm dem Rathe zu Lübeck geschworene Urfehde, und Hennekinus Stake über seine wegen Haltung derselben geleistete Bürgschaft. 1345. Sept. 28.*

Ego Otto de Dargarden. Tenore presencium recognosco et protestor publice, quod illud infortunium, quod per aduocatum || ciuitatis Lubicensis captus fueram et in eandem ciuitatem per eum ductus, nulli inputare debeo. Nam pro eo iura||ui ad sancta Dei dominis consulibus Lubicensibus et eorum vniuersitati debitam ac racionabilem orueydam pro me et pro omnibus || amicis et consanguineis meis natis et nascendis, ac pro omnibus et singulis causa mei facere seu dimittere quicquam volentibus, ipsam orueydam debite obseruandam. Et ego Hennekinus Stake armiger recognosco presentibus, me vna cum supradicto Ottone firmiter promisisse, quod supradicta orueyda debet, omni dolo postposito, inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium sigillum meum vna cum sigillo pretacti Ottonis presentibus est appensum. Actum et datum Lubeke, anno Domini M̊CC̊X̊L quinto, in profesto beati Michahelis archangeli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel des Otto Dargarde. Das andere ist grösstentheils abgesprungen.*

## DCCCXLII.

*Hennekin Wolyn urkundet über die von ihm dem Rathe zu Lübeck geschworene Urfehde, und der Knappe Detlev von Zülow über seine wegen Haltung derselben geleistete Bürgschaft. 1345. Sept. 28.*

Ego Hennekinus dictus Wolyn. Recognosco tenore presencium publice et protestor, quod illud infortunium, quod captus || fueram per aduocatum ciuitatis Lubicensis et in ipsam ciuitatem per eum ductus, nulli imputare (debeo), nisi proprio meo infortunio.|| Nam pro eo iuraui ad sancta Dei dominis consulibus et vniuer-

sitati ciuitatis Lubicensis predicte rectam orueydam pro me et || omnibus consanguineis meis et amicis natis et nascendis, necnon pro omnibus et singulis causa mei quicquam facere seu dimittere volentibus, predictam orúeydam, omni dolo postposito, debite obseruandam. Et ego Detleuus de Tzule armiger recognosco presentibus, me firmiter vna cum predicto Hennekino Wolyn promisisse, quod predicta orueyda, omni dolo postposito, vt premittitur, debet inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum Lubek, anno Domini M̊CC̊X̊L quinto, in profesto beati Michahelis archangeli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel des Detlev von Zülow.*

## DCCCXLIII.

***Gerhard und Werner Gebrüder Bonensack von Stüke, Conrad Bonensack, Thidemann's Sohn, Hennekin Bonensack von Bruzewitz, Heinrich Bonensack, Albern's Sohn, und Gerhard Bonensack, Hermann's Sohn von Moizsalle, entsagen aller Feindschaft wider die Stadt Lübeck wegen der Hinrichtung des Thidemann Bonensack. 1345. Oct. 18.***

Nos Gherardus et Wernerus fratres dicti Bonensak de Stúke, Conradus Bonensak filius Thidemanni, Hennekinus Bonensak de || Bruzeuitze, Hinricus Bonensak filius Alberni, et Gherardus filius quondam Hermanni Bonensak de Møyzsalle. Recognoscimus || tenore presencium publice protestantes, quod omnem dissentionem postposuimus, hactenus inter honorabiles viros, dominos consules et || vniuersitatem ciuitatis Lubicensis, ex vna, et nos, nostros consanguineos et amicos stantem parte ex altera, et specialiter illam, que inter eos et nos exorta fuerat ex eo, quod Thidemannus Bonensak, pater supradicti Conradi Bonensak, olim diem clausit extremum predictorum dominorum consulum et ciuitatis Lubicensis iuris ex rigore; promittentes firmiter per presentes, quod eorum mali amplius nolumus esse memores, sed nos vna cum nostris consanguineis et amicis, necnon cum omnibus et singulis causa nostri facere seu dimittere quicquam volentibus memoratos dominos consules Lubicenses ac eorum conburgenses honorare et promouere, omni dolo postposito, volumus vbilibet omni posse. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum anno Domini M̊CC̊CXL quinto, ipso die beati Luce ewangeliste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den sechs wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCCCXLIV.

*Der Ritter Johann Meinersdorf urkundet über die Beilegung seines Streits mit der Stadt Lübeck in Anlass der vor Oldesloe geschehenen Verwundung zweier seiner Knechte durch die Kriegsleute der Stadt. 1345. Dec. 4.*

Alle den ghenen, de desse yeghenwardighen schrift seen edder horen, enbede || ik Johan Meynerstorpe en ridder ewighen heyl in Ghode. Jk bekenne vnde|| bethůghe openbare in dessem breue, dath al twedracht vnde schelinghe, de || van myner eghenen weghene vnde van myner knechte weghene, beschedeliken Volquen vnde Dethlef brodere gheheten van Kǒtele, de ghewundet wǒrden vor Odessloo van den knapen der stad tǒ Lubeke, ghewesen heft twischen den erbaren vnde den beschedenen mannen, den raatmannen vnde der menheyt der vǒrbenomeden stad thǒ Lubeke, af ene syd, vnde my vnde mynen vrvnden af ander syd yenigherleye wys bit an desse tyd, is ghansleken ghevleghen, lyket vnde sǒneth vnde altomale, also dat ik vnde myne vrůnt vnde alle, de dor mynen willen dǒn edder laten willen, schůllen vnde willen de vorbenømeden ratman vnde ere bǒrghere nicht hinderen, mer eren vnde vǒrderen, wor wy mǒghen. Thů ener openbaren bethůghinghe desser stůkke is myn ingheseghel hengheth tho dessem breue. Dith is ghescheen vnde desse bref is ghegheuen thů Lubeke, na Ghodes borth drůtteynhvnderd yar in dem vifvndeverteghesten yare, in svnte Barbaren daghe.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCCXLV.

*Bürgermeister, Rathmänner und Schöffen von Sendenhorst schreiben dem Rathe zu Lübeck wegen einer ihrem Bürger Johann Bertolding erblich angefallenen, von dem Rathe zu Lübeck in Veranlassung des Krieges mit Schweden eingezogenen Summe Geldes. 1346. Jan. 9.*

Honorabilibus ac prudentibus viris, dominis . . proconsulibus et . . consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis suis specialibus || et dilectis, . . proconsules et . . consules ac . . scabini opidi in Sendenhorst Monasteriensis dyocesis seruicij quicquid po||terunt et honoris. Prudenciam vestram pro Johanne dicto Bertoldinch, ministeriali reuerendi in Christo patris ac domini || nostri, domini episcopi Monasteriensis, nostro conburgensi, qui nobis exposuit, Brunonem Bertoldinch, suum fratrem legitimum, viam vniuerse carnis fore ingressum, ex morte cuius asserit ad se nouem

marcas lubicenses fore legitime deuolutas, quas asserit Dethleuo dicto Clinckroth, vestro conciui Lubicensi, per Hermannum dictum Hardenacke ad custodiendum ad usus suos fore presentatas, quas asserit vos ab ipso Dethleuo occasione gwerre, quam cum domino rege Swecie habuistis, postulasse et sustulisse, sincere rogamus, quatinus, cum ipse Johannes Bertoldinch sub suo juramento prestito coram nobis verificauerit dictas nouem marcas ad se pertinere, causa Dei et iusticie nostrarumque precum ob respectum prefato Hermanno dicto Hardenacke, suo vero nuncio ac procuratori speciali, nomine suo huiusmodi nouem marcas lubicenses sine aliqua protractione restituatis. Quod apud vos et vestros, vbicunque poterimus, studebimus deseruire. Quibus nouem marcis prenarrato Hermanno Hardenacke presentatis nullius sequetur monicio secundaria pro eisdem, sed vos et erogatores earundem et omnes, quorum interest seu interesse poterit, eritis inde quiti et soluti totaliter et omnino. De quo ad nos firmum respectum habeatis, quia de hoc ab eo sufficientem recepimus caucionem. Datum sub sigillo opidi nostri predicti presentibus in testimonium premissorum appenso, feria secunda post festum Epyphanie Domini, anno eiusdem M°CCCXL sexto.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCCXLVI.

*Der Rath zu Lübeck ernennt den Rathmann Thidemann von Güstrow zu seinem Syndicus, ihm Vollmacht ertheilend zur gerichtlichen Verfolgung des Klerikers Albrecht von Cleye. 1346. Apr. 22.*

In nomine Domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimosexto, indictione quartadecima, mensis Aprilis die vicesima secunda, hora quasi prima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti, in mei notarij publici infrascripti presencia, vna cum discreto viro Reynero notario publico subscripto, testiumque subscriptorum, in choro beate Marie virginis juxta sedilia dominorum consulum Lubicensium constituti honorandi viri et discreti, domini Siffridus de Ponte et Bertrammus Heydeby proconsules mandauerunt et iniunxerunt Johanni Joden, famulo eorum communi, vt statim iret et pulsaret campanam pro congregacione dominorum consulum Lubicensium communiter facienda. Qui vadens et campanam pulsauit, vt receperat in mandatis. Eodem instanti campana pulsata dicti proconsules iuerunt et se recepe-

runt ad eorum domum inferiorem consulatus, et ibidem, presentibus Hinrico Papen, Nicolao Sconeken, Hinrico de Bocholte, Jordano de Trybezes, Constantino, Arnoldo de Bardewich, Marquardo de Cosuelde, Thidemanno de Vltzen, Hermanno de Wickede, Thidemanno de Alen, Bertrammo Vorrat, Hinrico de Alen, Hermanno de Warendorpe, Johanne Molenstraten, Hermanno Blomenrod, Johanne Clinchgenberch, Johanne Woltuoghel, Gotscalco de Vellyn, Thidemanno de Warendorpe, Hinrico Buk, Gotscalco de Warendorpe, Wedekino de Warendorpe, Wedekino Clinchgenberch et Bernardo Plescowen consulibus, ad sonum campane more solito congregatis, consensientibus, tractatu prehabito diligenti, vnanimi consilio et consensu omnium et singulorum consulum ciuitatis Lubicensis, nomine et vice eorum prefati proconsules domini Siffridus de Ponte et Bertrammus Heydeby fecerunt, constituerunt et ordinauerunt reuerendum virum et discretum, dominum Thidemannum de Gustrowe, eorum consulatus socium, presentem et consensientem pro eis omnibus et singulis, eorum syndicum, actorem, factorem et nuncium specialem in omnibus causis realibus seu personalibus, ciuilibus seu ecclesiasticis, motis et mouendis tam criminaliter quam ciuiliter Alberto de Cleye, quondam layco, nunc vero asserenti se clericum Lubicensem, coram venerabili in Christo patre ac domino, domino Johanne episcopo Lubicense, aut quocunque judice ecclesiastico vel seculari vel aliis judicibus datis vel dandis, ad accusandum seu denunciandum, penam tallionis seu calumpnie subeundum ac penam ordinariam seu extraordinariam se obligandum, petendum et exigendum, agendum, defendendum, excipiendum, defensiones quascunque dandum et proponendum, libellum seu libellos dandum et recipiendum, litem seu lites contestandum, juramentum de calumpnia seu de veritate dicenda ac cuiuslibet alterius sacramentum in animam propriam seu omnium et singulorum et cuiuslibet ipsorum corporaliter, si necesse fuerit, prestandum, deferendum et exigendum, ponendum et articulandum, posicionibus respondendum, crimina probandum, testes et instrumenta producendum aut aliud quodcunque genus probacionis, et producta per alteram partem videndum, et eos ac ea reprobandum, quartam dilacionem cum solempnitate juris petendum et obtinendum, allegandum, concludendum, sentencias tam interloqutorias quam diffinitiuas audiendum, appellandum ab eis semel vel pluries, quociens fuerit oportunum, appellacionem seu appellaciones prosequendum, condempnacionem dicti Alberti tam ciuiliter quam criminaliter et mulctam expensarum, dampnorum et interesse petendum et eas ac ea taxari petendum ac exequcionem videndum et recipiendum, ac alia omnia et singula faciendum, que contra premissa et quodlibet premissorum necessaria fuerint et oportuna, et que syndicus sub meliori modo et forma constitutus facere potest, quantumcunque a jure exigant

mandatum speciale. Et cauentes dicti proconsules nomine et vice omnium et singulorum vnanimi consilio et consensu consulum predictorum pro dicto syndico, et releuantes eundem et releuatum esse volentes ab omni onere satisdandi, promiserunt michi notario publico subscripto, vna cum Reynero supradicto, vice et nomine omnium, quorum interest aut interesse poterit, solempniter stipulanti, se ratum et gratum ac firmum perpetue habituros, quidquid per dictum syndicum eorum actum, habitum, procuratum siue gestum fuerit in premissis seu quolibet premissorum, necnon judicio sisti et judicatum solui cum omnibus suis clausulis sub omni bonorum suorum obligacione et ypotheca. Acta sunt hec Lubeke, anno, indictione, mense, die, hora et pontificatu, quibus supra, presentibus discretis viris, dominis Johanne de Rostoch Zwerinensis et Hinrico de Brunsvich Hildensemensis dyocesis presbiteris, Gherardo dicto Hoppeman et Godekino dicto Mushunt ciuibus Lubicensibus, et aliis quampluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et nos proconsules et consules ciuitatis Lubicensis predicti in euidens testimonium et robur magis validum omnium premissorum presens instrumentum publicum secreti sigilli nostre ciuitatis fecimus communiri appensione. Et ego Hermannus de Embeke clericus Vxoratus Magu(n)tine dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia constitucioni et ordinacioni predicti syndici ac omnibus aliis et singulis premissis vna cum suprascriptis testibus ac infrascripto notario publico presens interfui, ea manu mea propria conscripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo solito et consueto signaui, requisitus per suprascriptos dominos meos, proconsules et consules ciuitatis Lubicensis, in premissorum testimonium specialiter et rogatus. Et ego Reynerus Hermanni de Wittenborch clericus Lubicensis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia omnibus et singulis suprascriptis vna cum notario suprascripto et testibus suprascriptis presens extiti eaque sic fieri vidi et audiui, ideo hic me subscripsi signoque meo solito et consueto signaui, rogatus et requisitus per suprascriptos dominos, proconsules et consules ciuitatis Lubicensis, in euidencius testimonium omnium premissorum.

*Nach der Abschrift in einem auf der Trese bewahrten, über den ganzen Process gegen Albrecht von Cleye aufgenommenen Notariatsinstrument.* (*In No. 853. S. 792. als* Acta iudicialia *bezeichnet.*)

## DCCCXLVII.

*Johann, Heinrich, Nicolaus und Gerhard, Grafen zu Holstein und Stormarn, urkunden über die von ihnen, unter Verbindung zum Einlager, gegen den Rath von Lübeck eingegangene Verpflichtung, wegen Todtschlags der Lübeckischen Bürger Lübbert von Warendorf und Gercke Pole ein Wehrgeld von 700 Mark Lüb. Pf. zu zahlen. 1346. Apr. 29.*

Wy Johan, Hinrik, Clawes vnd Gherd greuen || to Holtzsten vnd Stormeren. Bekennen vnd tůghen vnd doen withlik openbare in desseme ieghenwardighen breue allen luden, dat wy mit samender hand vnd in truwen gheloued hebben vnd schuldich sin den orbaren beschedenen mannen, hern Sifride van der Brugge, hern Hinrike Papen, hern Bertramme Heydeby vnd hern Thidemanne van Gustrowe radmannen, deme ganzen rade vnd der stad to Lubeke to der hand, van doetslaghes weghene Lubbertes van Warendorpe vnd Ghereken Pǒlen, borghere to Lubeke, den God gnedich si, seuenhunderd mark lubescher penninghe, de wy en betalen scholen in reden penninghen binnen der stad to Lubeke nv to sunte Jacobes daghe neghest to komende vørt ouer eyn iar sunder allerleye togheringhe vnd ane alle wedersprekend vnd twiuel ofte hinder. Dede wi des nicht, so scole wy also vørt, alse twe van vns veren vorbenømed, riden in de stad to Lubeke vnd dar binnen bliuen vnd inne liggen vnd dar nicht vt komen, it en si dat we dat vorbenømde gheld, also hir vore bescreuen is, en ganzliken betaled hebben, ofte it en si by ereme willen. Vortmer to eyner steden vulkomenheyd desses vorbenomeden vses louedes vnd desser schuld vorbenømed hebbe wy deme edelen manne, hern Alberte heren van Mekelenborch vnd sinen mannen, hern Godscalke Storme ridder, vnd Hinrike van Bulouwe knapen, gheloued in trůwen mit sameder hand, den vorbenomeden radmannen vnd den ganzen rade vnd der stad to Lubeke to der hand, also hir vøre bescreuen is, stede vnd vast to holdende. Vnd des to eyner openbaren betughinghe hebbe wy dessen bref mit vser aller verer ingheseghele besegheld laten. Ghegheuen to Lubeke, na Godes bord dusend drehunderd in deme sesten vnd vertighesten jare, des lesten Sunauendes vor sunte Wolborghe daghe.

*Nach einem auf der Trese befindlichen Vidimus des Erzbischofs Vromold von Riga vom 7. September 1363* (Profesto Nat. Mar.), *mit anhängendem Siegel desselben.*

## DCCCXLVIII.

*Thidemann von Güstrow erhebt Namens des Raths von Lübeck vor dem Bischofe Johann von Lübeck peinliche Klage gegen den Kleriker Albrecht von Cleye wegen Sacrilegiums. 1346. Mai 2.*

Coram vobis, reuerendo in Christo patre ac domino, domino Johanne episcopo ecclesie Lubicensis, ego Thidemannus de Gustrowe, consul Lubicensis, syndicus conmendabilium virorum, dominorum proconsulum et consulum ciuitatis Lubicensis, dico et jure propono contra Albertum de Cleye, nunc clericum, nuper vero laycum existentem, quod, cum ipse de anno Domini M°CC°XL quarto, sequenti die Egidij abbatis mensis Septembris vel circa, Dethardum Sachteleuent, ciuem Lubicensem, coram eisdem proconsulibus et consulibus, ad quos liberum exercicium causarum meri et mixti imperij in ipsa ciuitate Lubicensi et ipsius districtu pertinere dinoscitur auctoritate imperiali, super quodam pariete seu maceria, quibus domus ipsorum hincinde et curie jungebantur in plathea Mengonis in parochia beate Marie virginis ciuitatis Lubicensis, in judicio conuenisset necnon occasione eiusdem eidem Dethardo mortis periculum conminatus fuisset et eidem turpia verba et contumeliosa intulisset in lata platea ante fores domus consulatus, dicens, eum esse nequam traditorem, inuasorem et illicitum detentorem septingentarum marcarum lubicensium ad ipsum jure hereditario pertinencium, dicto Dethardo de huiusmodi iniuria dominis consulibus conquerenti, dicti domini mei proconsules et consules, volentes huiusmodi periculis obuiare, eisdem Alberto et Dethardo coram ipsis presentibus anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, sequenti die sancti Egidij mensis Septembris, in domo consulatus eorum inhibuerunt expresse sub pena vltimi supplicii et quinquaginta marcarum auri et exclusionis a dicta ciuitate penis, ne, pendente lite predicta coram ipsis, aliquis eorum ad iniuriam alterius verbo vel re seu opere quomodolibet prosiliret. Prefatus vero Albertus actor de presenti anno, videlicet millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, in mense Februarij, videlicet circa festum Purificacionis beate Marie virginis, prefatam inhibicionem temere transgrediens et contempnens, in ecclesia beate Marie Lubicensis in ipsum Dethardum verbis adeo pessimis et turpissimis in presencia multorum bonorum virorum insiliit, quod eadem verba vix homo viuens excogitare poterat et profare, dicens, eum esse nequam traditorem, inuasorem et illicitum detentorem bonorum suorum. Jdem vero Dethardus, huiusmodi verba opprobriosa pacienter sustinens, allegabat, suprascriptam causam inter ipsos motam finaliter esse sopitam, prout hoc posset et vellet (probare) litteris testimonialibus, quas super hoc de speciali

mandato prefatorum proconsulum et consulum, dominorum meorum, pretendebat esse confectas. Quas dictus Albertus dixit falsas esse et falsificatas per ipsum Dethardum et consules, apud quos ipse littere essent reseruate. Eodem vero Dethardo coram ipsis proconsulibus et consulibus de huiusmodi iniurijs conquerente, ipse Albertus in termino sibi ad respondendum super premissis iniuriis assignato per se non comparuit, sed de ipsa ciuitate Lubicensi latenter aufugit, vt penas euaderet suprascriptas. Quibus sic gestis idem Albertus de presenti anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, sabbato, quo cantatur ad introitum misse Jntret oracio mea, quod occurrit decima die mensis Marcii, a vobis prefato domino episcopo, in ecclesia ville Ghenyn prope Lubeke ordines celebrante, se fecit in fraudem ac in preiudicium litis pendentis necnon in elusionem inhibicionis et jurisdictionis memoratorum dominorum meorum proconsulum et consulum ad minores ordines, sicut dicitur, temere promoueri. Qui sic, de susceptis ordinibus, vt apparet, confisus, postmodum de presenti anno, die dominica, qua ad introitum misse cantatur Oculi mei, proxime preterita, in prefata ecclesia sancte Marie ante chorum ipsius ausu sacrilego in presencia fere quatuor milium hominum, virorum ac mulierum, ibidem ad videndum eucharistiam congregatorum, in sepedictum Dethardum vehementi clamore atrocissime insultauit, ipsum appellando pessimum nequam traditorem litteris falsis vtentem, que super decisione supradicte cause de jussu et mandato proconsulum et consulum, vt premittitur, sunt confecte; quorum eciam inhibicionem et mandatum dicebat se penitus non curare, dicendo wlgariter ene smartbunten, ipsos nichilominus et suprascriptam eorum inhibicionem verbis turpibus vilipendens. Postremo ibidem huiusmodi iniuriis sic illatis, Johannes Blekenstede, sepedicto Dethardo super huiusmodi iniuriis conpaciens, ab ipso Alberto, quem ignorabat clericum, de parendo juri super hiis requisiuit ydoneam caucionem. De qua quidem requisicione idem Albertus conmotus, eundem Johannem Blekenstede per capillos in sepedicta ecclesia sancte Marie arripiens, coram predicta populi multitudine ad pedes suos proiecit, sicque ipse Albertus ecclesiam predictam et ipsius inmunitatem grauiter violauit eidem iniuriam inferendo, propter quod eciam sacrilegium incidit in penam ad instar criminis lese magestatis sibi per legem eciam canonizatam super hoc editam infligendam, qui eciam Albertus, si laycus permansisset, tamquam transgressor temerarius inhibicionis suprascripte pene vltimi supplicii subiaceret. Quare ego syndicus supradictus ipsum Albertum super premissis suis notoriis excessibus per vos dominum episcopum perpetui carceris pena puniri et sic puniendum fore, per vos sentencialiter condempnari et huiusmodi sentenciam exequcioni debite demandari, et nichilominus peto eundem Albertum michi sepedictorum dominorum

meorum nomine in quinquaginta marcis puri auri per vos sentencialiter condempnari ipsumque ad soluendum easdem juris remediis coartari. Et premissa omnia et singula peto omni modo, causa, forma et jure, quibus melius peti possunt, implorans vestrum officium et juris beneficium, in quibus fuerit implorandum, saluo jure addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, declarandi etc.; non astringens me ad probandum omnia et singula premissa, sed ad ea tantum, què pro mea intencione sufficere videbuntur. Et ego Thidemannus sindicus supradictus profiteor, me hunc libellum obtulisse anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, secunda die mensis Maij, pontificatus sanctissimi in Christo patris, domini Clementis pape sexti, anno quarto, indictione quartadecima. Et prefatam accusacionem me legitime prosequturum, et, vt premittitur, probaturum promitto; profiteor eciam, et ad hoc, si et inquantum de jure teneor, me specialiter obligo, penam calumpnie seu tallionis me subiturum, si hanc accusacionem calumpniose instituero vel si in probacione, prout premittitur, defecero premissorum. Protestor eciam, quod per hanc accusacionem coram vobis domino episcopo institutam et quoslibet alios actus ex hac dependentes, connexos et emergentes nequaquam intendo predictorum dominorum proconsulum et consulum et ciuitatis juri ipsis quomodolibet conpetenti in aliquo derogare.

*Nach einer in das zu No. 846 angeführte Notariatsinstrument aufgenommenen Abschrift.*

## DCCCXLIX.

*Der Rath zu Calmar ersucht den Rath zu Lübeck, der Calmarschen Bürgerswittwe Ricmodis ein von ihr in Lübeck mit Arrest beschlagenes Schiff verabfolgen zu lassen, unter Verbürgung wider anderweitige Ansprüche an dasselbe. 1346. Mai 25.*

Honorabilibus et discretis viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis nostris singularibus et dilectis, || consules in Kalmaria deuoti seruicij sui beningnam conplacenciam cum affectu. Richmodis relicta || Wynoldi cum Vacca, dum uiueret, nominati, nostra conburgensis dilecta, exposuit coram nobis, quod || ipsa, apud vos personaliter existens, quandam nauem, quam Hermannus dictus Døue vexerat, in vestra ciuitate via iuris vestri arrestari fecit, et ipso Hermanno presente iuridice inpetiuit, et de iuris ordine et vigore legitime obtinuit [1]sibi adiudicatam omnimode[1] racione proprij, quod maritus eius Rycmodis predicte, scilicet

1) Die Worte stehen hinter vixerat, sind aber durch Häkchen als hieher gehörig bezeichnet.

Wynoldus, quando vixerat, [quod] in ea dinoscitur habuisse, et quod nichilominus vobis de vlterius non petendo aut agendo pro dicta naue prestiterit caucionem. Quapropter sinceriter vos rogamus, quatenus super eo ad nos firmam habere dignemini credenciam et respectum, quod pro dicta naue dicte Rycmodi adiudicata et presentata nulla a quoque homine vobis aut vestris monicio, actio vel inpeticio posterior sequi debet, sed vos et vestri atque omnes vniuersaliter, quorum interest vel interesse poterit, manebunt inde liberi et soluti. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Kalmarie, anno Domini M̊CC̊X̊L sexto, in Ascensione Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem in der Umschrift zerstörten Siegel.*

## DCCCL.

*Der Knappe Hinrich Snakenborch bescheinigt den Empfang von 6 m̷ Lüb. Pf. für ein von ihm dem Lübeckischen Rathsdiener Bodo verkauftes Pferd. 1346. Apr. 23.*

Vniuersis presentem paginam inspecturis ego Hinricus Snakenborch armiger salutem in Domino. Recognosco tenore presencium || et profiteor manifeste, quod ego promte et plene recepi a Hinrico Sydenecrul et Hinrico Swerlen ciuibus Lubicensibus sex marcas denariorum || lubicensium pro quodam equo, quem nuper elapso tempore Bodoni dominorum consulum Lubicensium famulo pro sex marcis eorundem denariorum || lubicensium vendideram, protestans insuper, quod dicte sex marce denariorum lubicensium pro dicto equo michi a Gheuehardo de Ȯdeme armigero non sunt persolute. Dimitto itaque pro dictis sex marcis denariorum et de dicto equo dictum Bodonem et omnes ciues Lubicenses, consules atque ciuitatem Lubicensem quitos, liberos et solutos, promittens fide firma, quod inde nulla monicio aut actio posterior sequi debet. Jn cuius rei testimonium sigillum meum ex certa mei sciencia presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊X̊L sexto, dominica Quasi modogeniti post sacros dies Pasche continua.

*Nach dem Originale, auf der Trese. mit anhängendem Siegel.*

## DCCCLI.

*Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, urkundet, dass er dem Heiligen Geist-Hospitale zu Lübeck die Gerichtsbarkeit zu Hals und Hand in dem Dorfe Grossen-Sarau, unter Vorbehalt des Wiederkaufs, verkauft habe. 1346. Jun. 11.*

Vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, Ericus junior Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westualie salutem in Domino. Presentium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, nos matura deliberatione prehabita vendidisse rite et rationabiliter ac dimisisse prouisoribus, magistro ac conuentui domus Sancti Spiritus in Lubeke pro quinquaginta marcis denariorum monete lubicensis, nobis integraliter persolutis et in nostros vsus expositis et conuersis, in omnibus bonis et suis attinentijs, que eadem domus Sancti Spiritus habet in villa maiore Zarouwe, sita in parochia Gronowe, juditia suprema, colli videlicet et manus, et quicquid de juditijs seu jurisdictione in eisdem bonis et suis attinentijs nos quomodolibet tangere poterit, cum omnibus libertatibus, commoditatibus, fructibus et emolimentis inde deriuantibus, ac singulis conditionibus, prout ad nos et progenitores nostros pertinebant hactenus, habenda et possidenda libere, pacifice et quiete. Est tamen nobis et nostris heredibus libera reseruata auctoritas, quod pro quinquaginta marcis denariorum prenotate monete prouisoribus, magistro et fratribus prenarrate domus intra ciuitatem Lubicensem in parata pecunia persoluendis pretacta juditia reemere possimus, quandocunque nostre voluntati placuerit, dummodo hoc ante ad quartale vnius anni ipsis intimari faceremus, et extunc sic reempta juditia predicta cum omnibus superius expressis conditionibus ad nos libere reuertentur. Jn horum omnium euidens testimonium appensione nostri sigilli firmiter communiri fecimus presens scriptum. Testes sunt Luderus de Rype noster cancellarius, Vicko de Hidzacker noster marschalcus, et Heyno Duker famulus, et plures alij fidedigni. Datum Molne, anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, in die Trinitatis gloriose.

*Nach dem im Archive des Heiligen Geist-Hospitales befindlichen papiernen Copiarius des 16. Jahrhunderts. fol. 46. Das Ganze ist später durchstrichen.*

## DCCCLII.

*Schöffen und Rathmänner in Sendenhorst schreiben dem Rathe von Lübeck in Betreff des von diesem confiscirten Nachlasses des Bruno Hardenacke, dass Letzterer in keinerlei Unterthanen-Verhältniss zum Reiche Schweden gestanden habe. 1346. Jun. 24.*[1]

Honorandis ac commendabilibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, schabini et consu‖les in Zendenhorst seruicium in omnibus et honorem. Veniens ad nostram presenciam Hennekinus ‖ dictus Bertoldink, noster conciuis et ministerialis seu vasallus domini nostri episcopi Monasteriensis, nobis ‖ exposuit, vos quandam pecuniam, scilicet nouem marcas denariorum vestre monete, habere ex parte fratris sui legitimi Brunonis Hardenacken bone memorie, que ad ipsum nostrum conciuem sint iure hereditario ex morte eiusdem sui fratris legitime deuolute. Et quod idem Bruno, dum viueret, non fuerit in regno Swecie nec in aliquo loco, ciuitate vel villa in dominio vel regno domini regis Swecie incola, ciuis aut villanus, hoc[2] idem noster conciuis Hennekinus verificauit suo iuramento prestito coram nobis. Famositatem igitur vestram petimus perattente, quatinus dictas nouem marcas eidem nostro conciui presentari faciatis, firmum de hoc ad nos presentibus respectum et fidem habituri, quod ipsis nouem marcis sibi presentatis posterior actio vel monicio secundaria per neminem sequi debeat pro eisdem. Jn cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Zendenhorst, anno Domini M̊CC̊C̊X̊L sexto, in die Natiuitatis beati Johannis baptiste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCLIII.

*Johann, Bischof von Lübeck, urkundet, dass der von der Stadt Lübeck wegen Sacrilegiums angeklagte Kleriker Albrecht von Cleye sich freiwillig einer Busse unterworfen und der Stadt Urfehde geschworen habe. 1346. Jul. 27.*

Johannes Dei gracia episcopus Lubicensis. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu eciam ‖ audituris salutem in Domino et rei geste agnoscere veritatem. Nuper commendabiles viri, domini . . pro‖consules et . . consules ciuitatis Lubicensis, coram nobis contra Albertum de Cleye, clericum Lubicensem, dixe‖runt et in iure proponi fecerunt, quod, cum ipse, adhuc existens laicus, Det-

1) Vgl. No. 845. 2) Ist von derselben Hand über der Zeile eingefügt.

hardum Sachteleuent, ciuem Lubicensem, coram ipsis super quadam causa ciuili in iudicio conuenisset, inhibuerunt ipsis expresse sub pena vltimi supplicij et quinquaginta marcarum auri et exclusionis a dicta ciuitate penis, ne, pendente lite predicta coram ipsis, aliquis eorum ad iniuriam alterius verbo seu facto quolibet prosiliret. Propositum eciam fuit, quod predictus Albertus, huiusmodi inhibicionem temere transgrediens et contemptiens, eciam in ecclesia beate Marie virginis Lubicensis ipsi Dethardo et suis consangwineis et amicis publice multiplices enormes et atroces iniurias irrogauit, ipsos nichilominus . . proconsules et . . consules et predictam eorum inhibicionem verbis turpibus vilipendens in non modicum ipsorum preiudicium et iacturam, propter quod eciam sacrilegium incidit in penam ad instar criminis lese magestatis sibi per legem eciam canonizatum[1] super hoc editam infligendam. Quare eorum sindicus, ipsum Albertum super premissis suis excessibus tamquam notorijs coram nobis accusans, petebat instanter, ipsum pro eisdem suis notorijs excessibus per nos perpetui carceris pena puniri, sicut in actis iudicialibus super hoc confectis plenius continetur. Cum vero in causa huiusmodi coram nobis in iudicio aliquamdiu processum fuisset, tandem prelibatus Albertus sponte, abolicionem huiusmodi accusacionis fieri desiderans, liti cessit, ipseque sponte et libere supradictos excessus se inprouide perpetrasse recognoscens et publice confitens coram nobis, veniam de huiusmodi commissis excessibus a nobis et ab eisdem . . proconsulibus et . . consulibus humiliter postulauit, petens instanter, vt suam emendam pro huiusmodi excessibus vna cum ipsis . . proconsulibus et . . consulibus recipere dignaremur. Quo exaudito idem Albertus inprimis renunciauit expresse omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus in ciuitate Lubicensi seu ipsius districtu situatis, iuri ipsius ciuitatis integraliter applicandis, propter excessus suos predictos per ipsos . . proconsules et . . consules alias confiscatis, nullum regressum ad ea per se uel per alios deinceps quomodolibet habiturus. Jtem idem Albertus iurauit sollempniter, tactis per eum sanctis ewangelijs, se infra octo dies ipsam ciuitatem Lubicensem et ipsius terminos realiter exiturum, et nunquam vllo tempore ad ipsos inperpetuum sub pena perpetui carceris reuersurum, ymmo si post memoratum terminum in ipsa ciuitate Lubicensi seu ipsius terminis deprehensus fuerit, arbitratus est et consensit expresse, quod eo ipso per nos seu successorem nostrum, qui pro tempore fuerit, sine contradictione qualibet debet pene perpetui[2] carceris mancipari. Preterea, vt eidem Alberto auferatur quelibet occasio malignandi, promisit nobis et eisdem . . proconsulibus et . . consulibus, firmiter ipsis caucionem faciendo,

1) So in 1. und 2. In den Actis iudicialibus (Vgl. zu No. 846.): canonizatam. 2) Fehlt. 2.

que vulgariter orueyde dicitur, quod ipse nunquam vllo tempore eisdem . . proconsulibus et . . consulibus aut communi seu eorum ciuibus aut ipsis in predicta causa adherentibus aut consilium seu patrocinium inpendentibus litem seu controuersiam de iure vel de facto mouebit, nec ipsis per se uel per alios, directe vel indirecte inferet quomodolibet nocumentum, sed ipsos pocius pro suo posse honorabit et fideliter promouebit. Pro quibus discretos viros Dethardum presbiterum et Hinricum subdyaconum Lubicensem, fratres suos, fideiussores constituit, qui pro premissis firmiter obseruandis et tenendis se efficaciter insolidum obligarunt. Ceterum, vt premissa omnia et singula inuiolabiliter obseruentur, sepedictus Albertus renunciauit expresse et ex certa sciencia rerum non sic gestarum, doli, et quod metus causa, et infactum actionibus et exceptionibus, beneficio restitutionis inintegrum, et generaliter quibuslibet iuris auxilijs canonici et ciuilis, quibus forsitan ipse posset premissis aliqualiter contraire seu contra ea aut eorum quotlibet quicquam quomodolibet attemptare. Et nichilominus super hijs tenendis firmiter et seruandis, tactis sacrosanctis ewangelijs, corporale prestitit iuramentum. Jn quorum omnium testimonium presentes litteras exemplari et in publicam formam redigi mandauimus per notarios infrascriptos et sigilli nostri appensione muniri. Acta[1] sunt hec anno Domini M̊CCC̊XLVI̊, sexto Kalendas Augusti, in gradibus ante cimiterium ecclesie Lubicensis, dictis vulgariter Steghelen,[2] presentibus honorabilibus viris, dominis Arnoldo preposito, Antonio de Plesse, Thiderico et Hermanno fratribus dictis de Rostok canonicis dicte ecclesie Lubicensis, et Johanne decano ecclesie Hamburgensis, ac cleri et populi multitudine copiosa, testibus ad premissa vocatis.[3]

(Notariats-zeichen.) Et ego Conradus de Moringhen clericus Maguntine dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huiusmodi proposicioni, recognicioni, venie postulacioni, renunciacioni ac iuramenti prestacioni, et omnibus alijs supradictis interfui eaque de mandato dicti venerabilis patris, domini Johannis episcopi Lubicensis, propria manu conscripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo solito roboraui anno Domini predicto, mensis Julij die XXVII^a^, hora quasi sexta, indictione XIIII^a^, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Clementis diuina prouidencia pape sexti, anno quinto, loco quo supra, et presentibus testibus suprascriptis.

(Notariats-zeichen.) Et ego Herbordus Ruffi clericus Lubicensis, publicus auctoritate sacrosancti Romani imperii notarius, quia premissis omnibus et singulis vna cum notario et

1) Data et acta steht in 2. und in dem zu No. 846. erwähnten Notariats-Instrument. 2) Instr.: Steghelyn. 3) vocatis et rogatis. 2. vocatis specialiter et rogatis. Instr.

testibus suprascriptis presens interfui, me subscripsi et meum signum solitum et consuetum apposui requisitus in testimonium omnium premissorum.

*Nach dem Originale, in duplo, auf der Trese, mit anhängendem Siegel, von welchem am Duplicat nur ein kleiner Rest vorhanden ist.*

## DCCCLIV.

***Die Knappen Vicko, Hermann, Arndt und Heineke, genannt von Carlow, urkunden über die nach Eroberung ihres Schlosses Lassahn durch den Herzog Erich den Jüngern von Sachsen und die Stadt Lübeck von ihnen eingegangenen Verpflichtungen. 1346. Aug. 23.***

Wy Vicke, Herman, Arnd vnde Heyneke knapen gheheten van Carlowe. Bekennen vnde betughen opembare in desser ‖ ieghenwordeghen schrift, dat wi ghedeghedinget hebbet mit deme acbaren vørsten, hertoghen Erike van Sassen deme ‖ iunghern, vseme heren, vnde mit den beschedenen mannen, den raathmannen der stat tů Lubeke, vmme ‖ dat hus tů Lassaan, dat beleghen is vppe deme Scalsee, dat se vs af ghewunnen hebbet, dat men dat sylue hus vnde vorborgh bernen scal vnde gantzliken vůrstøren, also dat vppe der stede des huses vnde vorbørghetes nicht gantzes enbliue, vnde ok also, dat wi, neen vser neghesten noch neman van vser weghene vppe de syluen stede hus eder veste mer buwen enscal. Mer de buwhof scal bliuen beuestet mit eneme tune, mit eneme dore vnde mit ener velbrugghe, vnde dar bi moghe wi buwen in den Schalsee ene kemenaden, dat en praam heth, ane vorborgh, dar wi vor vsen ghenoten velich vppe slapen møghen, vsem heren van Sassen, sinen nakomelingen vnde der stat tů Lubeke tů nenem voruanghe. Dar mede scal ghesønet wesen alle veyde vnde al vmmot, de twischen deme vorbescreuenen vseme heren van Sassen vnde der stat tů Lubeke af ene syt, vnde vs vnde vsen vrunden af ander van des vorbenømeden huses weghene, se syn vm dotslaghe eder vm welkerhande stucken se (syn,) vp ghestan sin in vorganden tyden. Dat hebbe wi en ghelouet mit hand vnde mit munde, vnde loued et en in desser ieghenwordeghen scrift bi vsen truwen, alse wi tů ener opembaren betughinge alle desse vorbescreuenen stucke stede unde vast tů holdende sunder ienegherhande arghe list, vse ingheseghele mit Johan Lubbetines vnde Claus Vnrowen knapen, vser vrunde, ingheseghelen, de mit vs mit ener samenden hant entruwen ghelouet hebbet vor alle desse vorbescreuenen stucke stede vnde vast tů holdende, ghehenget hebben tů dessem breue. Ghedeghedinget vnde ghegheuen tů

Lubeke, na Godes bort dritteynhundert iar in deme ses vnde vierteghesten iare, in synte Bartholomeus auende.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit sechs anhängenden Siegeln.*

## DCCCLV.

***Erich, Herzog von Sachsen, ersucht den Rath zu Lübeck um Zurückgabe dessen Antheils an einer in dem gemeinschaftlich eroberten Schlosse Lassahn vorgefundenen Last Mehl an den Eigenthümer derselben, Detlev von Zülow zu Niendorf. O. J. (1346.)***[1]

Ericus Dei gracia dux Saxonie. Honorabilibus et discretis viris, || consulibus ciuitatis Lubeke, salutem et paratum in omnibus affectum.|| Dethleuus de Tzule morans in Nyendorpe 1 lastam || farine habuit in Lassan per nos et vos expungnato; nostram vero partem eidem reddere decreuimus sua et suorum instancia amicorum. Petimus ergo studiose, quatinus similiter partem uos tangentem restitui et relargiri faciatis eidem nostrarum precum interuentu. Scriptum sub nostra manu. Responsum vestrum (petimus).

*In dorso:* Honorabilibus et discretis viris, consulibus ciuitatis Lubeke, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist fast gänzlich abgesprungen.*

## DCCCLVI.

***Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, weiset die Rathmänner und Geschworenen der Stadt Lübeck an, die ihm schuldige Reichssteuer dem Ritter Friedrich von Lochen auszuzahlen. 1346. Aug. 29.***

Ludwicus Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus Reni, Bauarie ac Karinthie dux, sacrique Romani imperij archi||camerarius. Prudentibus viris, consulibus et iuratis ciuitatis Lubek', amicis et fautoribus suis

1) Gehört zu No. 854. oder in das Jahr 1353, in welchem, nachdem, wie es scheint, die von Carlow den obigen Vertrag nicht gehalten hatten, Lassahn abermals erobert ward. Vgl. Detmar I. 278. Später, als August, dürfte das Schreiben aber nicht gesetzt werden, eher früher, da Herzog Erich noch in diesem Jahre mit König Waldemar von Dänemark über Preussen ins gelobte Land zog. Detmar. I. 263.

singulariter sibi dilectis, salutem et promo‖tiuam ad queuis beneplacita voluntatem. Vt pensionem vestram, occasione deputacionis facte per inuictissimum dominum nostrum Romanorum ‖ imperatorem pronunc nobis dandam et debendam, strennuo et famoso militi Fridrico de Lochen, fideli nostro dilecto, nostri nomine detis et sine contradictione qualibet presentetis, dilectionem vestram seriose requirimus et hortamur. Dicimus enim vos, dumprimum sibi de eadem pensione satisfeceritis, quitos presentibus et solutos. Jn cuius testimonium presentes dari fecimus nostri sigilli appensi robore firmiter communitas. Datum Spandow, anno Domini M̂C̊Ĉ̊C̊X̊L sexto, in die Decollacionis sancti Johannis baptiste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCLVII.

*Der Ritter Friedrich von Lochen ertheilt der Stadt Lübeck Quittung über die ihm angewiesene, seinem Knappen Matthias ausgezahlte Reichssteuer. 1346. Sept. 8.*

Ego Fredericus de Lochen miles. Recognosco testimonio presencium, constare cupiens vniuersis, ‖ quod honorabiles viri, domini consules ciuitatis Lubicensis, pensionem debitam, scilicet sexcenta ‖ talenta denariorum lubicensium, quam pensionem nunc super festum Natiuitatis Marie dilecto meo domino, domino ‖ Ludovico Brandenborgensi ac Luzacie marchioni, ex deputacione per inuictissimum principem Romanorum imperatorem, suum patrem, sibi facta exsoluere tenebantur, et quam idem dominus meus marchio michi deputauit et assignauit in suis patentibus litteris subleuandam, expedite presentauerunt meo famulo Mathie mei nomine integraliter et persoluerunt, sic quod me contentum teneo, et ipsos dominos consules ac eorum ciues et ciuitatem nomine predicte deputacionis michi facte de eadem pensione, scilicet sexcentis talentis denariorum predictorum, quitos presentibus dimitto penitus et solutos. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, in festo Natiuitatis beate Marie supradicto.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCLVIII.

*Arnold, Probst, und gesammter Convent des Klosters Rehna urkunden, dass sie den Testaments-Executoren des Lübeckischen Bürgers Johann von Lüneburg das Dorf Roxin verkauft haben, und welchergestalt dasselbe von gedachten Executoren zur Gründung und Dotirung einer Vicarie in dem Kloster Rehna gewidmet worden sei. 1346. Sept. 9.*[1]

Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, nos Arnoldus prepositus, Alburgis priorissa, Elizabet celeraria, Gherburgis sacrista, Ghertrudis cantrix, Alheydis cameraria, Margareta ‖ scolastica totusque conuentus in Rene Raceburgensis dyocesis salutem in Domino cum noticia rei geste. Quia hominum memorie sunt labiles et cogitaciones volubiles, acta hominum non inmerito scrip‖ture testimonio conmendantur. Recognoscimus nos igitur in hiis scriptis, quod nos, vrgente necessitate et euidenti vtilitate nostri monasterii consideratis, matura deliberacione et diligenti tractatu prehabitis, ‖ non vi non dolo seducti, sed sponte et libere, de vnanimi consensù tocius conuentus nostri predicti, approbacione et auctoritate venerabilis in Christo patris et domini nostri, domini Volradi Raceburgensis ecclesie episcopi, ad hoc specialiter requisitis et accedentibus, rite et racionabiliter vendidimus discretis viris Gotscalco de Warendorpe filio Brunonis de Warendorpe, olim proconsulis Lubicensis, consuli, Nicolao dicto Visch, Johanni de Grůten ac Hinrico de Warendorpe ciuibus ibidem, executoribus testamenti Johannis de Luneborch, quondam ciuis Lubicensis bone memorie, villam nostram Roxyn, sitam in dominio siue districtu domini . . Magnopolensis in parrochia ecclesie Mummendorpe dicte Raceburgensis dyocesis, cum omni jure et vtilitate, scilicet pratis, pascuis, paludibus, aquis aquarumque decursibus et refluctibus, lignis, rubetis, agris cultis

1) Das Testament des vor 1331 gestorbenen Johann von Lüneburg ist nicht mehr vorhanden. Dagegen wird von späteren Gliedern der Familie Lüneburg Rehna's und der daselbst gestifteten Vicarie mehrfach gedacht. So verordnet Hans Lüneburg, des Testators Enkel, im Jahre 1406: Jtem gheue ik hundert mr. lüb. to miner vicarie to Rene to beteringe, also beschedeliken, dat mine kindere vnde ere eruen ene leneware vorder na mineme dode vorlenen scholen, wen mine beseghelden breue vtwisen, de ik ouer de vicarie hebbe. Jtem gheue ik mineme sone Herman, de de vicarie heft, twintich mr. geldes to sinem liue, alzo dat he en geistlik man werden schal, vnde darmede schal he gheschichtet vnde ghescheiden wezen van minen wiue vnde van minen kinderen. Dieses Hans Sohn, auch Hans Lüneburg genannt, später Rathmann, testirt 1435: Jtem to Rene . . . geue ik V mr. to dem buwe . . . Jtem si witlik, dat ik hebbe CL mr. lub., de to vnser vicarie to Rene behoren; dar to gheue ik L mr. lub. der suluen vicarie to beteringhe erer rente, dat men de CC mr. tosamende wedder anlegghe to behuf der vicarien, renthe mede to kopende. Dagegen heisst es im Testament des Rathmannes Hans Lüneburg (Sohn des Vorigen) vom Jahre 1473 nur: Jtem in dat closter tho Rene geue ik X mr. to deme buwe.

et incultis, viis et inuiis, et generaliter cum omnibus redditibus, prouentibus, libertatibus seu attinenciis ipsius ville, sicut hactenus pertinuit ad nostrum monasterium, pro trecentis et sexaginta marcis lubicensium denariorum numerate pecunie nobis integraliter persolute et in vsus nostri monasterii conuerse, videlicet in redempcionem molendini nostri in villa Rene. Dicti vero executores, cultum diuini nominis pocius aucmentare, quam minuere, cupientes, villam sic, vt predicitur, emptam ad fundandam, dotandam seu instaurandam perpetuam vicariam in monasterio supradicto ob remedium et salutem anime Johannis de Luneborch antedicti obtulerunt, donauerunt et libere dimiserunt monasterio prelibato. Quam vicariam venerabilis pater, dominus Volradus dicte Raceburgensis ecclesie episcopus, ad peticionem dictorum laycorum de dictis bonis, ut premittitur, emptis secundum modum et formam infrascriptam approbauit, auctorizauit, cum interposicione sui decreti instaurauit, dotauit et fundauit, et dicta bona sub protectione juris ecclesiastici recepit et acceptauit. Cuius vicarie jus patronatus seu jus presentandi Johannes de Luneborch, qui adhuc est minor annis, filius Johannis de Luneborch testatoris predicti, vsque ad terciam generacionem inclusiue quoad filios et filias per rectam lineam descendentes possidebit. Si autem prefatus Johannes absque heredibus decesserit, extunc sex persone, quas idem nominatim sub conpetenti testimonio aut in suo testamento expresserit, quousque sexta et vltima persona diem clauserit extremum, jus patronatus vt singuli successiue possidebunt. Quibus tandem defunctis priorissa predicti monasterii, que pro tempore fuerit, cum consensu tocius conuentus vel maioris partis eiusdem persone ydonee de huiusmodi vicaria perpetuis temporibus prouidebit. Vicarius vero, qui pro tempore fuerit, per se vel per alium singulis diebus hora terciarum vel quasi, vel prout monasterio expedit, ad altare in honorem beati Jacobi apostoli consecratum missarum solempnia celebrabit, et necessaria altaris omnia et singula conuentus inperpetuum prouidebit. Ceterum prefatus Johannes de Luneborch, pretacti Johannis testatoris heres, vna cum curatoribus sibi deputatis ex speciali gracia annuunt et concedunt monasterio predicto, vt, si infra quindenam post festum beati Michahelis continue subsequens viginti quatuor marcas lubicensium denariorum singulis annis vicario, qui pro tempore fuerit, expedite persoluerint seu erogauerint, extunc monasterium in Rene predictum fructus de dicta villa Roxyn prouenientes percipiet integraliter et ex toto. De quibus XXIIII$^{or}$ marcis denariorum idem vicarius quatuor marcas . . preposito pro seruicio conuentui ibidem ex eis per eum faciendo, ita quod (cum) vna marca duas tunnas ceruisie, et cum tribus marcis denariorum expensas procuret singulis annis, sub hac condicione ministrabit, quod conuentus infra octauam beati Jacobi apostoli die, qua dictum seruicium sibi pro

memoria factum fuerit, memorati Johannis de Luneborch et suorum heredum singulis annis anniuersarium solempniter in choro peraget in vigiliis et missis pro defunctis. Preterea prefatus vicarius, vel qui pro tempore fuerit, mansionem congruam sibi specialiter deputandam a preposito ibidem juxta ipsius prepositi mansionem inter cepta ibidem ipsius curie pacifice possidebit, et expensas quoad victualia honesta habebit in mensa ipsius prepositi in superiori loco sibi consedencium et ad suam scutellam, nisi alienum sibi habuerit hospitem considentem. Pro quibus expensis idem vicarius dicto . . preposito decem marcas dictorum denariorum singulis annis ministrabit. Jnsuper dictus vicarius omne emolimentum, quod sibi poterit obuenire de votiuis seu alio modo, prout obuenire posset et potest vni de capellanis ibidem pro deputata mercede seruienti, percipiet et optinebit, praeterquam psallarium siue mercedem, quod uel que dabitur presbitero ibidem capellano pro ipso uel ipsa specialiter seruienti. Ad omnia et singula premissa inuiolabiliter obseruanda nos . . prepositus, . . priorissa, . . celeraria, . . sacrista, . . cantrix, . . cameraria, . . scolastica totusque conuentus supradicti monasterii in Rene pro nobis et successoribus nostris inperpetuum renunciamus libere et expresse in premissis excepcioni doli mali, non numerate pecunie sine causa siue ex iusta causa, beneficio restitucionis in integrum, rei aliter geste quam scripte, et preterea auxilio juris dicentis generalem renunciacionem non valere. Jn quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium sigilla nostri, Arnoldi prepositi et conuentus monasterii in Rene predictorum, cum expresso consensu omnium et singulorum, quorum consensus fuerat requirendus, presentibus sunt appensa. Et nos Volradus, Dei gracia Raceburgensis ecclesie episcopus, suprascriptum contractum vendicionis, donacionis siue translacionis rite et racionabiliter initum seu celebratum, prout superius exprimitur, declaramus, auctorizamus et approbamus, ac ipsam vicariam de dictis bonis fundatam, instauratam et dotatam perpetuis temporibus in monasterio Rene seruandam cum omnibus condicionibus appositis per dictos laycos, prout presentibus continetur, nostro decreto et auctoritate confirmauimus, instaurauimus, fundauimus et dotauimus, et actu confirmamus, instauramus, fundamus et dotamus et decernendo approbamus, exnunc decernentes irritum et inane, si secus a quoquam fuerit attemptatum. Nos tamen de speciali gracia personis contentis et expressis in presenti littera de consensu prepositi, priorisse tociusque conuentus jus patronatus seu presentandi secundum modum et formam prelibatam ex certa sciencia dimittimus et reseruamus. Preterea sentencias excommunicacionis in . . prepositum, . . priorissam, . . celerariam, . . sacristam, . . cantricem, . . camerariam et . . scolasticam, qui pro tempore fuerit vel fuerint, suspensionis in colle-

gium seu conuentum, interdicti vero in locum Rene, prout prefati, . . prepositus, . . priorissa, . . celeraria, . . sacrista, . . cantrix, . . cameraria et . . scolastica predicti pro se et suis successoribus voluntarie et libere sunt arbitrati coram nobis, si premissa vel premissorum aliquod non seruauerint seu adinpleuerint, in parte vel in toto, trina et canonica monicione premissa, ferimus in hiis scriptis, mandantes omnibus et singulis plebanis et ecclesiarum rectoribus per ciuitatem et dyocesim Raceburgensem constitutis, vt, cum per vicarium predicte vicarie, qui pro tempore fuerit, requisiti fuerint, nullo alio mandato expectato, sepetactos . . prepositum, . . priorissam, . . celerariam, . . sacristam, . . cantricem, . . camerariam et . . scolasticam excommunicatos, collegium seu conuentum in Rene suspensum, locum vero interdictum in ecclesiis vestris nuncietis, donec aliud a nobis vel a successore nostro Raceburgensis ecclesie episcopo, quicunque pro tempore fuerit, receperitis in mandatis. Jn quorum omnium et singulorum premissorum robur magis validum presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri, presentibus honorabilibus viris et discretis, dominis Hinrico preposito in Eldena, Ottone de Gronowe canonico ecclesie Raceburgensis, Petro rectore ecclesie in Sconeberghe, Wernero de Leuessowe presbitero et capellano eiusdem episcopi, Matthia Blucher clerico episcopi sepedicti, Johanne Glessouue armigero aduocato sanctimonialium in Rene Raceburgensis dyocesis, et quam pluribus aliis testibus fidedignis ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum et actum in claustro Rene in domo capitulari, sub anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, hora terciarum vel quasi, in crastino Natiuitatis Marie virginis gloriose.

*Nach dem im Archive des Heiligen-Geist Hospitals bewahrten Originale, an welchem die drei gelb und roth seidenen Schnüre noch hängen, aber die Siegel abgesprungen sind.*

## DCCCLIX.

***Die Testaments-Executoren des Lübeckischen Bürgers Johann von Lüneburg urkunden, dass sie zu der von ihnen kürzlich gestifteten Vicarie im Kloster Rehna den Lübeckischen Kleriker Diedrich von Gruten präsentirt haben. 1346. Sept. 17.***

Nouerint vniuersi tam presentes quam posteri presentem litteram visuri seu audituri, quod nos Gotscalcus de Warendorpe, ‖ filius Brunonis de Warendorpe olim proconsulis Lubicensis, consul, Nicolaus dictus Visch, Hinricus de Warendorpe et Johannes de ‖ Grûten ciues Lubicenses, tutores Johannis de Luneborch, filii Johannis

de Luneborch quondam ciuis Lubicensis pie memorie, cum con‖sensu et voluntate spontanea Johannis de Luneborch predicti, obseruatis circa hoc obseruandis, rite, vnanimiter et concorditer Thidericum de Grûten, clericum Lubicensem, canonice ad quandam vicariam nouiter fundatam et instauratam in claustro seu monasterio Rene Raceburgensis dyocesis tamquam veri tutores prenarrati Johannis de Luneborch et tutorio nomine presentauimus et presentamus per presentes, petentes eundem Thidericum de Grûten per vos, venerabilem in Cristo patrem et dominum Volradum Raceburgensis ecclesie episcopum, ad eandem vicariam admitti et de eadem per vestrum annulum inuestiri, presentibus honorabilibus viris et discretis Johanne Morkerke, Hermanno Dulmen, Bernardo Cosuelt et Johanne Plescouue, ciuibus Lubicensibus. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum Lubike, anno Domini M̊CC̊C quadragesimo sexto, in die Lamberti, in choro beate Marie virginis, hora terciarum vel quasi.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit vier wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCCCLX.

***Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, weiset den Rath von Lübeck an, die im nächsten Jahre fällige Reichssteuer dem Ritter Friedrich von Lochen auszuzahlen. 1346. Oct. 24.***

Ludowicus Dei gracia Brandinburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus Reni, Ba‖uarie et Karinthie dux, sacri Romani imperij archicamerarius, Tyrolis et Goricie comes, Aqui‖legiensis, Tridentinensis et Brixnensis ecclesiarum aduocatus, necnon ciuitatum Belluni et Feltri ac‖vallis Kadubrij dominus generalis. Prudentibus viris, . . consulibus ciuitatis Lubeck, specialiter sibi sincere dilectis, promocionis quantum poterit et fauoris. Obligamur et tenemur strennuo militi Friderico de Lochen, consiliario nostro sincere dilecto, in quibusdam debitis, occasione quorum sibi pensionem vestram siue contribucionem annuam, nobis nomine domini et progenitoris nostri karissimi, domini Ludowici Romanorum imperatoris, super festo Natiuitatis beate Marie virginis, sub anno Domini M̊CC̊CXLVI̊I proxime venientis debendam, deputauimus tollendam et decreuimus presentibus deputare. Quare dilectionem vestram, de qua firmiter confidimus, requirimus studiosius et hortamur, quatenus prenotato de Lochen eandem pensionem siue contribucionem, premisso veniente termino, detis et sine dilacione qualibet curetis presentare. De qua vos, dumprimum nostri nomine sibi termino, ut premittitur, satisfeceritis, quitos et solutos

dicimus presencium testimonio litterarum. Datum in Spandowe, anno Domini millesimo CC̊CX̊L sexto, feria tercia proxima ante festum Symonis et Jude, nostro pendenti sub sigillo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## DCCCLXI.

***Johann und Hermann von Elmenhorst, Bürger zu Wismar, urkunden, den Zehnten einer halben Hufe und den Schmalzehnten eines Hofes zu Warnekenhagen dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck verkauft zu haben. 1346. Nov. 14.***

Nouerint vniuersi presentia visuri seu audituri, quod nos Johannes et Hermannus fratres dicti de Elmhorst, ciues Wysmarienses, mature deliberati, cum scitu et consensu Hincekini Demen, patrui nostri, rite et rationabiliter vendidimus et dimisimus coram dominis nostris, consulibus Wysmariensibus, voluntarie resignauimus pro quatuordecim marcis cum dimidia lubicensium denariorum nobis in parato persolutis religioso viro, fratri Hinrico de Pole, ad vsum et proprietatem domus Sancti Spiritus in Lubeck et personarum in ipsa degentium decimam dimidij mansi ville Warnekenhagen adiacentis, quem nunc colit Hinricus villanus ibidem, et munitam[1] decimam dictam smaldegeden cuiusdam curie ibidem, quam nunc inhabitat Marquardus Duue, per dictam domum Sancti Spiritus siue per prouisores suos et personas eiusdem domus cum omnibus et singulis proprietatibus, libertatibus et vtilitatibus, prout dicte decime ad nos spectabant, perpetuis temporibus libere et pacifice possidendas, volentes ipsam domum et personas suas dictarum decimarum warandare, prout iuris in terris fuerit, et vt nos ipsas decimas hucusque liberius dinoscimur possidisse.[2] Pro hijs firmiter seruandis et in euidens testimonium singulorum sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum et actum Wysmar, anno Domini M̊CC̊CXLVI̊, feria tertia post festum beati Martini episcopi et confessoris.

*Nach einer Abschrift des i. J. 1359 angelegten Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales. fol. 113.*

## DCCCLXII.

***Der Rath zu Wismar urkundet über die den Erben des Hennekin Kalkhorst wegen Tödtung desselben von Seiten der Stadt Lübeck geleistete Composition. 1346. Nov. 24.***

Nos consules Wismarienses. Tenore presencium recognoscimus lucidius et testamur, quod subscripta || compositio et certificatio coram nobis est facta et con-

1) l. minutam. 2) l. possedisse.

tracta et libro nostro, in quo consimilia contineri solent, || in hec verba est inscripta: Ermegardis, vidua Hennekini Kalkhorstes, pro se et pro || Greteken, filia ejus similiter presente, et dominus Ludekinus de Proceken dimiserunt dominos consules Lubicenses et ciues ipsorum et familiam suam et omnes in ipso facto suspectos de occisione Hennekini Kalkhorstes predicti omnino quitos et solutos. Johannes de Velde et Thidekinus Mandrowe, ciues nostri, stant iunctis manibus dominis meis ad manum dictorum dominorum Lubicensium pro eo, quod nullus aliquo tempore super dicta occisione siue homicidio siue super pecunia pro ipsa exsoluta, videlicet sexaginta marcis lubicensibus, agere siue loqui debeat in futuro, et dominus Ludekinus debet ipsos de hiis indempnes tenere. Datum anno Domini M̊CC̊CX̊L sexto, in profesto beate Katherine virginis, nostro sub secreto presentibus tergotenus appresso.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Spuren des in dorso aufgedrückt gewesenen Siegels von Wismar.*

## DCCCLXIII.

*Vier Lübecker Rathmänner bescheinigen die an König Waldemar von Dänemark vom deutschen Orden geleistete Zahlung von 1100 Mark Silbers. 1346. Dec. 19.*

Nos Siffridus de Ponte, Bertramus de Heideby, Henricus Pape et Nicolaus Schoneke consules ciuitatis Lubecensis. Tenore presencium recognoscimus publice et testamur, nos de voluntate et consensu tocius consilii predicte ciuitatis presentes fuisse, quod religiosi et discreti viri, videlicet frater Henricus de Rechter, frater Adam commendator de Wismaria, et frater Ludolfus Hake, commendator castri Butowe ordinis sancte Marie domus Theutonicorum, ex parte fratris Henrici dicti Dusemer, generalis magistri eiusdem ordinis in Prussia, et omnium preceptorum ac fratrum predicti ordinis ibidem, reuerendo viro domino Henrico de Luneburg, illustris principis domini Woldemari Danorum regis cancellario, et ad ipsius domini regis vsus sex milia florenorum et quinquaginta florenos non ponderatos, sed debitam monetam habentes pro mille marcis et centum mercis[1] puri argenti coloniensis ponderis persoluerunt. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra ex jussu predicti consilii presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, feria tercia proxima ante festum Thome sancti apostoli.

*Nach dem in* Monumenta Livoniae antiquae. III. p. 61. *gegebenen Abdrucke der Urkunde, welcher, wie die unter No. 883. 884. 887. folgenden Quittungen, aus dem grossen Urkundenbuche auf dem Geh. Archive zu Königsberg entnommen ist.*

1) l. marcis.

## DCCCLXIV.

*Der Knappe Heinrich Wackerbarth und seine Genossen urkunden über die gütliche Beilegung der zwischen ihnen und der Stadt Lübeck wegen Gefangennehmung des gedachten Heinrich Wackerbarth und Tödtung eines Otto Wackerbarth und wegen anderer Sachen entstandenen Fehde. 1347. Jan. 8.*

Wy Hinrik Wackerbard en knape, Otte en ridder vnde Conred en knape brodere geheten Wacker‖bard, Dethlef Wackerbard, Hinrik Wackerbard geheten Douendeghe, Vicke van Hidzacker, Heyne‖ke van Tzůle, Make Muggesueld, Otte van Ridzerowe, vnde Hinrik Sprenghel knapen. Bekennet ‖ vnde betůghet openbare in desser scrift, dat al scelinghe, twedracht eder veyde, de twischen vs vnde vsen vrůnden af ene syd, vnde den erbaren mannen, den heren den raadmannen to Lubeke, vnde ere stad vnde bŏrghere, af ander syd, van venghenisse weghene des vŏrbenomeden Hinrik Wackerbardes, de erst anghescreuen is, vnde van dodes weghene Otten Wackerbardes geheten Pouche, dar de vŏrbenŏmeden heren de raadman ane vordacht weren, vnde ok van roues, brandes eder anders van ienigherhande sake weghene ienigherleye wys gewesen heft wente in dessen dach, mit ener vrůntleken zone vorlyket, endet vnde wechgeleghet is degher vnde altomale, vnde staan vnde hebben geloued wy alle mit ener sameden hant by vsen trůwen vnde loued ok in desser scrift den sůluen heren den raadmannen to erem vnde erer stad vnde erer menen bŏrgher behof vmme alle desse stůcke vor ene vollenkomene, vaste, stede zone, sunder ienigherleye areghelist to holdende, als wy to ener openbaren betůghinghe alle desser dingh vse ingheseghele hebben gehenghet to dessem breue. Ghedeghedinghet vnde gheuen to Lubeke, na der bord Godes drůtteynhunderd iar in deme sŏuen vnde verteghesten jare, des Manendaghes na Lateren Twelften.[1]

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit zehn anhängenden Siegeln.*

## DCCCLXV.

*Detlev von Zülow, genannt Scheele, beurkundet, dass das seinem Diener vom Lübeckischen Reitervogt genommene Pferd sein, des Detlev von Zülow, sei. 1347. Jan. 9.*

Ego Dethleuus de Tzůle dictus Scheele. Recognosco presentibus fir‖miter et protestor, quod equus ille, quem . . Schiphorst, aduocatus ci‖uitatis Lubicensis,

1) Im Jahre 1347 fiel Epiphanias auf einen Sonnabend (Laterntag). — Dreyer führt im Apparatus die Sühne als am Tage Nicolai (6. Dec.) ausgestellt an.

cum suis socijs abstulit nuper meo famulo Nicolao, || dicto Libenter, eo tempore, quo ipsum abstulit, et antequam idem Nicolaus super eum sedit, meus erat veraciter, et adhuc michi pertinet et nemini alteri, et quod hec predicto Nicolao aut alicui alteri non facio seu protestor in subsidium, omni mala occasione postposita penitus, prout de hijs ad me fides habeatur presentibus et respectus. Jn quorum omnium euidens testimonium sigillum meum duxi presentibus appendendum. Datum anno Domini M̊CC̊C̊XL septimo, feria tercia infra octauas Epyphanie Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem in der Umschrift verletzten Siegel.*

## DCCCLXVI.

***Der Ritter Walrav von Duvensee und sein Sohn, der Knappe gleiches Namens, urkunden, dass die wegen Theilnahme der Lübecker an der Zerstörung ihres Schlosses zwischen ihnen und der Stadt entstandene Fehde gütlich beigelegt sei. 1347. Jan. 11.***

Wy Walrauen van deme Duuenze en ridder, vnde Walrauen en knape, || des suluen ridders sône. Bekennet vnde betûghet openbare in desser || scrift, dat al schelinghe, twidracht eder vnmôd, den wy vnde || de vse hebben gehad ieghen de erbaren manne, de heren de raadman tô Lubeke, vnde ere stad vnde borghere, van der weghene, dat ere gesinde dar mede was, dat vse veste vnde hus tôme Duuenze ghebrand wart, eder de van anders ienigherhande stücke eder sake weghene twischen vs vnde en ghewesen heft wente in dessen dach, vrûntleken vorsônet, endet vnde wechgheleghet is degher vnde altômale, also dat wy en danket vlitleken, vnde se eren vnde vôrderen willen, wor wy kûnnen vnde môghen, mit alle den, de dor vsen willen dôn vnde laten willen. Vnde were dat yemende se vmme dessen brand der vôrbenômeden vesten vnde huses schûldeghen wolde, dar scôle wy se van entweren, alse wy tô ener openbaren betûghinghe desser stucke vse ingheseghele hebbet ghehenghet laten tô dessem breue. Gheschen vnde gheuen tô Lubeke, na der bort Godes drûtteynhundert jar in deme sôuenvndeverteghesten jare, des Dônredaghes na Twelften.

*Nach dem Originale, auf der Trese. mit anhängenden beiden wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCCCLXVII.

*Johann, Heinrichs Sohn, Johann, Johannes Sohn, und Otto, Daniels Sohn, von Brokberg, Vögte zu Stade, danken dem Rathe zu Lübeck für die dem Ritter Walrav von Duvensee gewährte Entschädigung. O. J. (1347.)*[1]

Den erafteghen ratmannen tho Lubeke den vnbede wy Johan Hinrikes sone, Johan || her Johannes sone, vnde Otto Daneles sone van Brocberghe, voghede to Stade, vsen denest, || vnde laten jv sere dancken, dat gy vsen vrẹnt vnde vsen math, heren Walrauen || van deme Duvenze, hebbet vrentliken weder dan sinen schaden. Hir vmme so schole gy weten, dat wy jv vnden juwen destho leuere denen willet, ofte gy vser jerghene tho behoveden.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrückt gewesenem Siegel, von dem nur noch wenige Buchstaben der Umschrift erhalten sind.*

## DCCCLXVIII.

*Der Ritter Gebhard Schulte und seine Freunde danken dem Rathe zu Lübeck für die dem Ritter Walrav von Duvensee gewordene Behandlung. O. J. (1347.)*[1]

Prudentibus viris et discretis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, || Gheuehardus dictus Schulte miles et sui patrui, nec non sui ami||ci vniuersi, quicquid poterunt (seruicii) et honoris. Nouerit vestra discrecio, quod dominus || Walrauen de Duvenze miles nobis exposuit, quod ad instanciam nostrarum precum ipsum taliter tractastis, quod ipse vobis regracietur. Vnde sciatis, quod ego et amici mei vobis eciam regraciamus ex parte predicti domini Walrauenis. Vos ac vestros amodo non recusamus valere. Scripta meo sub sigillo.

*In dorso:* Prudentibus viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel, dessen Wappen abgesprungen ist. Umschrift:* †S'. Gh.vchardi. S.....i. Militis.

## DCCCLXIX.

*Johann, Bischof von Dorpat, bekennt, dass der Rath zu Lübeck die seinem Vorgänger schuldig gewesenen 150 Mark Lüb. Pf. bezahlt habe. 1347. Jan. 16.*

Vniuersis presencia visuris seu audituris Johannes Dei et apostolice sedis gracia Tharba||tensis ecclesie episcopus salutem in Domino sempiternam. Recogno-

1) Vgl. No. 866.

scimus tenore presencium publi||ce protestando, quod sumus plenarie et ex toto pagati in illis centum et quinquaginta marcis || lvbicensium denariorum, quibus consules ciuitatis Lvbeke venerabili patri, domino Wescelo, nostro predecessori felicis recordacionis, iuste et racionabiliter tenebantur. De cuius siquidem pecunie solucione sumus plene contenti, et prescriptos consules liberos et quitos in eiusdem pecunie solucione fore protestamur. Et ne ipsi de cetero pro pecunia prescripta molestentur siue moneantur a quoquam, sigillum nostrum in euidens testimonium premissorum duximus presentibus apponendum. Acta sunt hec Lvbeke, anno Domini MCCCXLVII, feria tercia post dominicam Omnis terra.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## DCCCLXX.

*Peter Botolph zu Spange urkundet, den Bevollmächtigten des verstorbenen Lübeckischen Bürgers Johann Geismar und des dortigen Rathmanns Thidemann von Güstrow Grundstücke in Spange zum Besten einer Capelle der Nicolaikirche in Stockholm verkauft und demnächst aufgelassen zu haben. 1347. Febr. 3.*

Omnibus presentes litteras inspecturis Petrus Botolphi, preuisor Nicholai curati ecclesie in Spanga, in Domino salutem sempiternam. Tenore presencium recognosco, me discretis viris, domino Ludhulpho, capellano domini Tidemanni de Gøzstrowe consulis Libicensis, et Johanni dicto Kastel, procuratoribus honorabilium virorum Johannis Gheysmar pie memorie, et generi sui Tidemanni de Gøzstrowe predicti, predia mea per industriam meam acquisita, videlicet duos solidos terre in villa Kymmelinghe parochia Spangæ sita Vpsalensis dyocesis, cum omnibus eorum pertinenciis et adiacenciis, scilicet pratis, siluis, pascuis et aquis, ac aliis quibuscumque, infra sepes et extra, prope vel remote positis, nullis penitus exceptis, ad usus cuiusdam capelle, in ecclesia parochiali beati Nicholai Stokholmis ex parte predicti Johannis Gheysmar fundate, pro viginti marcis sweuorum denariorum, quam quidem pecunie summam ab ipsis totaliter subleuaueram, secundum leges patrie in publico placito dicto Grænbythyngstad parochia Spangæ dictos duos solidos terre exhibitos vendidisse, transferens in personas procuratorum memoratorum, emencium et recipiencium predia supradicta ad vsus prenotate capelle, plenum ius ac proprietatis dominium eorundem prediorum, vt eadem predia eidem capelle, diuino cultu et personis, que in dicta capella pro tempore seruierint, cedant perpetuo possidenda

Obligo igitur me et heredes meos nunc et alias ad appropriandum et defendendum predia prefata per me taliter vendita ad vsus capelle prenotate contra omnem impedientem turbantemque dictam capellam seu personas in ea seruientes, quominus eadem predia quiete valeant et pacifice possidere. Et si huiusmodi predia vel eorum pars aliqua [que] euicta fuerit, promitto me restituturum vel heredes meos pecuniam receptam pro eisdem prediis vel eorum parte aliqua euicta sine contradiccione vel dilacione aliquali. Acta sunt hec in prenominato publico placito Grænbythyngstad, adhibitis in hiis testibus secundum leges patrie et consuetudines, wlgariter dictis fostæ, videlicet Berone in Vlphsunde, Jngeualdo de ørnæ, Botulpho in Knekistum, Nicholao Vruædhor, Holmstano in Norum, Laurencio in Vibelde, Jngemaro in Eneby, Olauo in Rynkaby, Anundo Domaræ in Hæsleby, Olauo in Kumblaby, Martino in Akarla, Andrea de Gilbierghæ, Nicholao Cristine in Skædlinge, Ragnero in Skælby, Sigberno in Skeglinge, Mathia Finuidson in Akarle, Nicholao in Gilbierghæ, Gerdaro in Almarnum, Eskillo in Olastum, Erico in Bakarum, Siguasto in Æruinge, Olauo Petri in Gylberghum, Lydulpho in Drikhusum, et Laurencio in Sundby, ac aliis quamplurimis fidedignis, anno Domini M̊CC̊C̊ quadragesimo septimo, sabato post Purificacionis Marie. Jn cuius rei testimonium et compromissionem condicionum pretactarum sigillum reuerendi viri domini Nicholai curati in Spangæ vna cum sigillo meo presentibus est appensum.

*Nach dem Originale, im Geh. Archive zu Kopenhagen. Die Siegel fehlen.*

## DCCCLXXI.

***Johannes Herberd, Bürger zu Lynn, überträgt dem Philipp Wyth daselbst seine Rechte auf das Grundstück, welches einst Thomas von Bauseye besessen. 1347. März 4.***[1]

Pateat vniuersis per presentes, quod ego Johannes, filius et heres quondam Johannis Herberd burgensis Lenn', remisi, relaxaui et omnino de me || imperpetuum quietum clamaui Philippo Wyth, burgensi Lenn', et heredibus suis totum ius meum et clameum, quod habeo vel habere potero || racione hereditatis seu alicuius alterius tituli iuris in toto illo tenemento cum edificiis et pertinenciis suis, quod quondam Thomas de Bauseye, || apotecarius de Lenn' burgensis, acquiciuit de Ada Scot, burgensi Lenn', quod iacet in Lenn' in latitudine inter communem viam, que vocatur Priouriswatirgate, ex parte australi, et communem venellam versus aquilonem, et extendit se in longitudine a communi via versus orientem usque ad

1) Vgl. No. 837.

magnam ripam Lenn' versus occidentem, ita quod nec ego predictus Johannes nec heredes mei in predicto tenemento aliquid iuris vel clamei exigere vel vendicare poterimus imperpetuum. Jn cuius rei testimonium huic presenti scripto acquietanter sigillum meum apposui. Datum apud Lenn', die sabbati proxima post sancti Wynewaldi, anno regni regis Edwardi tercij post conquestum Anglie vicesimo primo, hiis testibus: Johanne de Cockisford tunc maiore Lenn', Johanne de Swerdiston' tunc aldirmanno, Johanne de Massyngham, Roberto Braunch', Willelmo de Wygenhale, Thoma de Feltewelle de Lenn' burgensibus, et aliis.

*In dorso:* Relaxacio Johannis, filius et heres (!) quondam Johannis Herberd, Philippo Wyth burgenci Lynne, vt interius patet. IX$^{a}$.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCLXXII.

*Der Lübeckische Domherr Johann von Brügge, Student zu Bologna, verkauft und verlässt durch einen Bevollmächtigten in Lübeck Renten. 1347. März 11.*

Notum, quod domina Alheidis, relicta domini Arnoldi Wlomen, emit a domino Thidemanno de Vlsen illas III marcas den. wicbeldes annuatim, quas . . pueri Gherardi de Ponte habuerunt in dicta domo Wulfonis de Wesenberghe, sita in fossa ducis prope stupam, sicut iacet. Quas ei dominus Thidemannus predictus, plenum mandatum et auctoritatem habens domini Johannis de Ponte canonici Lubicensis, studentis Bononie, vt testabatur patens littera domini Thadei de Pepolis legum doctoris, conseruatoris generalis ciuitatis, comitatus ac districtus Bononiensis, istis dominis consulibus asscripta, coram consilio resignauit, reemendas quamlibet marcam pro viginti marcis den. Censum in Pascha et Michaelis.

*Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1347, Letare.*

## DCCCLXXIII.

*Der Rath zu Dorpat theilt dem Rathe zu Lübeck auf den Wunsch der Testaments-Executoren des zu Dorpat verstorbenen Johann Ruschenberg des Langen das von diesem im Jahre 1345 gemachte Testament abschriftlich mit. 1347. März 18.*[1]

Honorabilibus viris, prudentibus et discretis, amicis eorum presinceris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis. . . consules in Tarbato eorum obsequii prom-

1) Wegen der Aufnahme dieser Urkunde vgl. No. 874 ff.

titu‖dinem continue indefessam. Vestre liqueat honestati, quod testamentum Johannis Russenberch Longi pie memorie, in ciuitate nostra defuncti, ‖ ad peticionem testamentariorum dicti Johannis et aliorum vidimus et transcribi fecimus, et transcriptum ex testamento examinatum audiuimus tenoris ‖ et continencie infrascripte:

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi presencia inspecturi, quod ego Johannes Russenberch Longus, in loco egritudinis positus, compos mentis, licet corpore debilis, in remissionem peccaminum et mee salutem anime, si morte preuentus fuero, de bonis a Deo michi collatis, ne de ipsis post meum obitum perplexio oriatur, meum in hunc modum ordino et facio testamentum siue vltimam voluntatem. Jn primis notum faciens, quod Willekinus de Dulmen habet secum Nogardie ex parte mea trecenta frusta argenti nogardn. minus octo frustis, pertinencia michi soli. Jtem feci contraposicionem et societatem bonorum cum Hinrico de Herbede, cui duodecim marc. arg. denarium contra denarium presentaui. De hac igitur pecunia do et lego infra scripta. Primo lego et do ecclesie beate Marie virginis in Tarbato duas marc. arg. ad structuram, sed eidem ecclesie lego tres marc. arg., quia in ea meam eligo sepulturam. Jtem domino Hinrico, meo confessori, do vnam marc. arg., reliquis vero capellanis eiusdem ecclesie cuilibet dimidium fertonem. Jtem ecclesie beati Johannis ibidem duas marc. ad structuram. Jtem ecclesie Sanctimonialium ibidem duas marc. arg. ad structuram, sed conuentui earum lego eciam duas marc. arg. Jtem ecclesie Sancti Spiritus ad structuram duas marc. arg., infirmis ibidem vnam marc. arg. Jtem fratribus Predicatoribus do duas marc. arg. ad structuram, item infirmis in hospitali ibidem vnam marc. arg. Jtem lego domesticis pauperibus quinque marc. arg. Jtem lego pueris avunculi mei Hinrici Voet triginta marc. arg. Jtem do duobus pueris meis cuilibet decem marc. arg., sed matri eorum do tres marc. arg. Jtem in Reualia do Sanctimonialibus duas marc. tarbatn. Jtem in Riga do Sanctimonialibus duas marc. tarbatn., fratribus Predicatoribus ibidem duas marc. arg., et fratribus Minoribus duas marc. Jtem in Lubeke lego ecclesie beate Marie virginis ad structuram quatuor marc. den. lub., item eiusdem ecclesie capellanis tres marc. lub. den., item domino Johanni de Molne duas marc. lub. Jtem ibidem ecclesie beati Jacobi ad structuram lego quatuor marc. lub. den., et capellanis eiusdem ecclesie tres marc. lub. Jtem ibidem fratribus Predicatoribus ad structuram lego tres marc. lub. den. Jtem ecclesie Sancti Spiritus IIII$^{or}$ marc. lub. den. ad structuram, et capellanis eiusdem ecclesie duas marc. lub. den. Jtem fratribus Minoribus ibide(m) ad structuram quatuor marc. lub. den. Jtem lego capellanis ecclesie sancti Petri ibidem tres marc. lub. den. Jtem ibidem rectori ecclesie sancti Egidii

et capellanis duas marc. lub. den. Jtem capellanis ecclesie sancti Georgii ibidem duas marc. lub. den., item exulibus ibidem apud sanctum Georgium quatuor marc. lub. den. Jtem domesticis pauperibus ibidem quinque marc. lub. den. Jtem lego versus Westfaliam patri meo Gotscalco de Sceuen et pueris eius triginta marc. lub. den. Jtem do sorori mee Elizabet quadraginta marc. lub. den. Jtem do sorori mee Alheydi quadraginta marc. lub. den. Jtem do pueris Hinrici, auunculi mei, in curia Russenberch viginti marc. lub. den. Jtem genero meo Johanni de Leuerenhusen et vxori eius decem marc. lub. den. Jtem in Tremonia lego quibusdam bachinis, materteris et sorori Johannis de Herbede, sex marc. lub. den. Jtem lego Thidekino Russenberch, congnato meo, quinquaginta marc. den. lub. Jtem lego pueris auunculi mei, domini Euerhardi Russenberch bone memorie, quadraginta marc. den. lub. Jtem Hennekino et Conekino fratribus dictis Russenberch quadraginta marc. den. lub. Jtem lego Hinrico de Herbede quinque marc. lub. den. Jtem fratri suo Arnoldo quatuor marc. lub. den., et Johanni fratri eorum sex marc. lub. den. Jtem Taliken, bachine cuidam in Lubeke, quinque marc. lub. den. Jtem do Bertoldo Russenberch viginti marc. lub. den. Jtem assingno decem marc. arg. tarbatn., cum quibus exequie mee et memoria Tarbati post meum obitum peragentur. Jnsuper assingno et lego viginti marc. tarbatn. ad conparandum redditus perpetuos vnius marc. arg., que annis singulis ob mee et meorum parentum ac amicorum animarum memoriam et remedium in vigiliis, missis ac aliis bonis operibus per meos testamentarios subscriptos, prout eis expedire videbitur, et per ab eis substitutos conuerti debet jugiter et exponi. Jnsuper quicquid superfluum fuerit legatis omnibus predictis persolutis, id ad meos proximiores equaliter diuidendum deuoluatur. Exequtores huius mei testamenti eligo et constituo honestos viros, dominos scilicet Hinricum de Ponte et generum meum Wulfardum de Wipperuorde, consules Tarbatenses, necnon Thidekinum congnatum meum ac Bertoldum dictos Russenberch prefatos, quibus committo, vt ipsi omnia premissa debite exequantur. Vt autem hoc meum testamentum stabile maneat iure testamenti, presens scriptum sigillis prouidorum virorum, dominorum videlicet Dedmari de Volmestene et Conradi Vetten, consulum Tarbatensium, coram quibus hec omnia ordinata sunt et acta, in euidens testimonium pecii communiri. Actum et datum Tarbati, anno Domini M̊CC̊CX̊L quinto, die dominica infra octauas Corporis Domini nostri Jehsu Christi.

Nunc autem de verbo ad verbum huius testamenti presens hoc transcriptum, vt jure transcripti robur optineat, sigilli nostre ciuitatis appensione sub anno Domini M̊CC̊CX̊L septimo, dominica quinta XL$^{e}$, qua cantatur Judica, duximus roborandum.

Jnsuper notum sit, quod Hinricus dictus Monnik habet secum Nogardie in pecunia ex parte Johannis Russenberch bone memorie ad valorem IIIł milleni operis.

*Nach dem mit anhängendem Siegel beglaubigten Transsumpte auf der Trese.*

## DCCCLXXIV.

*Der Ritter Heinrich von Hardenberg und die Knappen Cesarius und Friedrich, genannt Duker, beurkunden dem Rathe zu Lübeck die vor ihnen und den Rathmännern von Dortmund stattgehabten Verhandlungen über die Erbansprüche der Schwestern Elisabeth und Adelheid von Schiwen an den Nachlass ihres verstorbenen Bruders Johann Ruschenberg. 1347. Mai 2.*

Viris prudentibus et discretis, . . proconsulibus, consulibus ac vniuersitati ciuitatis Lubicensis, . . Hinricus miles de Hardenberghe, || Cesarius dictus Duker, ac Fredericus dictus Duker famuli obsequij sui beniuolenciam cum affectu sincero. Noueritis, quod constitute propter hoc || Elizabeth et Aleydis sorores, nate Goschalci de Schiuene et Aleydis quondam sue vxoris, in nostra et proconsulum ciuitatis Tremoniensis, || videlicet Cesarij de Hengestberghe et Goschalci de Hedemerinchusen, et aliorum fidedignorum presencia, Johannem Schultetum de Leyuerinchusen, presencium exhibitorem, suum ad infrascripta verum et legitimum constituerunt procuratorem, videlicet ad recipiendum, acceptandum, leuandum, consequendum, admittendum seu admitti se petendum, apprehendendum loco et nomine Elizabeth et Aleydis sororum predictarum bona mobilia seu immobilia qualiacunque, relicta a fratre suo quondam Johanne dicto Ruschebergh, nato Goschalci de Schiuene et Aleydis quondam sue coniugis predictorum, sibi de iure competencia et ad se legitima successione deuoluta, ex eo presertim, quod, matre dictarum sororum et dicti fratris sui Johannis Aleyde predicta defuncta, dictus Goschalcus, pater predictarum sororum et fratris sui predicti, antequam ad secundas nupcias transiret seu conuolaret, pueros suos predictos, videlicet Johannem et sorores suos, insimul a se diuisit certis bonis et rebus sibi pro sua parte assignatis sub testimonio tam viuencium testimonium fidedignum perhibencium quam mortuorum, ea videlicet condicione et modo, quod ipse pater a pueris suis predictis de successione aliqua seu alicuius iuris nichil penitus esset exspectaturus, neque ipsi pueri, recepta certa parte sua insimul coniunctim seu insolidum, nichil versa vice essent a patre suo predicto exspectaturi. Sic itaque permanente et stante parte predicta dictorum puerorum, videlicet Johannis predicti et sororum suarum predictarum, insimul integra et in-

diuisa seu coniunctim et insolidum inter eosdem, idem Johannes morte, vt dicitur, est preuentus. Preterea cum super premissis testes plurimi fidedigni testimonium veritati de premissis perhibentes in nostra presencia sint producti et produci possent, quociens et quando visum foret expediens dictis sororibus, et nos ipsi pro parte ex visis et auditis non ignoremus premissa sic se habere: supplicant igitur predicte sorores vestre discrecioni humiliter, et nos vna cum eisdem et pro eisdem petimus instancius, quatinus ad hoc cooperari dignemini, vt per predictum Johannem Scultetum de Leyuerinchusen, suum procuratorem, ab hijs quorum interest, de bonis et rebus huiusmodi relictis dicte sorores expeditam iusticiam consequantur. Jn testimonium omnium premissorum ad requisicionem dictarum sororum, videlicet Elizabeth et Aleydis, sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in castro Blankenstene, anno Domini MCCC^mo^ quadragesimo septimo, crastino apostolorum Philippi et Jacobi beatorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCCCLXXV.

***Bürgermeister und Rathmänner von Hamm beurkunden dem Rathe zu Lübeck, dass laut des vor ihnen abgelegten Zeugnisses Godschalk von Schiwen bei seiner zweiten Verheirathung seine Kinder erster Ehe gänzlich von sich abgetheilt habe, und diese Kinder bis jetzt in unabgetheiltem Gute gesessen seien. 1347. Mai 28.***

Honorabilibus viris, dominis magistris ciuium, consulibus et scabinis ciuitatis Lubicensis, magister || ciuium et vniuersi consules in Hammone cum sincerissima salutacione reuerencie et honoris quicquid possunt. || Noueritis, quod in nostra constituti presencia Theodericus de Krevetinch, frater carnalis Goscalci de || Schyvene, et tres alij viri ydonei ac fidedigni cum eo, protestati sunt et verificauerunt suis juramentis, se fuisse diuisores, dictos wlgariter schedelůde, ac presentes fuisse, vbi Goscalcus de Schyvene predictus cum suis pueris primarijs, scilicet Johanne dicto Růsschenberghe pie memorie et duabus sororibus eius ex legitimo thoro generatis, rite ac racionabiliter separati fuerunt de vniuersalibus ipsorum bonis et diuisi, tali condicione, quod dictus Goscalcus de bonis, que in sortem puerorum suorum predictorum cesserunt, nichil vltra foret exspectans, nec pueri sui predicti quicquam vlterius de bonis ipsius essent exspectantes, et quod predicti pueri ipsorum bona, que in partem suam cesserunt, conmuniter et indiuisa obtinuerint et adhuc habeant

simul indiuisa. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum maius ad peticionem dictorum testancium et aliorum plurimorum fidedignorum, qui presentes fuerunt, presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini millesimo CCC^mo^ XL septimo, in crastino octauarum Penthecostes.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel mit Rücksiegel.*

## DCCCLXXVI.

### *Aufzeichnung über die Gleichmachung des Gewichtes der Oesterlinge mit dem Gewichte der Stadt Brügge. 1347. Mai 28.*

Jnt jaer vns Heren MCCCXLVII, vpten XXVIII dach van Meye, so was tghewichte van den Oesterlingen ghelyket tieghen tghewichte van der stede van Brugge, twelk ghewichte gheleit es ten Freren in der Oesterlinge steine, die staet in den dormenter. Dit was gedaen in presencien van schepenen, den her Janne van den Paradise ende den her Michiel Yperlinc, by den beueilne van buerghermesters, den her Gillise van Condebrouc ende den her Jacob Wittebolle. Ende die ander slotel es gheleit in der tresorie van Brugge. Hijr ouer waeren van Lubeke Henric van Loen, Hertwich van Verden, ende van Pruce Jan de Rode, vp de tijt aldermans, ende van Dortmonde Bertram Zuderman.

*Nach einer Aufzeichnung auf der Rückseite des letzten Blattes des auf der Registratur bewahrten flandrischen Copiarius VIII.*

## DCCCLXXVII.

### *Verordnung des gemeinen Kaufmanns zu Brügge über den Kauf von Poperinger Laken. O. J. (1347.)*[1]

Dit es de ordinancie, de ghemaket es bi den ghemeynen copluden van den Romeschen rike van Almanien, wo dat men de copenschepe holden sal to Poperingen alse van den lakenen:

Jnt erste, dat neghen copman to Poperinge lakene sal copen noch don copen, he en si seluen vor oghen jof sin werd van Brucge jof sins werdes clerc jof des copmans sekere cnape, vp ene bote van elken lakene twe scillingh grote. Ende des nicht to latene, id en were sake dat enich man nicht mer, denne XX lakene of dar beneddene, hebben wolde: de mach he don copen met ener littere sinen

1) Scheint, wie die bei Sartorius. II. S. 404 fg. abgedruckte Willkür, ins Jahr 1347 zu gehören.

werd to Poperinge. Ende de littere sal beseghelt sin met den singette van den olderluden, dat dar to gheordinert ende ghemaket es bi den ghemenen copluden vorseyd. Ende wer id so dat dit yenich man breke jof yenich man van siner weghene, de solde oc verboret hebben van elken lakene twe scillingh grote.

Uort dat neghen man lakene to Poperinghe sal copen noch don copen, se ne sin erst van den ramen ghedan, vppe de vorseghede bote, id en were dat enich man sunderlange varwe van lakenen to donde hadde, de men ghemenlike nicht to cope ne vint.

Uort dat neghen man Popersche lakene copen sal noch don copen in neghener stede, dan to Poperingen, jof in vrygen jar markeden, vppe de bote vorseghet.

Uort dat negheyn clerk noch knape, de denende es in herberghen van den copluden vorseyd, neghene mangelinge noch gheselscap hebben sal met yenighen curbroder van Poperingen, dat schedelic si den copluden vorseyd. Ende ware dat sake dat yenich clerk jof knape hir an met der warheit bevonden worde, met den ne sal negheyn copman vorseyd mer handelinge hebben noch sine bederue laten don, vp ene bote van enen pund grote, also dicke also he id dade.

Uort dat negheyn copman, de to Poperinge cumpt vmme lakene to copene, nymmanne mer sal vmme don gan vmme lakene to copene to siner behof, sunder he met eneme clerke, vp de bote van elken lakene twe scillingh grote.

Ende were dat sake dat en clerk allene were to Poperingen vmme lakene to copene van yenighes copmans weghene, de solde der ghelijc don van des copmans weghene, vp de bote vorseyd.

Uort were dat sake dat yenich clerk jof knape, de to denende es in herberghen van den copluden vorseyd, yenich van desen vorsegheden pûnte braeke ende dar an woerde met der warheyt bevonden, met den ne sal neghen copman vorseghet mer handelinge hebben noch sine bederue laten don, vp ene bote van enen pund grote, also dicke also he id dade.

Uort were dat sake dat yenich werd dese vorseghede pûnte breke, jof dade breken met yenighes copmans gude vorseghet, dat des copmans gud vorseghet de vorseghede bote betalen sal, also dar vore steit bescreuen.

Umme dat men alle dese vorseghede pûnte vast ende ghestede holde sunder arghelist, so sint de olderlude machtich enen ysliken to vraghene bi sinen ede van elken pûnte vorseyd, jof he se gheholden hebbe of nicht.

*Aus dem flandrischen Copiarius VIII. No. 6.*

## DCCCLXXVIII.

*Verordnung des gemeinen Kaufmanns zu Brügge wegen des Kaufs von Ardenburger Laken. O. J.*[1]

Dit es de ordinantie, de ghemaket es vp de lakene van Ardenborgh: Dat negheyn copman vorseyd noch neyman van siner weghene neghene lakene dingen noch copen sal, se ne sin gheuolden in de rechten volden, dar se sculdich sin inne to sine, also id van olden tyden heuet ghewesen, ende dit to holdene truweliken sunder arghelist. Ende were dat sake dat it yenich copman vorseyd jof yenich man van siner weghene breke, dat de solde gheuen van ylken lakene vif scillingh grot, ende dar to sal he bliuen to deme seggene des ghemeynen copmans. Ende de olderlude de sint machtich enen ylken man, dar seys sic van vermöden, to vermanene bi sinen ede, jof he id wol gheholden hebbe of nicht, also dicke alse willen.

Uortmer so sollen alle coplude vorseghet holden dese ordinantie vorseyd, de also verre comen sin, dat se sin bekant in copene ende in vorcopene.

*Aus dem flandrischen Copiarius VIII. No. 8.*

## DCCCLXXIX.

*Bürgermeister und Rathmänner zu Hamm beurkunden dem Rathe zu Lübeck, dass Elisabeth und Adelheid, Schwestern des weiland Johann, genannt Ruschenberg, vor ihnen und den Beamten und Richtern des Grafen von der Mark den Johann von Leveringhusen bevollmächtigt haben zur Erhebung des Nachlasses ihres gedachten Bruders. 1347. Jun. 1.*

Viris honorabilibus et famosis, dominis magistris ciuium et consulibus ciuitatis Lubicensis, || magister ciuium et consules in Hammone salute cum salutari in omnibus reuerenciam || et honorem. Vestre honorabilitati cupimus manifestum necnon vniuersis, quod Elizabet ac || Alheydis, sorores legitime quondam Johannis dicti Ruschenbergh pie memorie, constitute coram nobis et coram officiatis et judicibus domini nostri, domini comitis de Marka, Johannem de Leuerinchusen, presencium exhibitorem, elegerunt et presentibus eligunt in prouisorem et procuratorem specialem, tollere et recipere omnia bona tam in toto quam in parte, que ipsis jure

1) Ist um dieselbe Zeit, wie No. 877, zu setzen, mindestens vor 1350, nach der Stelle, welche diese Aufzeichnung im Copiarius einnimmt.

hereditatis per obitum fratris eius cedere dinoscuntur. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Datum in Hammone, anno Domini M̊CCC̊X̊L septimo, feria sexta post octauas Penthecostes.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel und Secret als Rücksiegel.*

## DCCCLXXX.

***Die Rathmänner zu Flensburg bezeugen dem Rathe zu Lübeck, dass vor ihnen Wittwe und Kinder des zu Lübeck getödteten Flensburgers Hermann Krembir den Bruder desselben, Heino Ahus, zur rechtlichen Verfolgung des Todtschlägers bevollmächtigt haben. 1347. Jun. 8.***

Honestis viris et discretis, dominis consulibus Lybicensibus, consules Flensborgenses, quidquid reuerencie poterint et honoris. Vestre discrecioni || significamus presentibus protestando, quod Alk relicta Hermanni Krembir et duo pueri sui cum amicis suis, nobiscum tunc || temporis presentibus, coram nobis constituti, ex bona voluntate suorum constituerunt et ordinauerunt latorem presencium Heynonem || Ahuus, fratrem, vt dixerunt, eiusdem Hermanni, tutorem et procuratorem suorum, in causis videlicet racione homicidij silicet prefati Hermanni, quandoque mariti dicte Alk et patris ipsorum puerorum, predictam causam homicidij prosequendi, ex parte suorum placitandi et omnimode ac finaliter terminandi, coram nobis publice compromittentes, se ratum finaliter et firmum vtique habituros, quidquid idem Heyno in premissis duxerit terminandum, tali tamen condicione, quod prefatus Heyno omnem partem, contingendam ipsis pueris racione emende pro morte dicti Hermanni patris suorum, sub custodia consulum vestre ciuitatis committet et assignet custodiendam et ordinandam, donec eadem pars emende ipsis pueris tempore legittime etatis vel suis heredibus per ipsos consules vestros legaliter presentetur. Scriptum sub sigillo nostre ciuitatis, anno Domini M̊CCC̊X̊L septimo, sexta feria post octauam Corporis Christi.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist vom Siegelbande abgesprungen.*

## DCCCLXXXI.

***Heinrich, Graf von Holstein und Stormarn, urkundet, dass die aus der Gefangennehmung eines Lübeckischen Rathsdieners entsprungene Streitigkeit mit der Stadt völlig beigelegt sei. 1347. Jun. 24.***

Wy Henric van Godes gnade greue to Holzsten vnde to Stormern. Bekennet vnde betughet opembare || in desser ieghenwordeghen scripht, alse vmme

Hinceken · Krømere, der rathmanne knecht van Lubeke, den || vse vnde vser manne knechte, alse Goscalk Swelebeke, Thymmeke Bøytin, Claus Ruckentyn, Varingh vnde || Grunt, venghen in deme lande to Holzsten, wor vmme de syluen rathmanne vse manne weder ghevanghen vnde ghehindert hebbet, alse Otten Slamerstorpe, Clawese gheheten Kreye van Rønnøwe, Egherde Heste, Syuerde vnde Radeken brodere gheheten van Sedorpe, vnde mit en Musenibben knecht van Rønnowe: dat wi dat anname vnde stede holdet, dat de vor benømeden vse man vnde de rathmanne van Lubeke vmme de syluen vanghenscap sik likenen vnde sonen, vnde louet den vorbenømeden rathmannen van Lubeke vnde eren menen borghern gantzlike sunder arghe list in desser · scripht vor vs vnde vse brødere vnde vor alle vse man, dat van desser vorbenømeden vanghenscap weghene twischen vs vnde vsen mannen af ene syth, vnde den vorbescreuenen rathmannen vnde eren menen børghern af ander syth nen vmmůth noch twidracht entstan scolen in nakomenden tyden. Des hebbe wi to ener opembaren betughinghe vse ingheseghel ghehenget to dessem breue. Ghegheuen na Godes bort dusent drehundert in de seuen vnde vierteghesten jare, in synte Johannes daghe to Middensomere.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Bande, von welchem das Siegel abgesprungen ist.*

## DCCCLXXXII.

***Propst Johann, Prior und gesammtes Capitel der Ratzeburgischen Kirche danken dem Rathe zu Lübeck für die gestattete Durchfuhr von Segeberger Kalk, und versprechen, dass derselbe nur zur Reparatur des Thurms und anderen Kirchenbauten verwendet werden solle. 1347. Jun. 24.***

Honorabilibus viris et discretis, dominis . . magistris consulum et . . consulibus ciuitatis Lubek, Johannes || Dei gracia prepositus, Hinricus prior totumque capitulum ecclesie Raceborgensis cum amicicia firma oraciones || in Christo deuotas. Vestre reuerencie et discrecioni pro ductionis licencia nostri cementi empti Zeghebergh, || quam nobis fieri annuistis per vestram ciuitatem, ac pro aliis multimodis beneficiis et auxiliis nobis sepius graciose factis et inpensis et adhuc Deo concedente, ut speramus, suo tempore inpendendis immensas graciarum referimus nec ad plenum referre sufficimus actiones, sed Deus retributor omnium bonorum vobis retribuere dignetur. Jnsuper noueritis, quod cementum pretactum ad restauracionem turris et ad necessitates singulas nostre ecclesie Raceburgensis pronunc est emptum et comparatum, et non ad aliquid aliud, quod presentibus promittimus. Jn cuius

rei testimonium presencia roborauimus nostri capituli, quo vtimur ad causas, sub sigillo. Datum Raceburgi, anno Domini M̊CC̊CXLVII̊, in festiuitate beati Johannis baptiste precursoris eiusdem.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Capitel-Siegel.*

## DCCCLXXXIII.

***Waldemar, König der Dänen und Slaven, quittirt über die vom deutschen Orden für Esthland zu Lübeck ihm geleistete Abschlagszahlung von 6000 Mark Silber. 1347. Jun. 28.***

Nos Woldemarus Dei gracia Danorum Sclauorumque rex. Omnibus, ad quos presentes peruenerint, cupimus fore notum, quod Nicolaus dictus Hane et dominus Henricus de Luneburg, noster cancellarius et nostri fideles, a religiosis viris, fratre Thiderico de Stocken camerario[1] in Vellyn, et fratre Henrico Mornewech camerario[1] in Segewolde, ex parte fratris Henrici Tusmer, magistri generalis ordinis sancte Marie domus Theutonicorum in Prussia, et fratris Goswini, magistri dicti ordinis per Liuoniam, et preceptorum necnon omnium fratrum dicti ordinis sex milia marcarum puri argenti in argento et auro numerato et ponderato in ciuitate Lubicensi, in domo consulum subleuauerunt pro nostris vsibus, ita quod contentamur. De quibus sex milibus marcarum puri argenti dictos magistrum generalem, fratrem Henricum Tusmer, et fratrem Goswinum, magistrum per Lyuoniam, preceptores et fratres dicti ordinis quitos et excusatos dimittimus per presentes, ita quod per nos aut nostros heredes seu successores moneri deinceps non debeant quoquomodo. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Lubeke, anno Domini M̊CCC̊XLVII̊, in vigilia apostolorum Petri et Pauli, presentibus discretis viris magistris consulum et consulibus ciuitatis Lubecensis, videlicet Henrico Papen, Siffrido de Ponte, Constantino et Hermanno de Wickede, nec non fratre Adam commendatore in Wismaria, fratre Henrico Rechten viceconmendatore in Danczeke, et alijs pluribus fidedignis.

*Nach dem in* Monumenta Livoniae Antiquae. III. p. 70. *aufgenommenen Abdrucke eines von den Lübeckischen Rathmännern Heinrich Pape und Hermann von Wickede am 29. Juni* (Petr. et Pauli) *1347 ausgestellten Transsumpts.*

---

1) In Napiersky Index. S. 98. sind sie Livländische Comthure genannt. Mon. Liv.

## DCCCLXXXIV.

***Heinrich Pape und Hermann von Wickede bezeugen die Auszahlung von 6000 Mark Silber für Esthland Namens des deutschen Ordens an den König Waldemar von Dänemark. 1347. Jul. 8.***

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Hendricus Pape proconsul et Hermannus de Wichede consul civitatis Lubecensis cupimus fore notum publice presentibus et testamur, quod religiosi viri, fratres Tidemannus de Stochen castry Wellyn et Hendricus Morneweck castri Seghewalde cammerarij, nobis presentibus et scientibus, quia per nostri consulatus universitatem ad interessendum specialiter fueramus deputati, pagaverunt ex parte commendabilis viri, domini Goswini de Herrecke ordinis fratrum Theutonicorum per Livoniam magistri, famosis viris, domino Hendrico d(icto?) de Luneburg, cancellario illustris principis d(omini) Waldemari Danorum Sclavorumque regis,[1] intra civitatem Lubecensem sex millia marcarum puri argenti in prompta pecunia, videlicet in denariis argenteis Lubecensibus et argento puro signo Lubecensi signato, nec non florenis aureis flandrensis ponderis, ad usum domini regis Dacie antedicti ratione emptionis terre Revalie expedite pro eorundem ..... domini Hendrici et Nicolai voluntate, ita quod in huiusmodi persolutione summe antedicte penitus contentabantur, eisdem persolutoribus gratiarum referendo actiones. Super qua etiam persolutione iam dicti pecunie susceptores literam quieta[n]tionis sigillo antedicti domini regis sigillatam eiusdem pecunie persolutoribus prefatis in signum testimonii et cautele tribuebant, prefatum dominum magistrum ac sui ordinis singulos preceptores, totumque ordinem seu fratres solutos et qvittos nomine sepe dicti domini regis penitus dimittendo de summa supradicta. Jn cuius presentialitatis nostre testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini MCCCXLVII, dominica proxima ante diem beate Margarethe.

*Nach dem in* Monumenta Livoniae antiquae. III. p. 72. *gegebenen Abdrucke.*

## DCCCLXXXV.

***Heinrich, Graf von Holstein und Stormarn, beschwert sich bei dem Rathe von Lübeck über die von königlich Dänischem Kriegsvolke von Lübeck gemachten Einfälle in die Holsteinischen Lande. O. J. (1347.)[2] Jul. 12.***

Hinricus Dei gratia comes Holtzacie et Stormarie. Amicabili premissa salutatione. Wi don ju witlik, dat des koninges und des rikes denere und man

1) Hier fehlt der Name des zweiten Gevollmächtigten: et domino Nicolao Hahn armigero. Mon. Liv.
2) Vgl. Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urk. II. 2. S. 310.

van Denemarken uns unde unse man und lant arget myd rove, brande unde vengnisse ut juwer stat to Lubeke, und dar ju und wi nicht anders den ghůt myd ju en wetet, und bidden juch, dat gi uns dar likes und wandeles umme helpen, also wi ju ghodes to loven. Valete. Scriptum nostro sub secreto, Segeberge, profesto Margarete. Responsum petimus.

*In dorso*: Honorabilibus viris et circumspectis, dominis proconsulibus et consulibus civitatis Lubeke, nobis dilectis, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel.*

## DCCCLXXXVI.

***Der Edle und Ritter Heinrich von Hardenberg und vier Andere schreiben dem Rathe zu Lübeck über eine in der Nachlasssache des Johann Ruschenberg (vgl. No. 875 ff.) vor dem Rathe von Dortmund stattgehabte Verhandlung. 1347. Jul. 16.***

Vobis honorabilibus viris ac discretis, dominis . . proconsulibus . . consulibus ac || vniuersitati ciuitatis Lubicensis, nos Hinricus dominus de Hardenberghe nobilis vir, || miles, Wenemarus de Eppenhusen canonicus ecclesie sancti Johannis Leudiensis, Conradus comes Tremoniensis, Cezarius Dukere et Arnoldus dictus van den Schypenen judex in Hatnecge notum facimus tenore earundem publice protestantes, quod in vigilia sancte Margarete virginis proxime preterita Goschalcus van den Scheuenen et Hinricus Vot, ex vna parte, et Johannes Schulthetus et filie predicti Goschalci van den Scheuenen, ex parte altera, venerunt ante . . consules Tremonienses, petentes ab ipsis, quod eos per jus separarent ab inuicem de bonis, que Johannes filius quondam predicti Goschalci bone memorie post mortem suam reliquit. Vnde ambe partes concordauerunt, quod vellent esse contente in jure a . . consulibus Tremoniensibus ipsis judicando. Vnde in crastino Diuisionis Apostolorum ambe partes venerunt ante . . consules Tremonienses, vt audirent jus ab ipsis judicandum. Quod jus cum debuisset publicari et judicari et consules predicti debuissent judicasse, tunc Goschalcus van den Scheuenen et Hinricus Vot recesserunt et tale jus audire noluerunt, sicut hoc notum est . . proconsulibus ac vniuersis . . consulibus ciuitatis Tremoniensis. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Vnde desideramus, quod veritatem de premissis a . . consulibus Tremoniensibus requiratis. Datum in crastino Diuisionis Apostolorum, anno Domini M°C°C quadragesimo septimo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden fünf Siegeln.*

## DCCCLXXXVII.

***Vier Rathsherren von Lübeck bezeugen die Zahlung von 1000 Mark Silber Namens des deutschen Ordens an den Bevollmächtigten des Königs Waldemar von Dänemark. 1347. Jul. 22.***

Omnibus et singulis presencia visuris uel audituris Bertramus de Heidebü, Tidemannus de Ghustrowe, Henricus Pape et Hermannus de Wickede, consules Lubicenses, salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis, quod anno Domini MCCCXLIX, ipso die beate Marie Magdalene, in nostra presencia honorabilis vir dominus Nicolaus Johannis canonicus Roskildensis, incliti principis ac domini domini Woldemari regis Danorum Sclauorumque capellanus, nomine et vice eiusdem regis presentauit viro religioso, fratri Ade commendatori de Wismaria ordinis sancte Marie fratrum domus Theutonice, ad vsus et utilitatem tocius eiusdem ordinis litteram quitatiuam eiusdem domini regis appendente sigillo sigillatam super mille marcis puri argenti, pro qualibet marca puri argenti quinque florenos cum dimidio computando, nec non litteras magnifici principis, domini Cristoferi regis Danorum felicis memorie, patris memorati domini Woldemari regis, quas illustri principi, domino Kanuto duci Hallandie, et suis veris heredibus prestiterat, ius et proprietatem, quibus ipsis ducatum Estonie assignauerat, continentes. Quibus quidem litteris sibi presentatis idem frater Adam ex parte tocius ordinis eiusdem persoluit memorato domino Nicolao mille marcas puri argenti, videlicet pro qualibet marca puri argenti quinque florenos aureos cum dimidio, sic quod idem dominus Nicolaus nomine pretacti domini Woldemari regis de predictis mille marcis puri argenti pro sua voluntate sibi satisfactum fore asseruit tenuitque penitus se contentum. Jn quorum omnium euidens testimonium nostra sigilla de voluntate, scitu et consensu vniuersorum consulum Lubicensium, qui nos de communi consilio ad premissa miserunt, presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno et die, quibus supra.

*Nach dem in* Monumenta Livoniae Antiquae. III. p. 79. *aufgenommenen Abdrucke.*

## DCCCLXXXVIII.

***Gottschalk von Ysplincrode, Richter zu Dortmund, urkundet über eine vor dortigem Gerichte stattgehabte Verhandlung, wonach der dortige Bürger Gottschalk von Schiwen mit seinem in Dorpat verstorbenen Sohne Johann Rutenberg in ungetheiltem Gute gelebt hat. 1347. Jul. 30.***

Vniuersis, ad quorum noticiam presencia peruenerint, nos Godschalcus de Ysplincrode, judex pro tempore Tremoniensis, || cupimus fore notum publice pro-

testando, quod propter hoc coram nobis et alijs testibus infrascriptis in figura judicij || constituti viri honesti et fidedigni Godschalcus de Scheuene ac eius amici, consanguinei et vicini sibi superius || et inferius commorantes, videlicet Gerwinus de Scheuene, Godschalcus de Hollo, Bruno de Hastrinchusen, Gobelinus de Hastrinchusen, Godschalcus de Gerninchusen, Bruno de Delewik, Bertoldus de Scheuene, Detlic de Hastrinchusen, Lůse de Kreuetinc, Gerhardus de Bodenberne, Conradus de Scheuene, Teylo de Asbeke, Herbordus de Gerninchusen, Johannes de Gerninchusen, Engelbertus de Stochem, Bertoldus van dem Hummelsypen, Vrolinc de Poytinc et Gerwinus de Hiddinchusen, prehabita matura deliberacione, suis juramentis corporaliter prestitis, tactis sacrosanctis, confirmarunt vnanimiter, predictum Godschalcum de Scheuene cum quondam filio suo Johanne Růtenberch, qui alias obijt in Darbato, ac eundem Johannem filium suum cum ipso Godschalco numquam separacionem aut diuisionem rerum et bonorum eorum quorumcumque, tam mobilium quam immobilium, iniuisse aut fecisse qualemcumque, requisitis quidem ad premissa ac latis sentencijs debitis et consuetis secundum jus et consuetudinem ciuitatis Tremonie, vbi presentes interfuerunt viri honesti et discreti domicellus Herbordus de Opherreke frater . . magistri terre dicte Lyflant, Hermannus Ymme; affuerunt eciam ex consulibus et ciuibus Tremoniensibus Cristianus de Hengestenberghe, Bertrammus dictus van dem Půtte, Cesarius de Winkele, Volquinus de Hillen, Johannes Berstrate, Johannes Rost, Herbordus Tassche, Gosswinus de Vnna, Cristianus van dem Broyke, Johannes Lewe, Johannes Opper můren, Vrowinus Tassche et Gerwinus Bomhowere, ad hec in testimonium vocati specialiter et rogati, pluresque alij fidedigni. Jn quorum omnium testimonium nos Godschalcus de Ysplincrode judex et Herbordus de Opherreke frater magistri terre dicte Lyflant predicti sigilla nostra ad preces dictorum jurancium duximus presentibus appendenda. Datum anno Domini M̊CC̊C̊ quadragesimoseptimo, feria secunda ante festum sancti Petri ad Vincula.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden wohl erhaltenen Siegeln, von welchen das zweite die Umschrift führt:* † S' . Harbordi . de . Hereke.

## DCCCLXXXIX.

### *Verordnung in Betreff der Riemenschneider-Gesellen. 1347. Aug. 10.*

Anno Domini M̊CC̊CX̊L septimo, Laurencii, domini consules decreuerunt, quod quicunque seruus de officio corrigiariorum extra hospicium domini sui per noctem dormierit siue manserit, ipse pro qualibet nocte ciuitati decem solidos vadiabit, et istud stabit, quamdiu consules voluerint.

*Aeltestes Wette-Buch. fol. I*ᵇ

## DCCCXC.

*Aufzeichnung über eine zwischen Radekin Höppener und seinem Hauspfand-Gläubiger Eckard Sasse getroffene Vereinbarung. 1347. Sept. 5.*

Notandum, quod ego Radekinus Høppener teneor Echardo de Sassen in sexaginta marcis lubicensibus, pro quibus meam heredi‖tatem sitam apud ecclesiam beati Jacobi sibi, prout libro ciuitatis continetur, inpigneraui, quam omni iure est persequutus.‖ Nunc autem ordinacione proborum virorum interueniente inter nos taliter est placitatum, quod sibi viginti marcas lubicenses ‖ infra spacium anni nunc a festo beati Michaelis proximo computandi quatuor temporibus, videlicet Natiuitatis Christi, festo Pasche, festo Johannis baptiste et festo Michaelis, hoc est in quolibet tempore quinque marcas, persoluere teneor expedite. Si vero aliquem illorum terminorum supersedere me contigerit, extunc nullis amplioribus inducijs frui potero, sed placitata premissa vigore careant, et dictus Echardus ipsam hereditatem, sicuti nunc est, persequutam sine vlteriori iuris requisicione venumdabit. De qua si dictas sexaginta marcas integraliter recipere non poterit, sibi, quantum defecerit, tenear adimplere. Attamen si dictas viginti marcas in terminis pretactis sibi dedero, michi in residuis debitis, quanto fauorabilius poterit, condescendet super inducijs ministrandis. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̊CC̊CX̊L septimo, feria quarta ante Natiuitatem Marie. Testes sunt Thidemannus de Reuele, Johannes Houeman, Dethardus Sachteleuend, Johannes Langhe swagerus Echardi Sassen et Johannes de Ydesten ciues Lubicenses, qui has litteras ad se receperunt.

*In dorso*: Memoriales Echardi Sassen et Radekini Høppener.

Litterae memoriales, *auf der Registratur*.

## DCCCXCI.

*Der Ritter Friedrich von Lochen quittirt die Stadt Lübeck wegen der dem Markgrafen Ludwig von Brandenburg zu zahlenden und von diesem ihm überwiesenen Reichssteuer von 600 Mark Pf. 1347. Sept. 8.*

Ego Fredericus de Lochen miles. Recognosco testimonio presencium constare cupiens ‖ vniuersis, quod honorabiles viri, domini consules ciuitatis Lubicensis, pensionem debitam, scilicet ‖ sexcenta talenta Lubicensium denariorum, quam pensionem nunc super festum Nati‖uitatis Marie dilecto meo domino, domino Ludouico Brandenborgensi ac Luzacie marchioni, ex deputacione, per invictissimum principem Romanorum imperatorem suum patrem sibi facta, exsoluere tenebantur, et quam

idem dominus meus marchio michi deputauit et assignauit in suis patentibus litteris subleuandam, expedite presentauerunt meo famulo Mathie mei nomine integraliter et persoluerunt, sic quod me contentum teneo, et ipsos dominos consules ac eorum ciues et ciuitatem nomine predicte deputationis michi facte de eadem pensione, scilicet sexcentis talentis denariorum predictorum, quitos presentibus dimitto penitus et solutos. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus duxi appendendum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo septimo, in festo Natiuitatis beate Marie virginis supràdicto.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel fehlt vom Bande.*

## DCCCXCII.

***Die Knappen Dunker von Seedorf, Hennekin Rönnau, Detlev Wensin und Otto von Schlamersdorf urkunden über die abseiten des Raths von Lübeck erfolgte Erstattung von vier durch den Reitervogt der Stadt getödteten Pferden. 1347. Sept. 20.***

Nos Dunker de Sedorpe, Hennekinus Rônnowe filius Bertoldi, Dethleuus Wensine || filius domini Dethleui militis, et Otto de Slamerstorpe famuli. Presentibus recognosci||mus et lucide protestamur, quod viri honorabiles, domini consules ciuitatis || Lubicensis, michi, videlicet Dunker de Sedorpe pretacto, duos equos ex parte Henninghi de Sedorpe pie memorie per ipsorum aduocatum interfecti, et michi Hennekino Rônnowen prescripto similiter duos equos ex parte Hunonis de Karowe eciam per dictum eorum aduocatum interfecti presentauerunt fauorabiliter. Pro quibus equis omnibus quod nulla secundaria monicio vel actio posterior per quemquam sequi aut moueri in futurum debeat, eisdem dominis consulibus nos omnes in solidum iuncta manu dataque fide promisimus ac promittimus per presentes. Et in pleniorem euidenciam nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini M̊CC̊CX̄L septimo, in vigilia Mathei.

*Nach dem Originale, auf der Trese. An einem der vier Siegelbänder hängt eines Siegels Rückhälfte.*

## DCCCXCIII.

***Der Rath zu Hamm bezeugt dem Rathe zu Lübeck, dass die beiden Schwestern des verstorbenen Johann Ruschenberg auf alle weiteren Forderungen an dessen Nachlass verzichtet haben. 1347. Dec. 13.***

Dominis famosis, . . proconsulibus et consulibus ciuitatis Lubicensis, . . proconsules et consules in Hammone beniuolenciam || salutarem. Constitute coram

nobis Elizabet et Alheydis, sorores legitime quondam Johannis Ruschenbergh pie memorie, || necnon Hillebrandus et Hinricus, mariti legitimi earundem, renunciauerunt et resignauerunt omnem monicionem et || impeticionem secundariam vel qualicunque modo fiendam ab ipsis in futurum de bonis deuolutis ad eas per obitum fratris sui prenominati. De qua resignacione firmum ad nos poteritis habere respectum. Jn cuius rei testimonium sigillum nostri opidi presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXL septimo, ipso die Lucie virginis.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## DCCCXCIV.

*Der Rath zu Bocholt beglaubigt bei dem Rathe zu Lübeck den Bevollmächtigten der nächsten Verwandten des von Lübeckischen Soldaten bei Kiel getödteten Flensburger Bürgers Hermann Ahus zum Behuf der Verhandlungen über die Sühne. 1347. Dec. 24.*

Viris prudentibus et amicis nostris dilectis, dominis . . consulibus, . . scabinis totique vniuersitati ciuitatis Lubycensis, . . magistriciuium, . . scabini et || consules de Bocholte, quicquid poterunt amicicie et honoris. Vestram honestatem scire cupimus presentibus firmiter protestantes, quod constituti || coram nobis dilecti nostri coopidani Fredericus filius quondam Heynonis dicti Ahus bone memorie, Herwighus de Creythire, Ecbertus dictus || Wyse, Mauricius Cregthing, Ecbertus de Molendino, Ecbertus de Holtwich, Hinricus Wolterdingh, Gerardus dictus Grothe Gerd, Berynghcrus de Reuele, Johannes de Holtwich, Hinricus Rysbiter, Hinricus dictus Kodeken et Johannes eius filius, Heyno Johannes Bernardus et Gerardus filii Johannis Lamsitis dicti Konyngpeter, Nycolaus dictus Hollandes zone ac Wilhelmus van der Weghe, eiusdem Heynonis proximiores consanguinei nobiscum et amici, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt exhibitorem presencium Heynonem Ahus, pretacti Heynonis filium, similiter nostrum et coopidanum, suum verum ac legitimum procuratorem et nuncium specialem in causa seu causis, quam vel quas communiter aut diuisim habent vel habere poterunt seu mouere contra vos, vestram ciuitatem vestrosque conciues et stipendiarios ratione interfectionis Hermanni Ahus, alio nomine dicti Kremer, opidani quondam in Vlensborgh, filij ipsius prioris Heynonis, et alterius Heynonis, videlicet exhibitoris presencium, ac pretacti Frederici fratris, necnon prescriptorum nostrorum coopidanorum consanguinei legitimi, per vestros stipendiarios prope ciuitatem Kyl, ut dicitur, interfecti; dantes eidem suo procura-

tori plenum mandatum, posse et auctoritatem eorum nomine et omnium, quorum interest seu interesse poterit, vobiscum placitandi, paciscendi, transigendi et hanc causam seu causas amicabiliter finiendi et terminandi penitus, necnon vos, ciuitatem, ciues et stipendiarios vestros predictos de hac interfectione et ab omni impetitione mouenda seu facienda desuper quitos et solutos dimittendi penitus, et omnia et singula faciendi, que in premissis necessaria vel oportuna fuerint, et que ipsi facere possent, si personaliter presentes essent coram vobis. Quapropter famositatem vestram affectiuis precibus exoramus et rogitamus, quatenus cum dicto Heynone procuratore ad hec constituto, ut premittitur, vos conponere dignemini in fauore et amicicia. Quo facto vos, vestra ciuitas, ciues et stipendiarij vestri predicti de predicta interfectione et omnibus subortis ex ea quiti et soluti nomine dictorum nostrorum coopidanorum, hoc ratum, ut asserunt, habentium, manebitis, sic quod ab eisdem, prout coram nobis arbitrati sunt, impetitionem pro premissis in futurum nequaquam sentire debebitis, de quo ad nos pro dictis nostris coopidanis firmum respectum habeatis. Nullos eciam proximiores consanguinei dicti occisi scimus nobiscum vltra nostros coopidanos premissos. Nos eciam, si huiusmodi casus interfectionis nobiscum contigisset, in antedicta compositione sufficeremus et contentaremur. Jn horum euidens omnium testimonium sigillum nostri opidi Bocholdensis ad preces dictorum nostrorum coopidanorum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCC^mo XLVII, in vigilia Natiuitatis eiusdem.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Siegelband. Siegel fehlt.*

## DCCCXCV.

*Aufzeichnung über das von der Stadt für den von ihren Dienern getödteten Flensburger Bürger Hermann von Ahus, genannt Krämer, gezahlte Wehrgeld. O. J. (1348.)*[1]

Hermannus de Ahus dictus Jnstitor, ciuis in Vlensborgh, interfectus fuit per seruitores ciuitatis, et nos concordauimus cum fratre suo Hinrico et vxore sua et pueri sui proximioribus, quod ipsum persoluimus pro LX marcis den., et super hoc habemus efficaces patentes litteras reseruatas per camerarios. Et de hac pecunia persoluimus dicto Hinrico statim XX marcas den., et alias XL marcas den. reseruabimus ad vsum Johannis, pueri eiusdem interfecti. Nam sic inter se dicta

1) Vgl. No. 880. 894.

sua mater et patruus ac amici inter se concordabant. Preterea mater et patruus predicti pueri dederunt coram consilio posse Thiderico Stokelet et Thiderico Kalf, dictas XL marcas den. cum consensu tamen consilii ponendi in wicbelde ad usus pueri memorati.

*Aus dem zweiten der noch vorhandenen Kämmereibücher, unter der Rubrik:* Depositum. *fol. 14b.*

## DCCCXCVI.

***Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz etc., urkundet über den mit dem Herzoge Erich von Sachsen und seinem Sohne Erich geschlossenen Vertrag, nach welchem dieser gegen Ueberlassung der Reichsgefälle aus der Stadt Lübeck bei der Wahl eines Gegenkaisers ihm seine Stimme zusagt. 1348. März 7.***

Wy Lodewick von der gnade Godes marchgreve to Brandenborch und to Lusicz, Pallenz greve by deme Ryne, hertoge to Beiern unde to Kärnthen, unde des heiligen Römischen ryckes overste kemerer. Bekennen openbar, dat wy met rade unses rades gededinghet unde geendet hebben met den durchluchtigen vorsten, hertogen Erik von Saszen unde hertogen Erck sine söne, so dat sy no to dessen tyden mit der köre, di si hebben an dem heiligen Römischen rycke, von öres selves wegen unde von vormundschap örer veddern, hertogen Albrechts kindern von Saszen, by uns bliven sollen, unde den kysen, den wy kysen, onde met der köre von uns nicht keren sollen. Darumme hebben wy en gegeven und geven met dessen brive ses duszend marke lodiges sulvers, die wy liggende hadden an der jarliken plege der stadt Lübeck, die uns von dem rycke verschreven unde verbrievet worden dorch dienste willen, die wy deme rycke gedan hadden, und vercygen uns ok dersulven ses dusent marken to der vorbenomden vorsten hand und oere erven in dessen breve met guden willen, und solen en ock des behulpen wesen, dat die here, den wy kysen to dem rycke, en dat bevesten sal unde bestedegen met sinen brieven in alle der wyse, alse unse brive sprecken, die wy darover hadden und en geantwordet hebben. Wer ock dat en an dersulven plege na der schrift unser breve, die wy darover hadden, jarlicken icht afginge, so sole wy en pandes helpen uppe unses selves kost unde schaden, also lange bet dat sy gerulicken in die gewere komen. Wer ock dat die eigenomde vorsten met uns to deme heren quemen, den wy kysen wolden to deme rycke, wat vordel oder gave wy en deme (*denne?*) gededingen mochten umme die köre, dat sole wy don, alse sy uns to getruwen unde geloven, unde glycker wys alse uns selven. Dat wy alle

desze stücke unde dedinge stede und ganz holden willen und solen, des geven (wi) en deszen brief bevestet met unsem groten insegel, dat daran gehangen is. Dit is geschien to Soltwedel, un desze brief is gegeven dersulvens, nach Godes gebord dritheinhundert jar darna in dem acht und virtegesten jare, an dem Vrydage vor Sondage, alse man singet Jnvocavit me etc.

*Nach dem in Lenz* Becmannus enucleatus. p. 115. *und Riedel* Codex diplomaticus Brandenburgensis. II. 2. p. 206. *aufgenommenen Abdrucke.*

## DCCCXCVII.

***Der Knappe Marquard von Westensee urkundet über die der Stadt Lübeck wegen des ihm dort auf Antrieb des Willekin Gruwel Namens der Grafen von Holstein Widerfahrnen geschworene Urfehde. 1348. März 15.***

Omnibus et singulis, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, Marquardus Westense armiger salutem in Domino sempiternam. Tenore pre‖sencium recognosco et protestor publice, quod commendabilibus viris, dominis consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, sponte et ex certa ‖ sciencia, non coactus, juraui ad sancta Dei et promisi data fide et in hiis scriptis promitto debitam orueydam pro me et meis amicis ‖ omnibus natis et nascendis, necnon pro omnibus et singulis causa mei quicquam facere seu dimittere volentibus, ita videlicet, quod ea, que michi de impetitione Willekini Gruwel vice et nomine dominorum . . comitum Holtzacie in ciuitate Lubicensi acciderant, per me nec per aliquem amicorum meorum dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis aut eorum vniuersitati vel alicui de eorum conciuibus publice vel occulte, omni dolo postposito, debent odiose aliqualiter inputari. Et nos Albertus predicti Marquardi frater, Buscho et Hinricus dictus Bredehenric dicti de Westense, Hartuicus Breyde, Johannes Brochdorp dictus Hund, Hennekinus filius quondam domini Johannis, et Hennekinus filius quondam Bertoldi dicti de Rønnowe, armigeri, recognoscimus tenore presencium et testamur, nos juncta manu et insolidum data fide supradictis dominis consulibus Lubicensibus vna cum supradicto Marquardo Westense firmiter promisisse, quod supradicta orueyda sic jurata et promissa, vt premittitur, debet inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillo sepetacti Marquardi Westense presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini M̊CCCX̊L octauo, sabbato ante dominicam Reminiscere.

*Nach dem Originale, auf der Treue, mit den anhängenden wohl erhaltenen Siegeln des Albert Westensee, Johann Brokdorf, Hennekin und Johann von Rönnau (No. 2. 6—8.). Von No. 1. ist die ganze Vorderseite abgesprungen, von No. 3—5. sind nur die Pergamentstreifen vorhanden.*

## DCCCXCVIII.

*Die Ritter Johann von Plesse und Konrad Ketelhot und der Knappe Nicolaus Hane beurkunden ihr dem Lübeckischen Rathe gegebenes Versprechen, bis kommenden Pfingsten eine den zu Lübeck zwischen Marquard Westensee und Willekin Gruwel geschlossenen Vergleich anerkennende Urkunde des Königs Waldemar von Dänemark beizubringen. 1348. März 15.*

Nos Johannes de Plesse, Conradus Ketelhût milites, et Nicolaus dictus Hane armiger. Recognoscimus tenore presencium publice || et testamur, quod insolidum data fide manu in manum promisimus et in hiis scriptis promittimus commendabilibus || viris, dominis consulibus Lubicensibus, quod eis litteram apertam, illustris ac magnifici principis, domini Woldemari Danorum regis, || sigillo sigillatam, et in omni sui parte integram et illesam, infra hinc et instans festum Pentecostes intra ciuitatem Lubeke, continentem tenorem infra scriptum indubitanter (volumus) presentare:

Woldemarus Dei gratia Danorum Slauorumque rex. Vniuersis presencia visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, quod conpositionem, per strenuum famulum Marquardum Westense, nostrorum fidelium seruitorem, initam cum Willekino dicto Gruwel, qui eundem Marquardum vice et nomine nobilium virorum dominorum . . comitum Holtzacie pro nocturno incendiario eorundem dominorum et pro aliis delictis jure lubicensi et intra eandem ciuitatem Lubicensem inpetebat, ratam atque gratam tenemus et habemus, ac perpetue tenere volumus et habere; inpetitionesque easdem pretacto Marquardo, vt premittitur, factas nolumus ciuitati Lubicensi seu alicui eiusdem ciuitatis conciui aliqualiter imputare, sed magis consules et ciues sepetacte ciuitatis propter eorum beniuolencias circa dictam conpositionem per eos exhibitas in omnibus promouere volumus realiter et fouere. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Kopenhauene, anno Domini M̊CC̊X̊L octauo, feria secunda in Pascha.

Actum et datum Lubeke sub appensione sigillorum nostrorum, anno Domini M̊CC̊X̊L octauo, sabbato proximo ante dominicam Reminiscere.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## DCCCXCIX.

*Der Rath zu Lübeck entscheidet einen Streit über Fensterrecht zwischen den Häusern No. 193 und 194 im Schüsselbaden. 1348. März 30.*

Notum sit, quod illa dissensio, que inter Dethleuum Clincrøden et Johannem de Monasterio pie memorie, ipsis ambobus adhuc viuentibus, dudum vertebatur de duabus fenestris inter eorum domos in camerali muro domus ipsius Dethleui sitis et factis, fuit tandem per consilium sopita, et de ipsis fenestris ambabus decreto consilij sic ordinatum et taliter definitum: videlicet, quod, quamdiu domus dicta, in cuius camerali muro ille eedem sunt fenestre due, tamquam taberna seruabitur, tamdiu eedem fenestre ambe debent obstrui et ad vnius dimidij pedis spissitudinem permurari. Cum autem dictam domum aliquis mercator aut alius vir honorabilis, qui non sit tabernarius, inhabitauerit nec eam tamquam tabernam tenuerit, tunc illud permuratum exfrangi poterit et fenestre ambe manere. Debet tamen in eisdem vitreum opus seu fenestre facte de tabulis vitreis solide reinponi. Quod ita consilium scribi iussit. Sunt autem dicte domus due, de quibus hec scriptura notat, vna videlicet, in cuius camerali muro dicte sunt fenestre, supra plateam piscium in angulo versus plateam brunonis sita et pertinet adhuc pueris predicti Dethleui, alia vero domus sita est immediate et contigue iuxta dictam et iam adhuc Johanni Perceualen pertinet illa tota.

*Nach einer Inscription des Ober-Stadtbuches v. J. 1348, Letare.*

## CM.

*Der Priester Gerhard Gudow urkundet über die Bedingungen, unter denen er von dem Pfarrer Werner zu Petersdorf die Pfarrländereien auf drei Jahre gepachtet hat. 1348. Apr. 12.*

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Gh‖erardus Ghodowe presbiter notum facio et presentibus recognosco, quod ecclesiam domini Werneri plebani in Pet(er)storp ‖ cum omnibus suis pertinenciis et fructibus, redditibus denariorum et annone, molendinum suum, agros suos proprios per ipsum emptos pro hura et pensione ‖ annuali recepi a dominica Quasi modo geniti, scilicet octaua festi Pasche nunc proxi(mi) ultra ad tres annos continue subsequentes pro LXX et V mr. den. lub. argenteorum ab antiquo vsitatorum, quorum dn. XX mr. infra festum Natiuitatis Domini et festum Epyphanie singulis annis, et LV mr. residuas infra festum Pasche et festum Penthecostes intra muros ciuitatis Lvbycensis predicto domino Wernero vel domine Margarete, relicte Hartvici Mølleres ciuis in Kyl, exsoluere teneor expedite. De predictis uero redditibus redditus II trimodiorum ordei pre

Syerum de Gollendorp legatos, domum Andree quondam custodis ecclesie cum suis areis, nouam curiam humuli nouiter per ipsum et suis sumptibus plantatam prout infra fossata sitam, et agrum XI modiorum in semine sibi dominus Wernerus cum eorum fructibus reseruauit. De molendino autem et edificiis loci dotis sic inter nos exstitit placitatum, videlicet, quod ipsum molendinum cum instrumentis, prout michi presentatum fuerit, adeo liberum sibi representare teneor, excepto quantum molares istis tribus annis molando minuuntur. Et si per tonitrva, fulgura, intemperiem aeris vel inquietudinem venti, contra quod non potest custodia licet diligens, vel eciam per hostiles manus dominorum destrueretur, quod absit, id dampnum dictus dominus Wernerus per se stabit. Simili modo si edificia domus dotis et curie per tonitrva, fulgura, intemperiem aeris, per hostiles manus dominorum vel eciam ex incensu aliarum domorum destruerentur, talia dampna ipsi computentur. Sed pro aliis dampnis ex negligencia mea vel negligenti custodia familie mee vel hospitum meorum, quocunque modo evenerint, sibi satisfaciendo respondebo. Jtem si infra istos tres annos ex quocunque casu fieret cessacio a dominis, et si ex hoc dampnum reciperem, hoc committimus curatis terre et aliis presbiteris inter nos terminandum. Jnsuper si tota terra Ymbrensis vel tota parrochia Petersdorp per hostiles manus dominorum deuastaretur, ego Gherardus in meis bonis, et dominus Wernerus in suis bonis totaliter sustinebit id dampnum. Jtem si dominus episcopus quandam summam pecunie a curatis terre Ymbrie peteret vel exigeret, in quantum tangeret ecclesiam Peterstorp, domino Wernero computabitur discucienda seu exsoluenda. Jtem si grauarer a domino nostro episcopo durante residencia ex parte accessus altaris vel residencie ecclesie, ab illo grauamine et dampno me eripiet dominus Wernerus et quitum faciet et indempnem. Preterea si aliquod dampnum reciperem tempore residencie mee, quod probare possem et ostendere sacerdotibus terre et aliis fide dignis michi evenisse ex parte domini Werneri vel informacione illius, id michi refundere debet secundum sacerdotum terre et aliorum fidedignorum estimacionem. Jn omnium cautelam et certitudinem firmiorem premissorum Martinus de Havene et frater meus Johannes Ghodowe mecum pariter promiserunt, et sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°C°CXLVIII, sabbato ante dominicam Palmarum.

[1] Premissa coram nobis domino Hinrico et domino Johanne dictis Plessekowe facta protestamur sub anno Domini M°C°C.L.III, die beati Gregorij.

Litterae testimoniales, *auf der Registratur.*

1) Ist von anderer Hand hinzugefügt und halb verlöscht. Am natürlichsten gehört der Zusatz auch ins Jahr 1348, doch lässt sich nicht mehr erkennen, ob vor und nach L die Ziffern X und V oder

## CMI.

*Johann, Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über die Auflassung des Dorfes Böbs abseiten der Knappen Diedrich Dunker und Thimmo Marute an den Lübeckischen Bürger Marquard Boom. 1348. Jun. 24.*

Nos Johannes Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino || sempiternam.. Vniuersis cupimus esse notum, quod coram nobis constituti nostri fideles Thidericus Dvnker, et || Thimmo Marûte famuli cum eorum bona ac libera voluntate, et beneplacito ac consensu eorum heredum ac omnium, || quorum intererat, rite et racionabiliter nobis resignauerunt totam villam dictam Bobitze, sitam in parrochia Kurowe Lubicensis dyocesis, cum curia sita in eadem villa et cum omnibus bonis ipsi ville adiacentibus, necnon omni eorum juri, quod hactenus in eadem villa et bonis habuerunt, penitus renunciauerunt. Hinc est, quod nos de maturo nostro consilio et libera voluntate nostra, ac beneplacito et consensu nostrorum heredum et omnium, quorum intererat et interesse poterit, predictam villam Bobytze cum curia sita in ipsa uilla, ut premittitur, contulimus et appropriauimus rite et racionabiliter, et per presentes conferimus et appropriamus ac resignamus nostro fideli Marquardo dicto Boom, ciui in Lubeke, et suis veris heredibus, cum omnibus bonis memorate uille et curie adiacentibus, quibuscumque censeantur nominibus, et cum omnibus et singulis, sicut ipsa uilla cum curia ac bonis in suis metis et distinctionibus penitus continetur, cum omnibus fructibus, emolimentis et prouentibus, cum omni jure, libertate et proprietate, pacifice, libere, et perpetue possidendam et habendam sine impeticione nostra, nostrorum heredum ac successorum, et sine reclamore, contradictione et impedimento cuiuscumque, hac autem auctoritate plenissime addita, quod prefatus Marquardus et sui heredes prenominatam villam, curiam ac bona vendere possint, quibuscumque eis placuerit, et eciam valeant ipsa bona alienare, quacum-

---

blosse Punkte, wie sie bei den Zahlen üblich sind, gestanden haben. Als Gregoriustag scheint nach dem Calendarium des Lübeckischen Heiligen-Geist Hospitales in unserer Stadt der 12. März gegolten zu haben. Falls das Datum aber 1348 ist, würde man sich für einen andern der vielen Gregoriustage zu entscheiden haben, am ersten für den 29. April. — Den 18. April stellt derselbe Priester folgende Vollmacht für seinen Bruder aus, welche sich gleichfalls auf der Registratur befindet: Jth si wictilch, dat har Gerth Gudow de prester vas vor den heren van Lubeke || op dem hus, vnde leyth op sineme brodere Johanne Gudowen de twintich || mark geyldes tho Mordorpe, vnde gaf em velle mach tho donde vnde tho latende, also efte he ith suluen mit henden edder mit munde dede. Dar sint thuge tho Johan van den Rede, Bertram de goltsmit, Deythart Sachteleuent, Gerden van Hamele vnde ander wele guder lude. Na Godes bort MCCCXLVIII, des Vrychdages in der hoytich tho Paschen.

que alienacione decreuerint, aut in personas ecclesiasticas seu seculares transferre, quibuscumque, ubicumque et quandocumque eis uidebitur expedire. Volumus insuper, homines pretacta bona colentes et possidentes ab omni onere exactionum, seruiciorum, precariarum, prestacionum ac quorumcumque grauaminum penitus esse exemptos. Vt autem premissa firma et inuiolata permaneant, presens scriptum nostri sigilli appensione iussimus communiri. Testes huius rei sunt nostri fideles, domini Nicolaus de Rantzowe, Otto Morder, Johannes Meynerstorp, Hartwicus de Rantzowe milites; magister Wedego noster cancellarius, et Keye de Rantzowe famulus, et alij quam plures clerici et layci fidedigni. Actum et datum Plone, anno Domini M̊CCC quadragesimo octauo, ipso die beati Johannis baptiste.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit an einer platten grün seidenen Schnur hängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMII.

***Der Knappe Hartwig von Ritzerau ersucht den Rath von Lübeck um Rückgabe von acht Pferden, welche er und der Knappe Witte Make im Dienste des Königs von Dänemark und des Herzogs von Sachsen den feindlichen Grafen von Holstein abgenommen haben. 1348. Jun. 28.***

Honorabilibus viris ac famosis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, Hartwicus || de Ritzerowe famulus seruicium suum in omnibus et honorem. Noueritis, quod illos octo || equos, quos vester aduocatus sumptos prope Ritzerowe ad vestram duxit ciuitatem, stren||nuus famulus Witte Make et ego cum nostris, dominorum nostrorum regis Dacie ac ducis Saxonie seruitores, sumpsimus et abstulimus super manifestos dominorum nostrorum eorundem inimicos, videlicet dominos comites Holtzatie. Quapropter eosdem equos nobis remitti peto per exhibitorem presencium. Quibus sibi presentatis per vos quiti extunc ab omni impeticione racione premissorum ex parte nostri et nostrorum manebitis penitus. Pro quo vobis sto et promitto per presentes. Datum premissorum in testimonium anno Domini M̊CC̊C̊XL octauo, in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli, meo sub sigillo.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Vom aufgedrückt gewesenen Siegel sind nur noch Buchstabenreste vorhanden.*

## CMIII.

*Der Ritter Vicko von Stralendorf bekennt, wegen der dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck verkauften Güter auf Pöl von demselben eine angesprochene Entschädigung von 10 Mark Lüb. Pf. erhalten zu haben. 1348. Jun. 29.*

Ego Vicko de Stralendorp miles. Tenore presentium recognosco lucidius atque testor, quod cum bona voluntate accepi a prouisoribus domus Sancti Spiritus in Lubeke decem marcas lubicenses, pro quibus eosdem prouisores et bona dicte domus in terra Pole existentia dimisi pro me et meis heredibus quita penitus et soluta de debito atque damno, que ab ipsis monui et postulaui ex parte bonorum villarum Zee et Weytendorpe et Brandenhusen et trium mansorum in villa Wangeren, que bona dicti prouisores a me rationabiliter comparauerunt, et sic omnia, que inter nos erant nomine dictarum villarum et mansorum, sunt in bono terminata et finita. Jn cuius testimonium sigillum meum pro me et heredibus meis presentibus duxi appendendum. Testes et placitores premissorum sunt domini Johannes de Cropelyn et Herus de Walmerstorpe consules, et Degenardus Heegell et Godeke Hôseeck ciues Wismarienses. Datum et actum Wismar, anno Domini M̊CCĈXLVIÎI, in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum.

*Nach dem 1359 angelegten Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales. fol. 87.*

## CMIV.

*Die Knappen Johann und Hartwig Hummersbüttel, Johann und Hartwig von Tralow, Eler Modentin und Make und Heineke Struz geloben, als Wehrgeld für den von den Leuten der ersigedachten Beiden erschlagenen Lübeckischen Bürger Peter von Münster dessen Neffen 80 Mark Lüb. Pf. zahlen zu wollen. 1348. Jul. 3.*

Wi Johan vnde Hartuich brodere gheheten Hummersbûthle, Johan vnde Hartuich brodere van Tralowe, || Eler Mødentyn, Make vnde Heyneke gheheten Struz knapen. Bekennen vnde betughen opembare || in desser ieghenwordeghen scrift, dat wi gheuen schølen den erbaren mannen, den heren den rat||mannen der stat to Lubeke, alse wi en ghelouet hebbet mit ener samenden hant, tachtentich mark lubeker penninghe vppe Mituasten, de nu neghest tokomende is, to Cordes Helten hant, eres børghers, to beteringhe vor Petere van Munstere, des syluen Cordes oom, de dot gheslaghen wart van vseme ghesinde, Johannes vnde Hartuighes Hummersbûthlen. Wi scolen ok eren borghern, alse Henneken van Molne, gheuen vyf

mark lubesch, vnde Westuale dem dreghere twe lubesche guldene, ok to Mituasten, de en ghenomen worden vppe de syluen tyth, alse Peter van Munstere vorbenømet gheslaghen wart. Dar mede scal id en sone wesen twischen der stat to Lubeke vnde vs vmme de stucke, de dar schuden den borghern van Lubeke, do Peter van Munstere vorbenømet gheslaghen wart. Were auer dat wi de vorbescreuenen penninghe vppe den dach nicht en betalenden, so moghen de ratmanne van Lubeke vredelos legghen alle de, de vmme desse vorbescreuenen stucke nu rede twye gheladen sint in ereme richte. Ok schølen denne alle deghedinge, alse hir vore bescreuen stat, meer nene macht hebben. Des hebbe wi to ener opembaren betughinge vse ingheseghelę ghehenget to dessem breue. Ghedeghedinget vnde ghegheuen to Lubeke, in dem jarė na Godes bort dusent drehundert in deme achte vnde vierteghesten jare, des Donersdaghes na synte Peters daghe vnde synte Pawels der hilghen apostelen.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den sieben anhängenden wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMV.

***Der Knappe Heino Brockdorf urkundet über den zwischen der Stadt Lübeck und ihm und seinem Anhange geschlossenen Waffenstillstand. 1348. Jul. 5.***

Ego Heyno Brǒkdorpe famulus. Tenore presencium recognosco || publice protestando, me cum honorabilibus viris, dominis con||sulibus ciuitatis Lubicensis, super omni dissencione, inter eosdem ac || ciues et ciuitatem eorum ex vna, et me ac meos parte ex altera quocunque modo existente, firmas et amicabiles treugas pro me, meis amicis ac omnibus et singulis causa mei facere seu dimittere volentibus placitasse et acceptasse, duraturas in firma securitate infra hinc et festum Natiuitatis beate Marie virginis proxime nunc affuturum et per illum festiuum diem totum. Pro quibus quidem treugis in vera securitate seruandis, vt premittitur, occasione cuiuslibet mali postergata, strennuus famulus Ludekinus Scarpenbergh, filius domini Heynonis, vna mecum, et ego vna cum ipso manibus iunctis dataque fide in solidum eisdem dominis consulibus promisimus ac promittimus per presentes, et nostra sigilla presentibus appendi fecimus in euidens testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini M̊CC̊CX̆L octauo, sabbato infra octauas Petri et Pauli apostolorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit beiden anhängenden Siegeln.*

## CMVI.

*Die Knappen Marquard von Zülow, genannt von Steinhorst, und Ludekinus Scharfenberg urkunden über die Beilegung der zwischen ihnen und der Stadt Lübeck stattgehabten Fehde. 1348. Aug. 1.*

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, senior Marquardus de Tzule dictus de Steenhorst et Ludekinus || Scarpenbergh, filius domini Heynonis, armigeri, salutem in Domino. Presencium testimonio recognoscimus et constare || volumus vniuersis, quod omnes dissenciones, controuersie siue cause, quas contra honorabiles viros, dominos || consules, ciues et ciuitatem Lubicensem habuimus hucusque uel habere poteramus occasione dampnorum nobis et nostris per aduocatum et stipendiarios eiusdem ciuitatis inter curiam Steenhorst et Lynowe nuper, dum nostros insequebantur, aut alias factorum qualitercunque et illatorum, composicione interueniente amicabili, finite, terminate sunt penitus et sopite, sic quod racione premissorum domini consules, ciues, ciuitas, aduocatus et stipendiarij prenotati molestari per neminem debebunt de cetero aliqualiter uel grauari. Prout hiis super omnibus firmiter seruandis Ludekinus et Hermannus fratres dicti Scarpenbergh, filij domini Ludolphi, Hermannus Scarpenbergch, filius domini Heynonis, et junior Marquardus de Tzule, armigeri, vna nobiscum coniunctis manibus dataque fide insolidum promiserunt eisdem dominis consulibus ac promittunt per presentes. Et in euidens premissorum omnium testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini M̊CC̊CX̊L octauo, Petri ad Vincula.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit angehängten sechs Siegeln, von welchen No. 3 zur Hälfte, No. 5 ganz vom Bande abgesprungen ist.*

## CMVII.

*Der Knappe Vicko Lützow bekennt, vom Kloster St. Johannis zu Lübeck ein Geschenk von 40 Mark Pf. empfangen zu haben, und verspricht dagegen, das klösterliche Dorf Driberg nicht nur nicht zu beschädigen, sondern, wie die anderen Güter des Klosters im Lande Ratzeburg, zu beschützen. 1348. Aug. 15.*

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Vicko Lůtzowe famulus salutem in Domino.|| Recognosco presencium testimonio constare cupiens vniuersis, quod reuerende || in Christo domine, . . abbatissa, . . priorissa et conuentus monialium monasterij beati Johannis ewangeliste in Lubeke, ex fauore et speciali amicicia liberaliter michi dederunt et in numerata pecunia prompte porrexerunt, quadraginta

marcas denariorum monete lubicensis, propter quod beneficium sic karitatiue michi impensum me ad hoc obligo presentibus et astringo, quod ville earum Dryberghe et villanis ibidem nuncquam dampna aliqua inferre debeam aut facere inferri per meos aliqualiter, sed eandem villam ac villanos tamquam mea propria bona erga omnes sibi dampna inferre volentes, si qui fuerint, quamdiu vixero, proplacitare debebo et vna cum alijs earundem monialium bonis in terra Raceborgh situatis in omnibus, quibus potero, defendere fideliter et tueri. Jn cuius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊CX̊L octauo, in festo Assumpcionis Marie.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters. Das Siegel liegt abgerissen bei.*

## CMVIII.

### *Aufzeichnung über die abseiten der gesammten Gläubiger von Röttger Witte geschehene Wahl von Güterpflegern. 1348. Aug. 23.*

Notum sit, quod Gherardus Gallin, Godekinus de Reualia, ‖ Thidemannus hudekoper in der Borghstraten, Johannes Werneri ‖ ex parte Leneken leywantkopersche, Johannes Langge de Osenbrugge, ‖ Nicolaus Redwisch, Conradus Ruscenbergh, Euerardus Nyenborgh ex parte Hillebrandi Scotten, Hinricus de Molendino, Engelkinus sartor in der Borghstraten, Nicolaus Rodewinkel ex parte Vicconis de Noua ciuitate, Hinricus de Mynden, Hermannus Westual, Johannes Schoneke, Bernardus Stekemest, Wlf Schiphorst et Bodo Bernewit ex parte Rotgheri de Cleye, creditores Rotgheri Witten, erant communiter congregati in ecclesia beate Marie, in qua deliberato animo et concorditer ex omnibus eis elegerunt Johannem Longum, Gherardum Gallin et Godekinum de Reualia antedictos: quibus plenam dederunt potestatem ex parte omnium ipsorum faciendi et dimittendi cum omnibus hereditatibus, redditibus aut aliis bonis quibuscunque tam mobilibus quam immobilibus prefati Rotgheri extra ciuitatem vel intra ciuitatem Lubeke existentibus ad eorum vsus, velud scripta sunt ipsis in libro ciuitatis Lubicensis. Datum anno Domini M̊CC̊CX̊L octauo, in vigilia Bartolomei apostoli. Testes sunt domini Bernardus Plescowe et Johannes Plescowe consules Lubicenses.[1]

*In dorso*: Littera testimonialis creditorum Rotgheri Witten.

Litterae testimoniales *auf der Registratur*.

---

1) Die Namen der Rathmänner sind, wie häufig in den Memorialbriefen und Testamenten, nach Ausfertigung der Urkunde später eingetragen.

## CMIX.

*Der Ritter Detlev und die Knappen Heinrich und Walrav von Parkentin verbürgen sich für die abseiten des Henekin Strikhose und Eberhard von Wickede der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1348. Sept. 1.*

Nos Dethleuus miles, Hinricus et Walrauo armigeri dicti de Parkentyn. Recognoscimus || tenore presencium publice et testamur, quod, cum Henekinus dictus Strikhose et Euerhardus || de Wickede iurassent dominis consulibus Lubicensibus ac vniuersis burgensibus ciuitatis eiusdem || debitam orueydam pro se et pro omnibus eorum consanguineis et amicis natis et nascendis et pro omnibus et singulis causa eorum facere seu dimittere quicquam volentibus, pro eo quidem, quod ab inpeticione . . aduocati nobilis viri, domini Johannis comitis Holtsazie, pro spolio in vinculis predictorum dominorum consulum ad duorum dierum spacium tenebantur, nos pro dicta orueyda, omni dolo postposito inuiolabiter obseruanda per Hennekinum et Euerhardum supradictos ac per eorum consanguineos et amicos, vt premittitur, promisimus pretactis dominis consulibus Lubicensibus et per presentes promittimus insolidum data fide. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillis sepedictorum Hennekini et Euerhardi presentibus sunt appensa. Actum et datum anno Domini M̊CC̊X̊L octauo, ipso die beati Egidii.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel des Detlev von Parkentin. Von den andern vier sind nur die Siegelbänder erhalten.*

## CMX.

*Johann und Heinrich, Grafen von Holstein und Stormarn, ertheilen ihren Consens zu der zwischen ihrem Bevollmächtigten Willekin Gruwel und Marquard Westensee geschlossenen Sühne. 1348. Sept. 20.*

Johannes et Hinricus Dei gracia comites Holtzacie et Stormarie. Vniuersis presencia || visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus tenore presencium || publice et testamur, quod Wylkinum dictum Gruwel per patentes litteras nostras in actorem || statuimus nomine nostro ad impetendum et conueniendum Marquardum Westenze iure lubicensi et intra ciuitatem Lubeke pro incendario terre nostre et aliis delictis. Et quia Wylkinus et Marquardus predicti se inuicem racione impeticionis et conuencionis per eundem Wylkinum super Marquardum predictum factis composuerant, gratum et ratum tenemus perpetue et habemus, et ea, que lite pendente inter eos cuiquam acciderant, nolumus ciuitati

Lubicensi aut eorum conciuibus aliqualiter imputare. Jn cuius rei euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum ørkel, anno Domini M̊CC̊ quadragesimo octauo, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden Siegeln.*

## CMXI.

***Der Knappe Hartwig von Ritzerau ersucht den Rath von Lübeck, die von dessen Dienern seinen Knechten abgenommenen vier Pferde ihm wieder herauszugeben. 1348. Oct. 9.***

Honorabilibus viris ac famosis, dominis . . consulibus ciuitatis || Lubicensis, Hartwicus de Ritzerowe famulus promptum seruicium || in omnibus cum honore. Vestram famositatem peto studiose, qua||tenus quatuor equos per vestros seruitores meis famulis Elero Crambeken, . . Hȯuede, Hennekino Mechtelde sȯne, ac Maken Schůtten ablatos exhibitori presencium restituere dignemini. Nam quod dicti equi meis predictis famulis veraciter pertineant, quodque iidem mei famuli, postquam in meum venerunt seruicium, nuncquam vestrum aut vestrorum peius egerint aut procurauerint, super meum honorem presentibus fidem habere debebitis et respectum. Datum anno Domini M̊CC̊CX̊L octauo, Dyonisij et sociorum eius, meo sub sigillo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMXII.

***Der Knappe Ludekin Scharfenberg ersucht den Rath von Lübeck, ihm die von dessen Dienern seinem Knechte Make Steen abgenommenen zwei Pferde herauszugeben. 1348. Oct. 10.***

Honorabilibus viris et discretis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis. Lude||kinus Scharpenbergh famulus, filius quondam domini Heynonis, seruicium || cum honore. Honestatem vestram instanter peto et studiose, quatenus duos || equos meo famulo Maken Steen per vestros seruitores ablatos presencium exhibitori restitui faciatis. Nam dicti equi predicto meo famulo, et nulli alteri, pertinent, nec ipse aut ego hoc alicui dicimus aut facimus in subsidium. Jdemque Make illorum de Gȯdowe aut aliorum vestrorum emulorum non fuit nec est adiutor aut famulus. Super quibus omnibus, quod ita in veritate sint, vt premittuntur, ad honorem meum fidem habeatis et respectum. Datum sub meo sigillo presentibus appenso in premissorum testimonium, anno Domini M̊CC̊CX̊L octauo, in crastino Dyonisij et sociorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das in der Umschrift zum Theil zerstörte Siegel hängt an.*

## CMXIII.

*Der Ritter Thimmo von Godendorp urkundet über die von ihm der Stadt Lübeck geleistete Urfehde. 1348. Oct. 17.*

Omnibus presens scriptum cernentibus Thimmo de Godendorpe miles [miles] salutem in Domino. Recog||nosco tenore presencium publice et protestor, quod commendabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, et eorum || vniuersis ac singulis conciuibus, necnon Alberto Brugghemekere, aduocato eorum in Segheberghe, promisi || data fide manu in manum debitam orueydam pro me et pro omnibus consanguineis meis et amicis natis et nascendis ac pro omnibus et singulis causa mei quicquam facere seu dimittere volentibus, pro eo videlicet, quod predictus Albertus me cum meis sociis et famulis duxit captiuatum. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Et nos Johannes de Kylone miles, Dethleuus filius quondam domini Bertoldi, Otto filius quondam domini Dethleui militum dictorum de Wensyne, et Wulf dictus Pogghewisch, armigeri, promisimus data fide manu in manum et presentibus promittimus pretactis dominis consulibus Lubicensibus et Alberto Brugghemekere vna cum memorato domino Thimmone, ita quod supradicta orueyda per eum et suos consanguineos natos et nascendos debet, vt premittitur, inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei euidens testimonium sigilla nostra cum sigillo sepetacti domini Thimmonis presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCC XLVIII, in profesto beati Luce ewangeliste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden fünf wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMXIV.

*Der Ritter Thimmo von Godendorp und der Knappe Detlev von Wensin verbürgen sich für die von Hasso Kovoth dem Rathe von Lübeck geschworene Urfehde. 1348. Oct. 27.*

Nos Thimmo de Godendorpe miles, et Dethleuus, filius quondam domini Bertoldi de Wensyne, || armiger. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, nos promisisse manu in manum || data fide et insolidum commendabilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, quod orueyda, quam Hasso dictus || Couoth eisdem dominis consulibus debite iurauit pro se et omnibus consanguineis suis et amicis natis et nascendis, debet pretactis dominis consulibus ac vniuersitati ciuitatis Lubicensis, omni dolo postposito, inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCXLVIII, in vigilia beatorum Symonis et Jude.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit beiden anhängenden wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMXV.

*Hermann Merzel, Vogt des jungen Grafen Gerhard von Holstein, verbürgt sich für die von Make Schütt dem Rathe zu Lübeck geschworene Urfehde. 1348. Dec. 2.*

Ego Hermannus dictus Merzcel aduocatus nobilis viri domicelli Gherardi comitis Holtzacie. || Recognosco tenore presencium publice et protestor, me honoribilibus viris, dominis consulibus Lubicensibus, || promisisse data fide pro debita orueyda, quam iurauit eis Mako Schutte, pro eo quod idem || Make per familiares ciuitatis Lubicensis captus fuerat et wlneratus, ita quod nec ipse Mako nec aliquis suo nomine ea, que sibi ista vice de dictis familiaribus ciuitatis Lubicensis acciderant, debet futuris temporibus aliqualiter vindicare. Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°CC° XLVII°I, feria tercia post Andree.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMXVI.

*Der Ritter Thimmo von Godendorp und die Knappen Jwan von Crummendik und Melchior Ketelhot verbürgen sich für die von Johann Urhane und sechs Anderen dem Rathe von Lübeck geschworene Urfehde. 1348. Dec. 6.*

Nos Thimmo de Godendorpe miles, Jwanus de Crummendyke et Mathias Ke||telhůt armigeri. Recognoscimus tenore presencium et testamur, nos communi manu et || insolidum data fide promisisse honorandis ac discretis viris, dominis consulibus || Lubicensibus, quod orueyda, quam Johannes Vrhane, Hartuicus Vorborgh, Make frater Schelen, Make Sutor, Hennekinus Smedeke, Hincekinus seruus Jwani predicti et Thimmekinus de Wacken jurauerunt eisdem dominis consulibus pro eo, qnod per eorum familiares capti fuerant et aliqui eorum wlnerati, debet pro eis et pro omnibus et singulis eorum causa quitquam facere seu dimittere volentibus natis et nascendis, omni dolo postposito, inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini M°CC°X°L octauo, ipso die beati Nicolai episcopi et confessoris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMXVII.

*Der Rath zu Stralsund schreibt dem Rathe zu Lübeck wegen eines von diesem zu bezahlenden Schiffes. O. J. (1334—48.)*[1]

Magne prouidencie et honestatis viris, ipsorum amicis merito diligendis, dominis || consulibus Lubicensibus, consules Stralessund amoris et seruicij continuum incrementum.|| Vestram prouidenciam rogamus instancia, qua valemus ampliori, quatinus || nostrarum precum intuitu domino Hinrico Moor ducentas marcas denariorum cum XXII marcis IIII solidis minus nostre monete, in quibus nobis tenemini ex parte coggonis Paschedach, ad manus domini Arnoldi Vuoth, nostri consulatus socij, dignemini presentare, quia idem dominus Arnoldus ipsam pecuniam in Sundis a nobis emit, de qua quidem pecunia domino Constantino, vestro consulari, XVIII solidi grossorum thuronensium dabuntur. Jn quo nobis magnam gratitudinem exhibebitis apud vos et vestros promerendam. Scriptum nostro sub secreto sigillo, dominico die, quo cantatur Circumdederunt. Jn Christo valete nobis precipientes.

*In dorso:* Prudentibus viris, ipsorum amicis merito diligendis, dominis consulibus Lubicensibus, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem Secret.*

## CMXVIII.

*Abrechnung über eine für Rechnung der Stadt Lübeck gemeinschaftlich mit Johann Hovemann getriebene Rhederei. O. J. (1338—48.)*

Notum sit, quod Johannes Houeman emit a camerarijs terciam partem vnius coggonis pro centum et XXX marcis denar. anno M̊CC̊CXXX̊VIII̊, in Pascha, quem videlicet coggonem ipse ducet versus mare sub euentu et fortuna sui ipsius et ciuitatis. Omnibus expositis ciuitati nostre cesserunt in lucrum XXXIII marce den., sub anno M̊CCCXXXVII̊. Jtem XXXVIII marcas in lucro dominis camerariis presentauit sub anno MC̊CCXL, Johannis baptiste. Jtem XL marcas et VIII solidos exposuimus ex parte ciuitatis tantum pro malo ad coggonem et alijs instrumentis preparatis. Jtem XL marcas sub anno XL̊I in lucro camerariis presentauit. Jtem pro ankoris et cabelen exposuimus X marcas et IIII solidos pro parte nostra. Jtem idem Houemann sub anno XLII̊ presentauit dominis camerarijs pro lucro sui

1) Arnold Woth wird 1334 zuerst als Rathsherr genannt und ward 1347 Bürgermeister; 1348, 25. Mai (Urbani) starb der Lübecker Rathmann Constantin.

coggonis CL marcas: inde XXV marce pro emendatione sui coggonis sibi sunt representate. Jtem XX marcas pro lucro coggonis dominis camerariis presentauit. Jtem dedit anno XL quinto, feria IIII^ta^ ante Pascha, XX marcas de coggone. Jtem anno XLVI, dominica Letare, presentauit nobis LX marcas. Jtem presentauit anno XLVII, dominica Jnvocauit, XLI marcas. Jtem anno XLVIII presentauit X marcas, in Purificacione.

*Aus dem zweiten der noch vorhandenen Kämmereibücher, unter der Rubrik:* Diuersa notabilia. fol. 11^a^.

## CMXIX.

***Der Rath zu Erfurt schreibt an den Rath zu Lübeck wegen der von einem Lübeckischen Studenten in Erfurt hinterlassenen Schulden. O. J. (Zwischen 1331—1349.)***[1]

Honorabilibus et prouidis viris, amicis suis specialibus, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, || magistri consulum et . . consules Erfordienses honoris et obsequij continuum incrementum. Exposuit nobis || vir discretus Petrus aurifaber, noster ciuis, quod Hartwicus dictus Rychtlingen clericus, pro quo alias nobis vestras supplicatorias litteras direxistis, scilicet vt gracia vacandi studio apud nos morari posset, donec eidem conpeteret, amore vestri annuere dignaremur, cum nemini crederetis debere succrescere offendiculam ab eodem, remanserit, cum ab Erfordia discederet, in quatuor marcis puri argenti ponderis erfordiensis, in quibus dicto nostro ciui, vt asserit, tenetur, adhuc legitime obligatus. Quem vt informare dignemini nostri causa, vt premissam pecuniam exsolui procuret, et hanc Stephano de Nůrinberg nomine dicti nostri ciuis presentet sine protractione qualibet atque tradat, vestram petimus prouidenciam circumspectam, informantes nichilominus Syfridum aurifabrum, vestrum ciuem, vt duas marcas, pro quibus se erga dictum nostrum ciuem nomine dicti clerici fideiussorie obligauit, tradat similiter et presentet Stephano supradicto. Jd nostra interest, locó et tempore se offerentibus, vtique promerendum. Datum sabbato ante Rogaciones.

*In dorso:* Honorabilibus viris, dominis . . consulibus ciuitatis Lubecensis, amicis suis dilectis, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel, das zum Theil abgesprungen ist.*

---

1) In diesen Jahren kommt der in dem Schreiben erwähnte Lübeckische Bürger Sifridus aurifaber im Ober-Stadtbuche vor.

## CMXX.

*Nicolaus Ehlers, Bauer zu Weitendorf auf Pöl, verkauft dem Heiligen-Geist-Hospitale in Lübeck seine Hufe im Dorfe Weitendorf. 1349. Jan. 22.*

Uniuersis, ad quos presens scriptum peruenit, Nicolaus Eleri villanus in Weytendorpe salutem in Domino et rei geste agnoscere veritatem. Recognosco tenore presencium, constare cupiens vniuersis, me vna cum meis filiis Nicolao et Hinrico, cum voluntate et consensu Johannis, mei fratris, ac Erici, filii quondam Johannis felicis memorie mei filii, ac omnium et singulorum, quorum consensus ad hoc requirendi fuerant, rite et racionabiliter vendidisse, dimisisse ac coram domino meo, domino Johanne episcopo ecclesie Lubicensis, cum debita sollempnitate resignasse honorabilibus viris, . . prouisoribus, . . magistro ac fratribus domus Sancti Spiritus in Lubeke, ad vsus eiusdem domus et personarum in ea degencium, prouide ementibus pro centum et septem marcis denariorum monete Lubicensis, michi et meis filiis integraliter persolutis et in nostros vsus vtiles et necessarios expositis et conuersis, vnum meum mansum predicte ville Weytendorpe adiacentem, cum omni vtilitate, commoditate ac singulis suis pertinenciis, prout in suis distinctionibus comprehensus est et sicuti michi hactenus pertinebat, per eosdem prouisores, magistrum et fratres temporibus perpetuis libere et pacifice possidendum, nichil omnino iuris, proprietatis aut vtilitatis michi aut meis heredibus in eodem manso aliqualiter reseruando, volens atque debens vna cum meis filiis et compromissoribus infrascriptis eisdem prouisoribus, magistro ac fratribus de pretacto manso, prout in terris iuris fuerit, warandiam facere ac ipsum ab omnibus super illo loqui et iuri parere volentibus disbrigare penitus et omnino. Pro hiis omnibus et singulis firmiter omni prorsus occasione exclusa seruandis et precipue pro warandia et disbrigacione memoratis nos Nicolaus et Hinricus fratres, memorati Nicolai Eleri filii, Johannes Eleri, eius frater, Ericus, Johannis sui filii filius, pretacti, Johannes de Pöle, ciuis Wismariensis, Petrus de Malchowe, Hennekinus Vlrici, villanus in Malchowe, Henninghus Crös de Thimmendorpe, Nicolaus et Bertoldus fratres dicti Schulten, filii Hennekini Schulten, pretactis prouisoribus, magistro et fratribus stamus et promisimus ac coniunctis manibus in solidum vna cum pretacto Nicolao Eleri simplici promisso, quod redend wlgariter dicitur, ipsis promittimus per presentes, et in premissorum euidens testimonium omnium nostrorum sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno Domini MCCCXL nono, in die Vincencii martiris.

*Nach dem bei Lisch Meckl. Jahrb. XV. 241 f. gegebenen Abdrucke des im Mecklenb. Geh. und Haupt-Archive aufbewahrten Originales auf Pergament, mit anhängenden neun wohl erhaltenen Siegeln. Eine Abschrift befindet sich im Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales zu Lübeck.*

## CMXXI.

*Der Rath zu Lübeck beglaubigt beim Rathe zu Magdeburg Johann Wessekini als Bevollmächtigten seines Bruders Johann Spiker für ein diesem durch den Tod seines Vaters in Magdeburg zugefallenes Hauserbe. 1349. Febr. 5.*[1]

Prudentibus et honestis (ac) preclaris viris, suis amicis specialibus et sincere dilectis, dominis burgimagistris, . . consulibus et scabinis ciuitatis Magdeburgensis, . . consules ciuitatis Lubicensis seruiciorum suorum beningnitatem beniuolenciam et sinceram. Exposuit coram nobis Johannes Spiker, noster conciuis dilectus, quod vester quondam ciuis, ipsius pater, Rolef Spiker, viam vniuerse carnis ingressus, hereditatem seu domum quandam in sancti Olrici platea in vestra ciuitate antiqua sitam reliquerit, quam ad se iusta hereditaria deuolucione idem ciuis noster asserit pertinere, ita quod nullus alius quicquam obtineat in eadem, fecitque coram nobis absentem tamquam presentem Johannem Wessekini, fratrem suum, plenipotentem dicte domus, ita quod cum ea poterit libere facere et dimittere, quicquid velit, vendere et alienare, aut quicquid ei videbitur oportunum. Et hoc idem noster ciuis se dicit gratum et ratum perpetuo habiturus. Sic enim eandem domum sibi coram nobis penitus resignauit. Quod presentibus protestamur, rogantes vestram prudenciam affectiue, quatinus dictum Johannem Wessekini dicta domo frui libere annuatis et defensione vestra protectum non sinatis ipsum in eadem quomodolibet impediri, ita quod cum ea possit facere, quicquid velit. Quod volumus deseruire. Datum sub nostro sigillo appresso presentibus atergo intestimonium, anno Domini M̊CC̊XLIX, Agate virginis.

*Nach der in die unten abgedruckte Antwort aufgenommenen Abschrift.*

---

1) In Bezug auf dieses Schreiben sendet der Rath zu Magdeburg in einem der folgenden Jahre den nachstehenden Brief, mit theilweise noch erhaltenem (aufgedrücktem) Secret, welcher auf der Trese bewahrt wird:

Viris multum sapientibus, dominis
et amicis suis, . . consulibus in Lubeke.

Amicabilis ac indefessi seruiminis salute premissa. Nouerit circumspectio vestra reuerenda, Johannem Wessekini, quondam vestrum conciuem pie memorie, nobis vestre ciuitatis litteram patentem presentasse verba infra scripta continentem, quam apud nos adhuc noueritis (nos) reseruasse: (*Hier folgt der obige Brief.*) Vnde vestram sapienciam scire affectamus, antedictum Johannem Wessekini, quondam vestrum ciuem, eandem domum in ciuitate nostra suis sororibus Mechtildi scilicet et Ghertrudi, que quidem Mechtildis vobiscum in ciuitate vestra fore dinoscitur, coram nobis in iudicio nostro seculari, prout fieri assolet nobicumque, donasse et resignasse, ita videlicet, vt jam dicta domus ad prefatas Mechtildim et Ghertrudim pertinere dinoscitur, et ad alium prorssus nullum, secundum jus et conswetudinem nostre ciuitatis. Quod presentibus protestamur, non permittentes, quod heredes memorati Johannis Spikeres predictas Mechtildim et

## CMXXII.

*Heinrich, Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über den Verkauf und die Auflassung des Dorfes Swinkenrade abseiten seines Vasallen Tidemann Dunker an den Lübeckischen Bürger Marquard Boom. 1349. Febr. 26.*

Nos Hinricus Dei gracia comes terre Holtzacie et Stormarie. Vniuersis presencia visuris salutem in Domino.‖ Presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis, Tydemannum Dunker, ‖ nostrum vasallum fidelem, de nostro beneplacito et consensu vendidisse Marquardo Bom, ciui ‖ Lubicensi, suisque veris heredibus villam suam Swinekenrode dictam cum omnibus fructibus et proprietate, prout est in suis distinctionibus comprehensa. Quare nos prefato Marquardo suisque veris heredibus eandem villam cum omni iure et proprietate contulimus pleno iure, sic quod eam cum redditibus et fructibus in ea existentibus, quacumque alienacione decreuerint, transferre possint in personas ecclesiasticas aut seculares, et cum eis in perpetuum facere, quidquid velint, absque nostra seu nostrorum heredum inpeticione. Jn cuius rei testimonium presentem litteram nostro sigillo fecimus fideliter roborari. Datum anno Domini M̊CCC̊XL nono, feria quinta proxima ante dominicam Jnuocauit.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit angehängtem etwas verletzten Secret.*

## CMXXIII.

*Johann, Bischof von Lübeck, überträgt für die Zeit seines Lebens dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck das nutzbare Eigenthum der Hufe des Nicolaus Ehlers in Weitendorf auf Pöl. 1349. März 1.*

Johannes Dei gratia Lubicensis ecclesie episcopus. Vniuersis presentium inspectoribus salutem, et rei geste agnoscere veritatem. Recognoscimus presentibus et testamur, quod nos cum maturo consilio ac debita solennitate juris vnum man-

---

Ghertrudim in prefata domo [non] inpediant, cum semper nullum jus ipse heredes in eadem domo habeant approbare. Preterea desideramus, vt sepedictas juuenculas Mechtildim et Gerthrudim promouere studeatis ad assequendum quedam bona, que ipsis Johannes Spiker assignauerat suis in extremis, vt talia vna cum assecucione bonorum, sint quecumque, que ad ipsas jure hereditario ex obitu quondam sui fratris Johannis Wesseking pie memorie deuoluta sunt, cum bonis, que ipsis donauerat idem Johannes, inprotractim consequantur, in premissis vos exhibendo, vt ob inde vobis et vestris quibuscumque nostris seruiciis gratuitis conplacere habeamus. Datum feria secunda proxima post dominicam Jubilate, nostro sub secreto tergotenus inpresso huic scripto intestimonium premissorum.

Per nos . . consules et vnionum magistros in Magdeburg.

sum in terra Pole nostre diocesis, quem hactenus Nicolaus Eleri, et eius filij Nicolaus et Hinricus eiusdem cognominis, ac Erick et Nicolaus, predictorum filij de villa Weytendorpe obtinebant et excolebant, ad liberam resignationem eorundem conuentui et fratribus domus Sancti Spiritus in ciuitate Lubicensi rite contulimus et presentibus concedimus, ad tempora vite nostre dumtaxat libere obtinendum, possidendum, per se vel alios excolendum, omni juri et libertatibus nostris successoribus illesis et integraliter preseruatis. Jn euidens testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lubeke, anno Domini MCCC quadragesimo nono, die dominica, qua cantatur Jnuocauit, presentibus discretis viris dominis magistro Johanne Boycyn medico, Bartrammo Vorradt consule Lubicensi, Johanne Wisen clerico, et aliis fide dignis.

*Nach dem Copiarius des Heiligen-Geist Hospitales v. J. 1539. fol. 89.*

## CMXXIV.

***Erich, Herzog zu Sachsen, und Johann, Heinrich, Nicolaus und Gerhard, Grafen zu Holstein, urkunden über einen mit der Stadt Lübeck auf drei Jahre geschlossenen Landfrieden. 1349. März 1.***

Vy Eric hertoghe van Sassen de junghere, Johan, Henric, Clawes vnde Gherd greuen to Holzsten. Bekennen vnde betughen openbare in desser scrift, dat wi deghedinget || hebben mit den beschedenen mannen, den ratmannen der stat to Lubeke, vnde se mit vs enen lantvrede to holdende in desser wys: To dem ersten male, dat neman na || desseme daghe rouen, bernen eder en den andern van scal binnen vsen landen ane der heren orloghe, vnde en jewelk vser man scal sik noghen laten an rechte vor si||neme heren. We sik dar an nicht wolde laten nøghen, vnde dar embouen rouede, brande eder en den andern venghe in vsen landen, in welk eres vser lande dat schude, eder deme de schade schude, deme schole wi andern alle volghen mit vsen banneren, wi Eric hertoghe to Sassen mit drittich mannen mit helmen vnde dertich mannen wapent, Johan greue to Holzsten mit dertich mannen mit helmen vnde dertich mannen wapent, Henric vnde Clawes greuen to Holzsten mit dertich mannen mit helmen vnde dertich mannen wapent, vnde Gherd greue to Holzsten mit teyn mannen mit helmen vnde mit teynen wapent. Vortmer de van Lubeke scolen volghen mit veftich mannen wapent vnde mit teyn schutten in den landen to Raceborgh vnde to Holzsten, wor des not is, vnde mit ener bliden mit eneme driuenden werke vnde mit eneme werkmestere van erer stat

ouer achte mile, vnde nicht vorder. Vortmer wil greue Alf van Schowemborgh in desseme lantvrede wesen, so scal he volghen mit teyn mannen mit helmen vnde mit teynen wapent. Vnde willet de van Hamborgh dar inne wesen, so scholen se volghen mit dertich mannen wapent vnde mit teyn schutten in den vorbenomeden landen, wor des not is, vnde mit ener bliden mit eneme driuenden werke vnde mit eneme werkmestere, van erer stat ouer achte mile, vnde nicht vorder. Vnde en iewelk vppe sine eghenen kost, win vnde vůrlust na mantalen. Oft des not were, so scal en iewe(l)k volghen noch enes also stark, alse hir vore screuen is. Were ok dat des groter not were, malk scal volghen mit aller macht. Vnde were dat vser heren welk nicht to lande were, so schal men vsen ambet luden to spreken vmme desse volghe, de scholen se don van vser weghene. Desse volghe scal men don binnen den landen to Raceborgh, to Sadelbendingen, to Holzsten vnde to Stormern. Vortmer were dat vser ienich, de in desseme lantvrede sin, in vsen landen voruanghen worden vte den landen to Zwerin vnde to Wittemborgh, in de lant scole wi volghen mit alsodaner volghe, alse hir vore screuen is, vnde weder don dat vppe de heren vnde vppe de lant, dar it vs vt geschen is. Vortmer we de misdedere houede, husede eder spisede, de scal like sculdich wesen, it enwere also dat he des nicht enwiste, dat se vůruestet weren, des mach he vnsculdich werden sylf twelfte vser vmberuchteden man vppen hilghen. Vortmer were dat ienich man vmme rof, brant vnde venknisse eder vmme andere misdat voruestet worde in vser enes lande eder in der stede ienich, de scal vůruestet wesen in vser aller landen vnde in den steden. Mer de stede mit eren vůruesteden luden, de er desser tyt vůruestet weren, vnde mit eren helpern, dar scolen se dat mede holden, alse se alsus langhe dan heben, vnde ok mit vsen vůruesteden luden, de er desser tyt vůruestet sin, scolen it de stede holden, alse se vore deden. Ok nen vser heren vorbenomet ofte en ander man scal de misdedere vppe der heren daghe voren, quemen se auer dar, so scolen se nenes leydes neten: wolde dat ienich man weren, de scal like sculdich wesen. Vortmer were dat rof eder brant eder vengnisse in vser lande en scude, dar vluchtighes votes volghet worde, in welk vser lant de rof dreuen worde eder vanghenen to vøret worden, dar se inne bleuen, worde wi dar to laden eder vsen vogheden kundeghet, dar schole wi vnd alle de vse volghen vor de veste vnde scolen dar vore bliuen. Welk vser mer dar to gheladen worde, de scal volghen binnen ver daghen, alse hir vore schreuen is, vnde wert de veste ghewunnen, de scal men breken, ane der heren slote, de en oldinghes to hort hebben. Vortmer were dat ienich borghere van den vorbenomeden steden Lubeke vnde Hamborgh eder ienich kopman in vsen landen dot gheslaghen worde,

de dat dede, den scole wi vůruesten vnde scolen dar vmme volghen in allen stucken, alse vmme rof, brant eder vengnisse. Were ok dat der van Lubeke borgher welk ofte knechte welken bederuen man in vsen landen dot sløghe, des Got nicht enwille, dar scolen se ouer richten, ofte men en claghet, alse ere lubesche recht to secht. Mer were dat se sloghen ere vůruesteden lude eder rouere eder de ghene, de en helpe don wolden eder deden mit husende eder mit spisende eder anders jenegherleye wys, dar scolen se ane wesen sunder broke. Vortmer were dat ienich man vmme misdat ghesculdeghet worde, de dessen lantvrede rørde, des he vůrsøke, des mochte he vnsculdich werden sylf twelfte vser vmberuchteden man vppen hilghen. Were auer dat it mannen in den landen vnde steden witlik were, dar scole wi vp volghen, alse desse lantvrede to secht. Vortmer were vser heren ienich, de siner manne ieneghen vůrunrechtede na desser tyt, den scole wi andern heren mit den ratmannen van den steden berichten vnde scolen des macht hebben, dat he ene bi rechte late na deme rechte, dar he an beseten is. Vortmer desse lantvrede scal stan dre jar na desseme daghe. Vnde were dat ienich stucke eder veyde hir van vpstunde, des scole wi alle mit den steden een bliuen vnde vser nen scal sik daghen eder sønen, wi en hebben der stucke enen gantzen ende. Vnde mit dessen deghedingen scolen nenerleye vryheyt, breue eder hantuesten broken wesen eder in ieneghen stucken vůrerghert. Vor alle desse vorbescreuenen stucke vast to holdende sunder ienegherleye arghelist, so hebbe wi den vorbenomeden ratmannen vnde vser en iewelk dem andern louet mit hand vnde mit munde bi vsen truwen vnde mit vs vse truwen man, alse van hertoghen Erikes weghene her Egghert van Crummesse vnde Hartwich Tzabel, van greue Johannes weghene her Johan van Rickelkestorpe vnde her Hartwich van Rantzowe, van greue Henrikes vnde greues Clawes weghene Dethlef Wensine van Goleuitze vnde Otte Wensine, vnde van greue Gherdes weghene Henric Glusing vnde Cort Metzeke. Vnde to ener opembaren betughinge sint vser aller ingheseghele mit vser medelouere ingheseghelen ghehenget to dessem breue. Ghedeghedinghet vnde ghegheuen to Lubeke, na Godes bort dusent iar drehundert iar in deme neghen vnde verteghesten iare, des ersten Sůndaghes in der Vasten.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit zwölf wohl erhaltenen Siegeln; das dreizehnte (des Otto Wensin, No. 11 in der Reihenfolge) ist vom Siegelbande abgesprungen.*

## CMXXV.

*Gottschalk von Atendorn urkundet über die Eigenthumsverhältnisse des Dorfes Waredorf. 1349. März 18.*

Ego Gotscalcus de Attendorne. Recognosco publice in hijs scriptis, prout eciam habetur in || litteris patentibus super eo confectis, quod dimidietas ville Warstorp pertinet honestis viris, domino || Gotscalco Storm militi, necnon Hermanno fratri suo famulo, et eorum veris heredibus. Alia vero || dimidietas pertinet michi Gotscalco predicto seu alijs, quibuscunque pater meus in suo donauit testamento. Testes huius sunt honesti viri dominus Hynricus Pletzecowe et dominus Johannes Pletzecowe consules Lubicenses. Datum Lůbeke, anno Domini M̊CCC̊XLIX̊, feria quarta proxima ante Letare.

Litterae testimoniales, *auf der Registratur.*

## CMXXVI.

*Thomas, Sohn des Benedict de Bury, Bürgers zu Lynn, überträgt dem dortigen Bürger Philipp Wyth seine Ansprüche an das Grundstück, welches dieser daselbst von dem Geistlichen Wilhelm Becke gekauft hatte. 1349. Apr. 3.*[1]

Nouerint vniuersi, me Thomam filium Benedicti de Bury, burgensem Lenn', relaxasse et omnino quietumclamasse Philippo Wyth, burgensi Lenn', || heredibus et assignatis suis in perpetuum totum jus meum et clameum, quod habui uel quocumque modo habere potui uel potero in toto illo tenemento cum edificiis || et pertinenciis suis in villa Lenn', quod idem Philippus adquisiuit de Willelmo Becke clerico, et quod iacet inter Prioreswatergate ex parte australi || et terram quondam Johannis de Bilneye ex parte boreali, et se extendit a communi via versus orientem usque ad magnam ripam Lenn' uersus occidentem, ita quod nec ego prefatus Thomas nec heredes mei nec aliquis alius mei uel heredum meorum nomine aliquid iuris uel clamei in predicto tenemento cum edificiis et pertinenciis suis nec in aliqua inde parcella de cetero exigere uel vendicare poterimus in futurum. Jn cuius rei testimonium huic scripto quieteclamacionis sigillum meum apposui. Datum apud Lenn', die Veneris, tercio die mensis Aprilis, anno Domini millesimo CCC^mo^ quadragesimonono, anno regni regis Edwardi tercii post conquestum vicesimo tercio, hiis testibus: Johanne de Massingham tunc maiore Lenn', Johanne de Swerdeston' aldermanno, Johanne de Swofham tunc senescallo, Johanne Lomb, Willelmo de Wiggenhale, Johanne Elys, Ricardo Braunche comburgensibus Lenn', et aliis.

1) Vgl. No. 871.

*In dorso*: Relaxacio Thome filii Benedicti de Bury Philippo Wyth, burgenci Lynne, vt interius patet. X^a.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

## CMXXVII.

***Wilhelm, Sohn des Roger de Thirsford, Bürger zu Lynn, überträgt dem Philipp Wyth alle seine Ansprüche auf das Grundstück, welches dieser daselbst von dem Geistlichen Wilhelm Becke erworben hatte. 1349. Apr. 6.***

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Willelmus filius quondam Rogeri de Thirsford, burgensis Lenn', relaxaui et omnino quietumclamaui ‖ Philippo Wyth', burgensi Lenn', heredibus et assignatis suis in perpetuum totum jus meum et clameum, quod habui uel aliquo modo habere potui uel potero in to o ‖ illo tenemento cum edificiis et omnibus pertinenciis suis in villa Lenn', quod idem Philippus adquisiuit de Willelmo Becke clerico, quod quidem tenementum ‖ iacet inter Prioreswatergate ex parte australi et terram quondam Johannis de Bilneye ex parte boreali, et se extendit a communi via versus orientem vsque ad magnam ripam Lenn' uersus occidentem, ita quod nec ego prefatus Willelmus nec heredes mei nec aliquis alius mei uel heredum meorum nomine aliquid juris uel clamei in predicto tenemento cum pertinenciis suis nec in aliqua inde parcella de cetero exigere uel vendicare potero uel poterimus in futurum. Jn cuius rei testimonium huic scripto quieteclamacionis sigillum meum apposui. Datum apud Lenn', die Lune, sexto die mensis Aprilis, anno regni regis Edwardi tercij post conquestum vicesimo tercio, hiis testibus: Johanne de Massingham tunc maiore Lenn', Johanne de Swerdeston' aldermanno, Johanne de Swofham tunc senescallo, Johanne Lomb, Willelmo de Wiggenhale, Johanne Elys, Ricardo Braunche comburgensibus Lenn', et aliis.

*In dorso*: Relaxacio Willelmi filii quondam Rogery de Thirsford Philippo Wyth', burgenci Lynne, vt interius patet. XI^a.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## CMXXVIII.

***Testament des Philipp Wyth zu Lynn. 1349. Apr. 9. (und Jun. 15.)***

Jn Dei nomine amen. Die Jouis in Cena Domini, anno eiusdem milesimo triscentesimo quadragesimo nono, ego Philippus Wyth' de Lenn' burgensis, sane intencionis condo testamentum meum in hunc modum: Jnprimis comendo animam

meam Deo omnipotenti et corpus meum ad sepeliendum || in cimiterio capelle sancti Jacobi de Lenn'. Jtem lego summo altari ecclesie sancte Margarete de Lenn' pro decimis meis oblitis LX solidos. Jtem fabrice capelle sancti Jacobi de Lenn' XX sol. Jtem fabrice capelle sancti Richardi de Lenn' XIII sol. IIII den. Jtem lego fratribus Predicatoribus de Lenn' || ad duo annualia per eos in eorum ecclesia apud Lenn' celebranda pro anima mea et animabus, quibus teneor, VI libr. Jtem cuilibet fratri eiusdem ordinis existenti et commoranti in conuentu apud Lenn' die sepulture mee XII den. Jtem priori eiusdem loci, qui pro tempore fuerit, II sol. Jtem fratri || Philippo, nepoti meo, eiusdem ordinis, ad sua indumenta LX sol. Jtem fratribus Minoribus Lenn' ad duo annualia per eos in eorum ecclesia apud Lenn' celebranda. pro anima mea et animabus, quibus teneor, VI libr. Jtem fratribus sancti Augustini Lenn' ad vnum annuale celebrandum per eos in eorum ecclesia apud Lenn' pro anima mea et animabus, quibus teneor, LX sol. Jtem fratribus Carmelitanis de Southlenn' ad vnum annuale celebrandum per eos in eorum ecclesia apud Southlenn' pro anima mea et animabus, quibus teneor, LX sol. Jtem leprosis de Herdewyk X sol. Jtem leprosis de Sechhythe III sol. IIII den., leprosis de Congate X sol., leprosis de Tyrington' III sol. IIII den., leprosis hospicii beate Marie Magdalene extra portam orientalem Lenn' V sol. Jtem pauperibus leprosis manentibus iuxta dictum hospicium, extra fraternitatem dicti hospicii existentibus, V sol. Jtem leprosis de Geiwode, videlicet vtrique domui eorum, V sol. Jtem pauperibus languentibus in hospicio sancti Johannis de Lenn' X sol. Jtem ad emendacionem calceti ad portam orientalem Lenn' vsque ad dictum hospicium sancte Marie Magdalene ducentis XX sol. Jtem lego ad expensas meas funerarias faciendas secundum disposicionem executorum meorum X libr. Jtem Margarete, sorori mee, X marc. Jtem Emme, sorori mee, X marc. Jtem Johanni Wyth', fratri meo, X marc. et meliorem robam meam. Jtem Agnete Hast de Quappelade VI libr. Jtem Thome, filio eiusdem Agnete, XX libr. Jtem lego Jsabelle, filie Margarete filie predicte Agnete Hast› LX sol. Jtem lego Johanne, sorori dicti Thome, X marc. Jtem lego Margarete, vxori predicti Johannis fratris mei, XL sol. Jtem Emme, filie sue, LX sol. Jtem Johanni, filio dicti Johannis fratris mei, LX sol. Jtem Ade, filio dicti Johannis, IIII libr. Jtem Roberto, filio Emme sorori(s) mee, XX sol. Jtem Jsabelle, sorori sue, XX sol. Jtem Ricardo, filio Margarete sororis mee, XL sol. Jtem Petro, filio predicte Emme sororis mee, XX sol. Jtem Margarete Coek XL sol. Jtem Jsabelle filie XX sol. Jtem Katerine, filie sue, X sol. Jtem Agnete, filie sue, X sol. Jtem Johanni de Bek XX sol. Jtem Ricardo Coek X sol. Jtem fratri Richardo, filio Johannis de Bek, ordinis fratrum Carmelitanorum, ad indumenta sua XX sol. Jtem

Katerine, sorori sue, X sol. Jtem Jsabelle, sorori sue, X sol. Jtem lego Simoni, apprenticio meo, XX sol. Jtem Ricardo, apprenticio meo, X sol. Jtem Rogero de Tresford', famulo meo, XL sol. Jtem cuilibet seruienti meo in mansione mea die obitus mei V sol. Jtem lego Humfrido de Acr' XX sol. Jtem Jsolde Sterne de Geywode XX sol. Jtem Matilde, sorori sue, X sol. Jtem lego Johanni de Wyrmegeye, famulo meo, X libr. argenti. Jtem lego ad septem annualia celebranda in villa de Lenn', videlicet in ecclesia sancte Margarete predicta tria annualia, duo annualia in capella sancti Jacobi et duo in capella sancti Richardi, per capell(an)os bone vite et conuersacionis honeste ad hec eligendos per executores meos infra primum annum proxime sequentem post obitum meum pro anima mea et animabus, quibus teneor, XXI libr. sterlingorum. Jtem lego ad distribuendum inter pauperes cecos, claudos, languidos et alios debiles in villa de Lenn' secundum disposicionem executorum meorum X libras. Jtem lego Jsabelle, vxori mee, et Philippo, filio meo, totam cameram meam, ut in pannis lineis et laneis, iocalia et omnia alia et singula ad dictam cameram meam spectantia, preter vestimenta mea pro corpore meo talliata superius legata, et omnia vasa mea argentea, aurea, enea, stannea, cuprea, plumbea, ferrea, lignea, et omnia alia vtensilia mea, equali porcione inter eos diuidenda secundum disposicionem executorum meorum, armis meis exceptis, que lego et assigno predicto Philippo, filio meo. Et si predictus Philippus, antequam ad etatem peruenerit legitimam quindecim annorum, vel antequam maritetur, obierit, tunc volo, ordino et assigno, quod tota pars camere predicte, ut in pannis, iocalibus, vasis et vtensilibus, predicto Philippo superius legata et eum contingens, remaneat predicto Thome, filio predicte Agnete Hast, vna cum armis predictis. Jtem lego Willelmo, filio predicte Jsabelle vxoris mee, XX sol. Jtem lego Philippo, filio meo, et heredibus de corpore suo exeuntibus totum illud tenementum meum cum edificijs et pertinenciis suis in villa de Lenn', in vico de Dampgate, in latitudine inter tenementum Galfridi Bennok ex parte orientali, et tenementum Ricardi de Skyren' ex parte occidentali, et se extendit [se] in longitudine a communi via ve(r)sus aquilonem vsque ad tenementum predicti Ricardi versus austrum, et totum illud tenementum meum cum edificiis et pertinenciis suis in villa de Lenn', in vico de Dampgate predicto, in latitudine inter tenementum magistri Thome Coek ex parte orientali, et tenementum Ricardi de Dockynge ex parte occidentali, et se extendit in longitudine a communi via de Dampgate versus austrum vsque ad communem fletam versus aquilonem, et totum illud tenementum meum cum edificiis et pertinenciis suis in villa de Lenn', in vico ferrariorum, in latitudine inter tenementum meum ex parte orientali et tenementum abbatis et conuentus de Wardone ex parte

occidentali, et se extendit in longitudine a foro diei Martis versus aquilonem vsque ad tenementum Simonis de Byterynge versus austrum, et totam illam celdam meam, quam adquisiui de Agnete, que fuit vxor Thome de Bauseye christianiter iam defuncti, et iacet in villa de Lenn' predicta ad australem pedem pontis lapidei iuxta communem venellam; et sex solidos [et] et octo denarios annui reditus annuatim percipiendos eidem Philippo et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus de toto illo tenemento cum edificijs et pertinenciis suis in villa de Lenn' predicta, in vico de Brygegate, quod vero Ricardus de Bencroft nunc tenet in eadem villa de Lenn', et iacet in latitudine inter tenementum Gilberti de Psallee ex parte australi, et tenementum quondam Johannis Burghard ex parte aquilonari, et se extendit in longitudine a communi via versus orientem vsque ad communem guteram versus occidentem, ad quatuor anni terminos in villa de Lenn' vsuales et principales, per equales porciones; ac etiam totum illud tenementum meum cum edificijs et pertinenciis suis in villa de Lenn' predicta, in vico cocorum, in latitudine inter tenementum Ricardi de Wottone ex parte aquilonari, et tenementum Dominici Baude ex parte australi, et se extendit in longitudine a communi via versus orientem vsque tenementum predicti Ricardi de Wottone versus occidentem, habendum et tenendum omnia predicta tenementa cum edificiis et pertinenciis suis, ac annuatim percipiendum predictos sex solidos et octo denarios annui reditus de predicto tenemento cum edificijs et pertinenciis suis ad predictos quatuor anni terminos predicto Philippo, filio meo, et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde de iure debita et co(n)sueta. Et si predictus Philippus, filius meus, sine herede de corpore suo legitime exeunte obierit, tunc volo, ordino et assigno, quod omnia predicta tenementa cum edificiis, et predictos sex solidos et octo denarios annui reditus cum omnibus pertinenciis suis vendantur per executores meos et executores predicti Philippi. Et de pecunia sic inde proueniente lego XXX libras argenti ad distribuendum inter Johannam, filiam dicte Agnete Hast, filios et filias dicte Johanne equali porcione, et XX libras argenti inter Thomam, fratrem eius, filios et filias dicti Thome equali porcione, secundum disposicionem executorum predictorum. Et quod ex tunc inde remanserit, lego ad celebracionem missarum, distribucionem pauperum, ut in pane, argento, pannis, socularibus, et alios pios vsus in predicta villa de Lenn' faciendos pro anima mea et animabus, quibus teneor, necnon ad emendacionem calcetorum, que sunt inter Lenn' et Geywode et inter Southlenn' et Herdwyke, secundum disposicionem executorum predictorum. Jtem lego predicto filio meo XXX libras. Et lego custodiam et alimentacionem predicti filii mei vna cum omnibus tenementis, redditibus, pecunia,

pannis, iacalibus *(ioc.)*, vasibus, vtensilibus et armis predicte Jsabelle, vxori mee, quousque ad etatem peruenerit legitimam, hoc excepto et mutato, quod, si predicta Jsabella infra predictum terminum aliquem hominem sibi assumpserit in maritum, quod tunc volo, ordino, quod confestim Johannes de Wyrmgeye, huius mei testamenti coexecutor inferius nominatus, habeat custodiam et alimentacionem predicti Philippi vna cum omnibus predictis tenementis, redditibus, pecunia, pannis, iocalibus, vasibus, vtensilibus et armis sibi superius legatis, quousque ad etatem peruenerit legitimam, ita quod predictus Johannes tunc liberet predicto Philippo sine contradictione quacumque omnia proficua racionabilia de dictis tenementis, redditibus et pecunia proueniencia per totum illud tempus, quo predictus Philippus steterit in alimentacione et custodia dicti Johannis, allocatis dicto Johanni racionabilibus expensis circa dictum Philippum et reparacionem predictorum tenementorum infra dictum terminum per dictum Johannem appositis. Jtem lego Johanne, filie predicte Agnete Hast, et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus totum illud tenementum meum cum edificiis et pertinenciis suis in villa de Lenn' predicta, in vico de Dampgate, in latitudine inter tenementum Johannis Derewent ex parte orientali et tenementum Rogeri de Neutune Licistere ex parte occidentali, et extendit se in longitudine a communi via de Dampgate versus austrum vsque ad communem fletam versus aquilonem, habendum et tenendum totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicte Johanne et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus de capitali domino feodi illius per seruicia inde de iure debita et consueta. Et si predicta Johanna sine herede de corpore suo legitime exeunte obierit, tunc volo, quod totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis reuertatur predicto Philippo, filio meo, et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus, habendum et tenendum totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicto Philippo et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus de capitali domino feodi illius per seruicia inde de iure debita et consueta. Et (si) predictus Philippus sine herede de corpore suo legitime procreato obierit, tunc volo, ordino et assigno, quod totum predictum tenementum cum edificijs et pertinenciis suis vendatur per executores meos et executores predicti Philippi. Et lego totam pecuniam inde prouenientem ad celebrandum missas, distribuendum pauperibus et precipue pauperibus magis indegentibus de consanguinitate mea, et alios pios vsus faciendos in villa de Lenn' pro animabus nostris et animabus, quibus tenemur, secundum disposicionem executorum predictornm. Jtem lego predicto Thome, filio Agnete Hast, et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus totum illud tenementum meum cum edificijs et pertinenciis suis in villa de Lenn', in vico ferrariorum, quod

vero quondam adquisiui de Willelmo de Bek clerico, et iacet in latitudine inter tenementum Johannis Wyth', fratris mei, ex parte orientali, et tenementum meum prenotatum ex parte occidentali, et se extendit in longitudine a foro diei Martis versus aquilonem vsque ad tenementum predicti Simonis de Byterynge versus austrum; et totum illud tenementum meum cum edificiis et pertinenciis suis in villa de Lenn' predicta, in Webisterowe, in latitudine inter tenementum Johannis de Marham ex parte australi, et tenementum Petri de Melchebourn' ex parte aquilonari, et extendit se in longitudine a communi via versus occidentem vsque ad Paradyszerd' versus orientem, habendum et tenendum predicta duo tenementa cum edificijs et pertinenciis suis predicto Thome et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde de iure debita et consueta. Et si predictus Thomas sine heredibus de corpore suo legitime exeuntibus obierit, tunc predicta duo tenementa cum edificiis et pertinenciis suis remaneant predicto Philippo, filio meo, et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus, habendum et tenendum predicta duo tenementa cum edificiis et pertinenciis suis predicto Philippo filio meo et heredibus de corpore suo exeuntibus de capitalibus dominis feodorum illorum per seruicia inde de iure debita et consueta. Et si predictus Philippus sine herede de corpore suo legitime exeunte obierit, tunc volo, ordino et assigno, quod predicta duo tenementa cum edificiis et pertinenciis suis vendantur per executores meos et executores predicti Philippi. Et lego totam pecuniam inde prouenientem ad distribuendum et ad inde faciendum pro animabus nostris et animabus, quibus tenemur, in villa de Lenn' in forma prenotata, que est prenotata de tenementis legatis superius predicte Johanne. Jtem lego predicte Jsabelle, vxori mee, ad totam vitam suam totum illud meum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis in villa de Lenn' predicta, quod quondam fuit Thome de Bauseye, et quod quondam adquisiui de predicto Willelmo de Bek clerico, et iacet in latitudine inter communem Waturgate ex parte australi, et terram quondam Johannis de Bylney ex parte aquilonari, et extendit se in longitudine a communi via versus orientem vsque ad magnam ripam Lenn' versus occidentem, habendum et tenendum totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicte Jsabelle, vxori mee, ad totam vitam suam de capitalibus dominis feodi illius per seruicia inde de iure debita et consueta. Et post decessum predicte Jsabelle, vxoris mee, volo, ordino et assigno, quod totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis reuertatur predicto Philippo, filio meo, et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus, habendum et tenendum totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis predicto Philippo et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus de capitalibus

dominis feodi illius per seruicia inde de iure debita et consueta. Et si predictus Philippus sine heredibus de corpore suo legitime exeuntibus obierit, tunc volo, ordino et assigno, quod totum predictum tenementum cum edificiis et pertinenciis suis vendatur per executores meos et executores predicti Philippi. Et lego totam pecuniam inde prouenientem ad distribuendum et faciendum inde, sicut de primo nominatis tenementis meis in isto meo testamento prenotatum est. Residuum vero omnium bonorum meorum vbicumque inuentorum, cuiuscumque fuerint generis siue speciei, preter solucionem debitorum meorum, istius mei testamenti complementum, expensas meas funerarias et alias necessarie factas, lego ad distribuendum pauperibus, celebrandum missas et ad alios pios vsus faciendos in villa de Lenn' pro anima mea et animabus, quibus teneor, secundum disposicionem executorum meorum. Huius vero testamenti mei hos constituo executores meos, videlicet predictam Jsabellam vxorem meam, Robertum Braunch', Johannem de Wyrmegeye, Willelmum de Bek et dominum Reginaldum de Brunham capellanum, vt, Christi Domini metuentes, istud meum testamentum bene et fideliter adimpleant et exequantur suo pro posse. Et lego cuilibet eorum pro labore suo L solidos. Jtem lego Philippo, filio Johanne filie Agnete Hast predicte, LX solidos. Jtem Johanni, fratri suo, LX solidos. Jn cuius rei testimonium huic presenti testamento sigillum meum apposui. Scriptum et actum apud Lenn', die et anno supradictis. Lego Henrico clerico XL denarios.

Postea per presentem codicillum ego, predictus Philippus Wyth', lego hac vltima voluntate mea totum illud tenementum meum cum edificiis et pertinenciis suis, iacens in villa Lenn' in Webesteresrowe, quod prius in testamento meo presenti legaui Thome, filio Agnete Hast, pro eo quod dictus Thomas iam diem clausit extremum, Johanni de Wyrmegeye et Johanne, vxori sue, heredibus et assignatis eorum, habendum et tenendum eisdem Johanni et Johanne, heredibus et assignatis eorum imperpetuum de capitalibus dominis feodi per seruicia inde de iure debita et consueta. Jtem lego eisdem Johanni et Johanne et heredibus de corpore eorumdem legitime exeuntibus totum illud tenementum meum cum pertinenciis suis in villa Lenn', quod iacet in Dampgate, inter tenementum Johannis Derewent ex parte orientali et tenementum Rogeri de Licester ex parte occidentali, et se extendit a communi via de Dampgate versus austrum usque a(d) communem fletam versus boream, tenendum de capitalibus dominis feodi per seruicia, que inde de iure debentur. Et si predicti Johannes et Johanna absque heredibus de corpore eorum legitime procreatis obierint, tunc volo, quod dictum tenementum cum omnibus pertinenciis suis vendatur per executores meos, et pecunia inde proueniens fiat et distribuatur

pro anima mea et animabus, quibus teneor, in celebracione missarum, errogacionibus pauperum et alijs caritatis operibus, secundum discrecionem et ordinacionem executorum meorum. Et cum superius in presenti testamento legauerim Philippo, filio meo, diuersa tenementa et redditus cum pertinenciis in villa Lenn', habenda eidem Philippo et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus, ita quod, si dictus Philippus sine herede de corpore suo legitime procreato obierit, tunc post mortem dicti Philippi dicta tenementa et redditus per executores meos venderentur, nunc hac vltima voluntate mea lego omnia et singula tenementa et redditus predictis (!) cum omnibus pertinenciis suis eidem Philippo et heredibus de corpore suo legitime exeuntibus, sicut prius in testamento meo presenti plenius continetur; sed [volo,] si contingat, predictum Philippum, filium meum, absque heredibus de corpore suo legitime procreatis, ut premittitur, obire, tunc volo, quod omnia et singula tenementa et redditus predictis (!) cum omnibus pertinenciis suis remaneant Johanni de Wyrmegey et Johanne, vxori eius, ad terminum vite vtriusque eorum et eorum alterius diucius viuentis, tenenda de capitalibus dominis feodorum per seruicia, que ad dicta tenementa pertinent. Et post decessum predictorum Johannis et Johanne volo, quod omnia tenementa et redditus predicta cum omnibus pertinenciis suis per executores meos vendantur, et pecunia inde leuata fiat pro anima mea et animabus, quibus teneor, in celebracione missarum, distribucione pauperum ac aliis pijs vsibus, vt predictum est. Jtem lego preter illa, que in testamento meo prius legantur, videlicet predicto Philippo, filio meo, LXX libras sterlingorum. Jnsuper lego fabrice ecclesie de Sechehyth' VI solidos VIII denarios, fabrice ecclesie Omnium Sanctorum de Southlenn' VI solidos VIII denarios, fabrice ecclesie de Westwynch' VI solidos VIII denarios, fabrice ecclesie de Herdewyke VI solidos VIII denarios, fabrice ecclesie de Fakenham XIII solidos IIII denarios, fabrice ecclesie de Geywode VI solidos VIII den., fabrice capelle sancte Marie Magdalene extra portam orientalem Lenn' VI solidos VIII den., et fabrice capelle sancti Johannis in Lenn' VI sol. VIII den. Preterea lego Johanne, filie mee, quinque marcas argenti, Philippo, filio eiusdem Johanne, quinque marcas. Jtem Johanni, filio eiusdem Johanne, quinque marcas, et Jsabelle, filie Emme sororis mee, XL solidos. Jtem lego Emme Wyth' XL sol. et Matillidi (!) Sterne de Geywode XX solidos, et non obstante eo, quod prius in testamento meo legassem corpus meum sepeliendum in cimiterio capelle sancti Jacobi Lenn', nunc lego corpus meum sepeliendum in ecclesia fratrum Predicatorum Lenn' coram parua cruce. Et lego eisdem fratribus LXVI solidos VIII denarios argenti, et fratri Henrico de [de] Wysebeche VI solidos VIII denarios. Jtem magistro Thome Hokeman VI solidos VIII denarios. Jtem lego monialibus de Crabbe-

hous LX solidos. Jtem monialibus de Blakebergh' LX solidos. Et ad emendacionem et subsidium officij sacristie domus canonicorum de Penteney XX solidos. Et volo et ordino, quod, si contingat Philippum, filium meum, in minori etate decedere, omnia bona simul cum pecunia in testamento meo et presenti codicillo eidem Philippo legata distribuantur pro anima mea, anima predicti Philippi et animabus, quibus tenemur, iuxta disposicionem executorum meorum. Et reuoco constitucionem et potestatem omnium executorum meorum. Et nunc ordino et constituo executores meos videlicet Johannem de Conteshale, Johannem de Wyrmegeye, Johannem de Wynch', Rogerum de Thirsford'. Et lego cuilibet illorum pro labore suo, prout in testamento, L solidos argenti. Scriptum et actum apud Lenn', die Lune proxima post festum sancti Barnabe apostoli, anno Domini millesimo CCC^mo XLIX^no. Postea adiungo ad executores meos supradictos dominum Reginaldum de Brunham capellanum, quem constituo executorem cum eisdem. Et lego eidem pro labore suo L solidos. Et si quis uel que illorum, quibus aliquid in testamento meo predicto legaui, mortuus fuerit, porcionem sibi legatam percipere debuerit (*sic*), tunc volo, quod porcio cuicumque, sic ut premittitur, legata cedat ad suplementum istius codicilli. Volo insuper, quod, si contingat executores meos huius testamenti, cum tempus vendendi tenementa, que superius ad vendendum legaui, per mortem uel alio modo defecerint (!), tunc predicta tenementa cum pertinenciis vendantur per consilium et auxilium maioris et aldermanni ville Lenn', qui pro tempore fuerint. Et tunc lego cuilibet illorum pro labore suo C solidos argenti, ita quod pecunia de predictis tenementis proueniens per eorum consilium et auxilium iuxta disposicionem et legata mea in presenti testamento et codicillo contenta fideliter exponatur et distribuatur.

Preter illa, que superius sunt legata, ego, predictus Philippus Wyth', lego domino Willelmo de Lyngwode XX solidos. Jtem Willelmo de Cressyngham XX solidos. Jtem Willelmo de Tylneye XX solidos. Jtem Roberto de Burgh XX solidos. Jtem fabrice ecclesie parochialis de Bernewelle XX solidos. Jtem monialibus sancte Radegundis Cantebrigiensis XX solidos. Jtem capelle sancti Johannis de Reche VI solidos VIII denarios. Jtem monialibus sancte Katerine Huntyngdune LX solidos. Jtem monialibus de Hekelyngton' XX solidos. Jtem ad reparacionem pontis de Sterysbrige X solidos. Jtem domino Reginaldo de Brunham XX solidos. Jtem Johanni de Faldegate XX solidos.

*In dorso*: Copia testamenti Philippi Wythe. XII^a.

*Nach einer unbeglaubigten gleichzeitigen Abschrift, auf der Trese.*

## CMXXIX.

*Johann Woltfogel urkundet über einen mit Hermann Lorenzen abgeschlossenen Pachtcontract über seinen Hof in Polingen. 1349. Apr. 15.*

Nouerint vniuersi, quod ego Johannes Woltuoghel conduxi Hermanno Lau||-rencij in Polinge meam curiam cum omnibus suis adiacenciis a festo sancti Michahelis proximo || vltra ad duos annos inmediate subsequentes. Pro quibus Hermannus iam dictus || michi Johanni dare debet tercium manipulum dictum garue de dictis bonis. Jdem Hermannus dare debet duas partes pacht, et ego Johannes terciam partem pacht. Sed seruicium lantwere et aliam angariam debet disbrigare prenominatus Hermannus. Jtem ego Johannes presentaui prescripto Hermanno duas vaccas contra alias duas vaccas, duos equos contra alios duos equos, et eciam porcos. Quantum vero de porcis, de vaccis et de equis prouenerit, hoc dimidium pertinere debet ipsi Hermanno, et aliud dimidium michi Johanni sub spe lucri et perdicionis. Jtem ego Johannes presentaui prenarrato Hermanno quatuor talenta siliginis, tres modios tritici, tres modios siliginis estiualis, quatuor modios pisorum, septem tremodia auene et sex modios quatuor talenta ordei. Predictam siliginem reddere debet michi Johanni ante festum sancti Michahelis, quando a curia debet separare, et aliam annonam dabit post dictum festum sancti Michahelis, cum hoc tercium maniplum de iam dicta annona erogabit. Pro omnibus premissis Johannes Swanenbeke de Bardewich et Johannes Laurencij promiserunt coniuncta manu satisfacere vna cum prefato Hermanno. Datum anno Domini millesimo CCC$^{o}_{o}$X$^{o}_{o}$L nono, feria quarta festi Pasche. Testes sunt domini [testes sunt domini] Bertrammus Vorrat et Bernardus Plescowe, consules Lubicenses.

*In dorso:* Littera testimonialis Johannis Woltuoghel et Hermanni Laurencij.

Litterae memoriales, *auf der Registratur.*

## CMXXX.

*Die Wittwe des Lübeckischen Bürgers Vicko Hurelei errichtet vor dem Rathe zu Schwerin ihr Testament. 1349. Apr. 15.*

Nos consules ciuitatis Zwerinensis. Ad vniuersorum noticiam deducimus per presentes, quod in presencia nostra honesta domina || Margaretha, relicta quondam Vickonis dicti Hůreley, ciuis Lubicensis, licet corpore infirma, tamen mente et racione || compos et sana, suum testamentum coram nobis condidit et ordinauit in hunc modum. Primo, si morte preuenta fuerit, || dedit Margarethe, filie sororis sue

Mechtildis, triginta marcas lubicensium denariorum, et si Hinricus, dicte domine filius, huiusmodi triginta marcas voluerit ad tempus sub se optinere, extunc dictam puellam Margaretham tenetur nutrire, quousque amicis placuerit dicte puelle de pane proprio prouidere. Jtem dedit ad structuram ecclesie Zwerinensis cathedralis quinque marcas lub. den. Jtem fratribus Minoribus in Zwerin, apud quos elegit sepulturam suam, dedit quinque marcas lub. den. Jte(m) Ghertrudi, ancille sue, tres marcas lub. Jtem pauperibus domus Sancti Spiritus in Zwerin vnam marcam lub. Jtem pauperibus domus leprosorum prope Zwerin vnam marcam lub. Jtem ecclesie sancti Nicolai in Scelmone prope Zwerin vnam marcam lub., et domino rectori eiusdem ecclesie vnam marcam lub. Jtem Talen Aduocati vnam marcam lub. Jtem pauperibus domus Sancti Spiritus in Lubeke viginti solidos lub. pro vno ferculo eis ministrando de recentibus pullis. Jtem pauperibus domus sancti Georgij prope Lubeke vnam tunnam ceruisie, et vnicuique infirmo ibidem semellam. Jtem dedit domino Ludolfo canonico ecclesie Zwerinensis, fratri suo, decem marcas lub. Et ad omnia et singula premissa ex certa sciencia elegit Rodewolderum, Petrum Witten et Johannem Sconen in suos veros et legitimos testamentarios et sui testamenti executores, qui dicte domine in vita sua fuerunt prouisores. Jn cuius rei testimonium sigillum nostre ciuitatis Zwerinensis presentibus est impensum. Actum et datum anno Domini millesimo CCC$^{mo}$ XLIX, feria quarta infra octauas festi Pasche, in curia domine antedicte.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## CMXXXI.

***Wilhelm, Herzog von Baiern, Pfalzgraf am Rhein, Graf von Holland und Seeland und Herr von Friesland, urkundet über die den Lübeckern gewährten Handelsfreiheiten. 1349. Apr. 28.***

Vniuersis presentes litteras inspecturis Guilhelmus dux Bauarie, comes Palatinus Reni, comes Hollandie, Zelandie, ac dominus Frisie salutem et rerum subsequencium noscere veritatem. Nouerint vniuersi, quod nos, considerantes amicicium et beningnam voluntatem, quas pie memorie awnculus et dominus noster, quondam || Guilhelmus Hanonie, Hollandie, Zelandie comes et dominus Frisie, erga viros proudos. *(Das Folgende ist gleichlautend mit Urk.-Buch II. No. 671. (II. No. 485. 338. I. No. 675.) Die einzigen erwähnenswerthen Abweichungen sind, dass* mutilacio *geschrieben steht (I. S. 605. Z. 2. v. u. 607. Z. 5.) und* aut famali

*(S. 606. Z. 3. v. u.) Schluss nach* publicari. *II. S. 624.:)* Presencium testimonio litterarum sigilli nostri munimine sigillatarum. Datum Hage in Hollandia, feria tercia post dominicam, qua cantatur Misericordia, anno Domini M̊CCC̊X̊L nono.

*Nach einer gleichzeitigen holländischen unbeglaubigten Abschrift, auf der Trese. Der Schluss von* Presencium *an ist von derselben Hand mit blasserer Dinte beigefügt, desgleichen unter der Abschrift die Signaturen, rechts:* ex cophino; *links:* Jussu domini, presentibus dominis de Lecka, Th. de Bredelr(ode) et pluribus de concilio, . . P. . Rvlec. *Eine zweite gleichzeitige unbeglaubigte Copie ebendaselbst, mit den gleichzeitigen Aufschriften:* Libertates Hollandie, Hannonie et Zelandie. — Copia priuilegii comitis Hollandie Lubicensibus duntaxat dati, ad hyennium post reuocacionem duraturi.

## CMXXXII.

***Der Knappe Lange Beyenvlet bekennt, von dem Rathe zu Lübeck den Mehrwerth der von den Grafen von Holstein zum Rückkauf des Schlosses Segeberg gezahlten 500 Mark Silber (als 45 Schillinge für die Mark) empfangen zu haben.[1] 1349. Mai 26.***

Omnibus presencia visuris seu audituris ego Longus Beyenvlet famulus cupio fore notum || publice recognoscendo, me ab honorabilibus viris et dominis, consulibus Lubicensibus, pecuniam || superfluam subleuasse de illis quingentis mareis puri, quas nobiles et magnifici vi||ri, dominus Hinricus et dominus Nicolaus fratres, comites Holtzacie ac Stormarie, dictis dominis consulibus Lubicensibus super redempcione castri Zegheberghe prestiterunt, videlicet pro qualibet marca puri tres solidos lubicensium denariorum, cuius pecunie superflue summa ad septuaginta et quinque talenta in lubicensibus florenis se extendit. De quibus septuaginta et quinque talentis dictos dominos consules liberos et quitos dimitto per presentes, ita quod a me vel meis heredibus non debeant secundario racione pretacte pecunie moneri seu quomodolibet impediri. Jn cuius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum in castro Horborch, anno Domini millesimo CC̊C quadragesimonono, feria tercia infra octauas Ascencionis Domini nostri Jehsu Christi.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel. Ebendaselbst ein Transsumpt desselben, ausgestellt vom Erzbischof Vromold von Riga, Lübeck 1393, Sept. 7.* (Prof. Nat. Mar.), *mit Rest des Siegelbandes.*

---

1) Vgl. über das ganze Sachverhältniss Pauli Lübeckische Zustände etc. S. 3—6. 152—5. und für die obige Urkunde S. 153: Jnsuper notandum: si marca puri argenti plus valuerit, quam XLV solidos, quando predictum castrum Segheberghe redimitur, tunc totum, quod excreuerit, cedet ipsi Beyenulethe in subsidium.

## CMXXXIII.

*Magnus, König von Schweden, Norwegen und Schonen, gestattet während des Krieges zwischen ihm und den Russen den Kaufleuten von Lübeck und den anderen Seestädten die freie Fahrt nach Gothland, Reval, Riga, Pernau und anderen jenseits gelegenen Städten. 1349. Jul. 2.*

Magnus van Godes gnaden (van) Zweden, Norweghen vnde Schone konyngh. Allen, de dessen breff zeen, heyl in dem Heren to ewicheyt. Alse denne de beschedene manne, vnse vrunde, borghermestere vnde radmanne der stad Lubeke, van weghen aller stede van zee, vns nu to dem anderen male hebben anghevallen, dat wy ere borghere, de wile de krigh waret twisschen vns vppe ene vnde den Russen vppe andere syden, de stede, alse Gotland, Reuel, Ryghe vnde Pernow vnde andere stede vnde dorppere vppe andere ziden van der weghen to vnsen vigenden, myt eren guderen hijr na males frijg mochten varen, dar hebbe wy vorlenet, dat ere borghere vnde medeinwonere der vorscreuen stede vnde wicbelde vnde ok andere stede dar vmme by beleghen, de wile dat de vpslach vnde de vrede nu begrepen waret, wol moghen dar hen theen vnde dar suluest ere werue vnde kopenschop vor vns vnde vnse lude vnde alle andere, de vmme vnsen willen doen vnde laten willen, dat doen, soverne se myt vnsen vigenden, alse den Nougarden, Russen vnde Plescoweren, nene handelinghe hebbe, vnde de wile sodanne krigh myt den erbenomeden Russen in vruntschop edder in rechte nicht sy gheendighet. Vnde weret dat dar wol entjeghen dede vnde den van vns edder den vnsen in lyue edder gude schaden neme, dat schal vns nymant keren to walt edder broke des vredes vpgenomen. Gheuen to dem Stokesholm, anno MCCCXLIX, in dem daghe der merteler Processi vnde Martiriani.

*Nach einer niedersächsischen Uebersetzung in dem auf der Registratur befindlichen, 1455 angefertigten* Codex Privilegiorum. Lib. II. p. 24*.

## CMXXXIV.

*Der Rath von Lütjenburg urkundet über den Verkauf von 3 Mark Pf. Weichbildrente an die Vormünder des Hermann von Brakel zu Lübeck. 1349. Jul. 25.*

Vniuersis presentia visuris vel audituris consules et vniuersitas oppidi Luttekenborch salutem in Domino cum notitia subscriptorum. Tenore presentium recognoscimus publice protestantes, nos vnanimi consilio, bona deliberatione prehabita, honestis viris, domino Hinrico de Alen consuli et Hermanno de Alen ciui in Lubeke,

puerorum Bertrami de Brakele quondam ciuis Lubecensis bone memorie tutoribus, ad vsum eorundem puerorum, videlicet Bertrami et Mechtildis, pro triginta marcis lubecensium denariorum nobis integraliter persolutis in vsusque nostri oppidi necessarios conuersis rite et rationabiliter vendidisse trium marcarum lubecensium argenteorum denariorum redditus dictos wicbelde, quos eisdem Bertrammo et Mechtildi aut eorum veris heredibus de nostri oppidi communibus et certioribus bonis seu prouentibus intra ciuitatem Lubeke, medios in festo beati Michaelis et medios in festo Pasche proxime subsequenti, sub nostris periculis, laboribus et expensis singulis annis nos et nostri successores expedite, non obstantibus inhibitionibus dominorum, gwerris vel occasionibus aliis quibuscunque, persoluemus. Quodsi in aliquo termino predictorum neglexerimus, quod absit, ex tunc arbitrando concedimus dictis Bertramo, Mechtildi et eorundem heredibus ac tutoribus plenariam ac liberam facultatem et auctoritatem, quod nos et quemlibet nostrum nec non nostra et cuiuslibet nostrorum oppidanorum bona et res vbique locorum, in iure lubecensi vel extra, impedire seu detinere valeant arrestando, nullo conductu nobis vel nostris rebus ac bonis ad hoc suffragante, donec predictos redditus ipsis totaliter persoluerimus, cum totius dampni, si quod ratione retardate persolutionis modo quocunque demonstrabili sustinuerint, in premissis refusione integrali. Possumus quidem prefatos redditus redimere, quandocunque voluerimus, pro summa triginta marcarum lubecensium antedicta intra ciuitatem Lubeke prompte in denariis lubecensibus argenteis persoluenda. Sed cum ipsos redimere decreuerimus, hoc prenarratis tutoribus nec non Bertrammo et Mechtildi ac eorum heredibus tenemur per spatium dimidii anni publice preintimare. Hoc idem et ipsi simili modo nobis preintimabunt, cum voluerint, quod redimantur. Jn premissorum euidens testimonium nostri oppidi sigillum magnum presentibus est appensum. Datum Luttekenborgh, anno Domini MCCC quadragesimo nono, ipso die beati Jacobi Apostoli gloriosi.

*Nach einer Abschrift in Dreyer's* Diplomatarium Lubecense MS., *auf der Registratur.*

## CMXXXV.

### *König Karl IV. bestätigt der Stadt Lübeck ihre Privilegien. 1349. Jul. 28.*

Karolus Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Vniuersis (*das Folgende wie No. 265. Abweichungen: S. 225. Z. 6. v. u.* graciam regiam et. *Z. 5. fehlt* iuste. *Z. 2.* confirmandis. *S. 226. Z. 4. 5.* omnia priuilegia, libertates, gracias, consuetudines et jura a diuis imperatoribus et regibus Romanorum et ab

hijs, qui Romanorum regnum et imperium in sua gubernacione seu mandatis hactenus tenuerunt, eis indulta, tradita et concessa. *Z. 6 der Zusatz:* ita sane, quod ipsi censum imperio debitum, videlicet sexcentas libras denariorum monete lubicensis, sicut ab antiquo dare consueuerunt, annuatim in festiuitate Natiuitatis beate Marie virginis, et non amplius, nobis et imperio soluere teneantur. *Schluss:)* Si quis autem hoc attemptare presumpserit, regiam indignacionem (nostram 2.) se nouerit incursurum. Presencium sub nostre maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum Colonie, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, V^to^ Kalendas Augusti, regnorum nostrorum Romani anno quarto, Boemie vero tercio.

*Auf dem innern Umschlage*: P. d. cancell. Hinr.

*Nach dem auf der Trese in zwei Ausfertigungen befindlichen Originale, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMXXXVI.

***Erich der jüngere, Herzog von Sachsen, und Johann, Heinrich, Nicolaus und Gerhard, Grafen von Holstein, urkunden über die Aufnahme des Grafen Adolph von Holstein und Schauenburg und der Stadt Hamburg in den mit der Stadt Lübeck geschlossenen Landfrieden. 1349. Aug. 10.***

Van der gnade Ghodes wi Eric herthoghe tho Sassen de junghere, Johan, Hinric, Nicolaus vnde || Ghert greuen tho Holsten. Bekennet vnde bethughet openbare in desser jeghenwardeghen scrift, || na den dat de edele here, her Alf de greue tho Holsten vnde tho Schowenborch, vse om vnde vse || veddere, vnde de erbaren man, de ratmanne der stat tho Hamborch, vulbordet hebbet vnde willet wesen in dem lantvrede, den wi mit den erbaren mannen, den ratmannen der stat tho Lubeke, deghedingheden in der suluen stat tho Lubeke, des ersten Sunnendaghes in der Vasten, de nu neghest vorghan is, also se dar inne bedeghedinghet sint vnde willet don vnde holden vs vnde den ratmannen tho Lubeke alle volghe vnde alle stucke, de in deme suluen lantvrede begrepen sint vnde also de breue inne hebbet, de dar vp ghescreuen sint, hir vmme, also se vs mit hande vnde mit munde bi eren truwen ghelouet hebbet, so loue wi weder mit hande vnde mit munde bi vser truwe den suluen hern Alue dem greuen tho Holsten vnde tho Schowenborch vnde den ratmannen tho Hamborch alle de stucke vnde alle de volghe tho donde vnde tho holdende sunder arghe list, de in deme suluen lantvrede sint begrepen vnde in den breuen, de dar vp ghemaket sint, sint bescreuen. Tho eyner wisheyt vnde bethughinghe desser dingh sint vse ingheseghele tho desseme breue ghehenget.

Ghegheuen vnde gheschen tho Lubeke, na Ghodes bort druteynhundert jar in den neghen vnde viertheghesten jare, in sunte Laurencius daghe.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Die Siegel des Herzogs Erich und des Grafen Gerhard sind abgeschnitten, die drei andern hängen an.*

## CMXXXVII.

***Heinrich Tusmer, Hochmeister des deutschen Ordens, urkundet über das dem Erzbischofe Vromold von Riga ertheilte sichere Geleite für eine Reise nach Danzig. 1349. Aug. 10.***

Notum sit vniuersis presentes litteras inspecturis, quod nos frater Heinricus Tůsmer, ordinis fratrum hospitalis beate Marie domus Theutonice Jerosolimitani magister generalis, damus reuerendo patri et domino, domino Vromoldo sancte Rigensis ecclesie archiepiscopo, et omni, quam secum duxerit, comitiue harum serie litterarum plenam et omnimodam securitatem ad nos in ciuitatem nostram Danczk veniendi, standi nobiscumque placitandi et saluis rebus ac personis a nobis recedendi pre omnibus, qui propter nos faciunt et dimittunt. Licet enim ipse non indiguerit huiusmodi conductus nostri litteras petere, eo quod omni tempore, quo ad nos veniret, sibi impenderemus, quidquid honoris et seruicij valeremus, eas tamen, vt ad pacem et concordiam anhelare feruenter videamur, ei tamquam ex superhabundanti duximus concedendas. Si vero, quod absit, in termino illo dissensionem seu discordiam aliquam inter aliquos comitiue sue et nostre, de quo reuera doleremus, suboriri verbo vel facto contigerit, illa debet per vtrumque nostrum, antequam a dicta ciuitate Danzk discedamus, amicabiliter, prout honorificum et expediens fuerit, discuti et sopiri. Jn quorum certitudinem et euidenciam pleniorem sigillum nostrum magnum presentibus est appensum. Datum Marienborg, anno Domini M̊CC̊C̊X̊L nono, in die beati Laurencii martiris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, von welchem das Siegel abgeschnitten ist.*

## CMXXXVIII.

***Heinrich Tusmer, Hochmeister des deutschen Ordens, ersucht den Rath zu Lübeck um Aufbewahrung des dem Erzbischofe von Riga ertheilten Geleitsbriefes und dankt für die dem Ordensbruder Otto de Wienna erwiesenen Aufmerksamkeiten. O. J. (1349.) Aug. 10.***

Salutatione obsequiosa et amica premissa. Consules ciuitatis Lubicensis, domini et amici dilecti, vos petimus affectuose, quatenus aliam conductus nostri

patentem litteram pro reuerendo patre, || domino . . sancte Rigensis ecclesie archiepiscopo, scriptam suscipere et reseruare velitis eamque sibi ad || videndum et legendum nostri intuitu seruicij exhibere. Quamuis enim necesse non sit, vt a nobis conductum petat, eo quod omni tempore, quo ad nos venisset, sibi impendissemus, honoris et seruicij quantum potuissemus, vt tamen ad pacem et concordiam anhelare feruentius videamur, pro dicto domino archiepiscopo huiusmodi conductus litteram propter ipsius requisicionem, duximus dirigendam. [1]Preterea sciatis, sic per reuerendum patrem, dominum episcopum Tarbatensem, et confratrem nostrum Ottonem de Wienna conductum esse, quod dicta securitatis littera penes vos remanere deberet, vnde, postquam a prefato domino . . archiepiscopo lecta fuerit, eam vosipsi iterato nostri causa reseruetis.[1] Ceterum regraciamur vobis multum de promocione, honore et beneficijs, que confratri nostro Ottoni de Wienna impendistis, et alijs nostris nuncijs frequenter impendere non cessatis. Datum Marienborg, in die beati Laurencij martiris, nostro sub secreto.

Frater Henricus Tůsmer, magister generalis
ordinis fratrum domus Theutonice.

*In dorso*: Viris famosis et commendabilibus, dominis consulibus ciuitatis Lubek, amicis nostris et fautoribus sincere dilectis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel.*

## CMXXXIX.

***Graf und zwei Schöffen des Hohen-Gerichts zu Cöln urkunden über Verhandlungen zwischen dem Ritter Johann von Gundereiven und dem Lübeckischen Rathmann und Abgesandten Tidemann von Warendorf, die dem Kaiser bestimmten Geschenke betreffend. 1349. Aug. 11.***

Vniuersis presentes litteras inspecturis nos Constantinus de Lisekirchin vicecomes, Constantinus de Lisekirchin et Wilhelmus dictus Gijr scabini Colonienses notum facimus || publice protestantes, quod coram nobis in figura judicij constituti strenui viri, domini Johannes de Gundereyuen miles ex vna, et Tilmannus de Wardindorp, || consul ciuitatis Lubicensis, ex altera parte, dictusque . . miles eundem dominum Tilmannum conuenit et impetiuit super eo, quod ipse dominus Tilmannus eidem . . militi, prout || asseruit, deberet promisisse, quod non deberet equitare ad dominum . . regem Romanorum cum donis ipsi . . regi ex parte ciuitatis Lubicensis

1) Der Satz ist oben in der Urkunde ausgelassen und unten angefügt.

presentandis, nisi deberet hoc ipsi militi reuelare. Super quo dictus dominus Tilmannus exhibuit facere suam innocenciam, prout dictandum duceret ordo juris, et ipse . . miles renunciauit huiusmodi juramento. Presertim dictus . . miles eundem dominum Tilmannum et dominum Johannem, prothonotarium ciuitatis Lubicensis predicte, denuo impetiuit ex parte sue dicte ciuitatis super hoc, quod dicti domini Tilmannus et Johannes sibi deberent presentasse dona dicto domino . . regi ex parte dicte ciuitatis presentanda iuxta ipsius militis continenciam litterarum, que dona dictus . . miles eandem ciuitatem Lubicensem dare debere asseruit et teneri. Ad que prefati domini Tilmannus et Johannes responderunt, quod ciuitas Lubicensis ipsi domino . . regi ad nulla dona foret astricta, sed quicquid fecissent, quod id ob amorem specialem factum fuerit atque gestum, quodque dona ipsis porrecta dicto domino . . regi, prout ipsis commissum fuerat, presentassent, quodque nulli de hoc alteri tenerentur, prout crederent respondere. Vnde juris ordo dictos dominos Tilmannum et Johannem de huiusmodi impeticione dictauit quitos penitus et solutos. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Datum crastino beati Laurencij martyris, anno Domini millesime CCC$^{mo}$ XL$^{mo}$ nono.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden drei Siegeln.*

## CMXL.

***Ritter Johann von Vulle sammt seinen Söhnen Conrad und Johann sühnt sich mit der Stadt Lübeck um den Todtschlag seines Sohnes Willekin. 1349. Aug. 31.***

Wi her Johan van Vulle riddere vnde Conrad vnde Otte des hern Johannes sone. Bekennet openbare in desseme breue vnde dot witlik alle den, de ene seed edder lesen hored, dat wi van vser vnde van vser eruen weghene vnde van al vser vrunde weghene vs vruntliken ghevleghen vnd ghantzliken vnde to grunde ghesoned hebbet mid al den ersamen radmannen vnde mid den ghemenen borgheren der stad to Lubeke vnde mid al eren deneren vmme den dodslach Willekens van Vulle, deme God gnedich si, des ik her Johan van Vulle vader was, vnde wi Conrad vnde Otte vorbenomet brodere weren, den der ratmanne vnde der ghemenen borghere to Lubeke denere dod sloghen. Vnde wi hebbet ghelaten vnde latet van vser vnde al vser eruen vnde van al vser vrund weghene vnde van alle der weghene, de dat antrid vnde van rechtes weghene antreden mach, al de radman vnde de ghemenen borghere der stad to Lubeke, de nu sin vnde noch to komen moghet, vnde al ere denere vnde al de ghenne, de dar an vordacht sin

vnde vordacht werden moghen, des vorbenomeden dodslaghes vnde aller veyde vnde alle(r) claghe vnde ansprake, de wi jeghen se don vnde hebben mochten van des dodslaghes weghene, vnde aller schicht, de daran gheschen is, quyt, leddich vnde los, vnde willet se eren vnde vorderen, wor wi moghen. Vnde wi bekennet des, dat vs de sone, de wi mid hern Johanne Klinghenberghe, eneme ratmanne to Lubeke, ghedeghedinghet hebbet vmme den vorsprokenen dodslach, vultoghen is, also dat vs ghenoghet. Desse sone de loue wi vor vs vnde vor al vse eruen vnde vor al vse vrund vnde vor alle de, de dhe dodslach antrid vnde van rechtes weghene antreden mach, vnde vsen borghen, de hir na screuen stad, den vromen wisen luden, hern Harberte van Mandeslo, hern Henrike Knicghen, hern Bertolde van Reden, hern Ludolue Campen ridderen, Seghebande van deme Berghe deme riken knechte, vnde hern Johanne Klinghenberghe vorbenomet, to behof vnde to nut der ghemenen ratmanne vnde borghere der stad to Lubeke vnde al erer denere vnde alle der, de an deme dodslaghe vordacht sin vnde vordacht werden moghen, mid samender hant, in truwen, ghantz, vast vnde vnvorbroken to holdende, ane allerleye arghelist. Vnde to ener betughinghe desser sone vnde vses louedes hebbe wi dessen bref mid vsen vnde mid vser borghen ingheseghelen witliken beseghelen laten. Vnde we her Luder van Holtdorpe, her Willeken van Wechelte riddere, Floreke Romele, Conrad van Vulle Hermannes sone, Luder vnde Lambert van Alden Otten sone knapen bekennet in desseme suluen breue, dat wi mid hern Johanne van Vulle vnde mid Conrade vnde mid Otten sinen sonen vnde vor se vnde vor alle ere eruen vnde vor alle ere vrund vnde vor alle de, dhe dhe dodslach antrid vnde antreden mach, ghelouet hebbet vnde louet den vorbenomeden vromen wisen luden, hern Harberte van Mandeslo, hern Henrike Knicghen, hern Bertolde van Reden, her Ludolue Campen ridderen, Seghebande van deme Berghe deme riken knechte, vnde hern Johanne Klinghenberghe, to behof vnde to nut der vorsprokenen ghemenen ratmanne vnde borghere der stad to Lubeke vnde al erer denere vnde der, de an deme dodslaghe vordacht sin vnde vordacht werden moghen, mid samender hand, in truwen de vorbenomeden sone ghantz, vast vnde vnvorbroken to holdende, ane allerleye arghelist. Desse sone is to Rethem ghedeghedinghet vnde endet, vnde to ener betughinghe alle desser vorbescreuenen stucke hebbe wi mid vsen vnde mid hern Johannes van Vulle vnde Conrades vnde Otten siner sone ingheseghelen dessen bref witliken beseghelen laten, na Goddes bort dritteynhundert jar in deme neghen vnde verteghesten jare, in sunte Egidius auende.

*Nach einer Abschrift in von Melle's Ausführlicher Beschreibung der Stadt Lübeck. II. S. 1181 ff.*

## CMXLI.

*Die Stadt Lübeck schreibt an den Grafen Gerhard von Holstein über die Eroberung des den Herren von Zülow gehörigen Schlosses Bernstorf und über die Hinrichtung der daselbst gefangenen Strassenräuber. 1349. Sept. 1.*[1]

Lubeca ad Gerhardum, comitem Holsatiae, de expugnato castro Bernstorpe, ex quo nobiles de Zulen frequentiores rapinas fecerant, destruendo et captis in eo raptoribus morti tradendis. Die Aegidii abbatis.

*Zum Jahre 1349 angeführt in Dreyer* Apparatus, *aus* Stryckii et Westphalen cod. diplomat. Holsat. No. 107. ad h. a.

## CMXLII.

*Heinrich Tusmer, Hochmeister des deutschen Ordens, ersucht den Rath zu Lübeck, den demselben früher zugesandten Geleitsbrief für den Erzbischof von Riga dem Letzteren auf ein Jahr auszuliefern. 1349. Sept. 8.*

Salutacione obsequiosa premissa. Consules Lubicenses, domini et amici dilecti, sciatis, religiosum et hone‖stum virum, fratrem Fridericum[2] ordinis Premonstratensis, nomine et ex parte reuerendi patris, domini Vromoldi ‖ archiepiscopi Rigensis, nobiscum terminum amicabilem a festo beati Michaelis archangeli futuro proxime ‖ per vnum annum immediate sequentem duraturum condixisse et nichilominus[3] ordinasse. Quare rogamus vos affectuose,[4] quatenus, non obstante priori nostra littera, eidem domino . . archiepiscopo litteram conductus nostri, cui sigillum nostrum magnum[5] appendet, vobis presentatam, detis, presentetis et in possessionem suam tradatis, per eum durante illo termino retinendam. Exspirante autem termino dicto,[6] videlicet in festo beati Michaelis numerando a festo Michaelis futuro proxime per annum, vobis prefatus dominus archiepiscopus predictam conductus nostri litteram restituere tenebitur et debebit, nisi incusauerit nos dicendo, contra formam conductus nostri per nos fore factum infra dictum terminum, de quo non sit sibi satisfactum. Tunc enim prenotatam litteram nostram seruare sibi liberum erit[7] tam diu, quousque ei[8] eueniat, quidquid super eo iuxta estimacionem et industriam proborum virorum expediens fuerit siue iuris. Quo facto statim memoratam conductus nostri litteram vobis reddere et representare debebit. Datum

1) Detmar. I. 271. 2) Fredericum. 3) nichilominus. 4) fehlt. 5) magnum sigillum nostrum. 6) quo exspirante. 7) liberum erit ei. 8) sibi.

in castro nostro Rogusin, anno Domini M̊CCC̊X̊L nono, in die Natiuitatis beate Marie virginis, nostro sub secreto.

Frater Heinricus Tůsmer, magister generalis
fratrum beate Marie de domo Theutonica.

*In dorso*: Famòsis viris et prudentibus, . . consulibus ciuitatis Lubek, dominis et amicis nostris sincere dilectis.

*Nach dem auf der Trese in doppelter Ausfertigung befindlichen, auf Papier geschriebenen Originale, mit aufgedrücktem Siegel.*

## CMXLIII.

***Ritter Johann von Vulle, sein Sohn Conrad und andere seiner Verwandten bekennen, von der Stadt Lübeck 100 löthige Mark Hannoverscher Währung als Wehrgeld für den Todtschlag des Willekin von Vulle empfangen zu haben. 1349. Sept. 30.***

We her Johan van Vulle riddere, vnde Conrad sin sone knecht, her Willeken van Wechelte, her Rolef vnde || her Dideric van Bordesle riddere, vnde Floreke Romele knecht. Bekennet vnde betughet openbare in || dissem breue, de mid vsen inghesegheln witliken beseghelet is, dat vs de erbaren lude, de . . rad||man van Lubeke, hebbet bered vnde betalet bi honouerscher wichte vnde were hundert lodeghe mark, de se vs sculdich weren vor Willekens dodslach van Vulle, dar se vs vore ghesat hadden to borghen de vromen lude, hern Harberte van Mandeslo den elderen, hern Bertolde van Reden, hern Ludolue Campen, riddere, vnde Seghebande van dem Berghe den riken knecht. Disser benomden hundert mark hebbe we se vnde ore benomeden borghen ghelaten vnde latet deghere quijt, ledich vnde los. Ouer disser benomden beredinghe hebbet ghewesen her Henric Knicghe de eldere, her Bertold van Reden riddere, vnde Seghebant van Reden knecht, vnde de . . rad to Honouere. Vnde is gheschen na Goddes bord druteynhundert jar in dem neghen vnde verteghesten jare, des neghesten daghes sunte Micheles.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden sechs Siegeln.*

## CMXLIV.

***Reinhard von Schönau, Herr von Schönhorst, Marschall des Römischen Königs und Vicar der Diöcese Cöln, ersucht den Rath von Lübeck um Bezahlung des vom König Karl IV. ihm überwiesenen zweijährigen Reichszinses der Stadt. O. J. (1349.) Oct. 14.***

Vos honestos viros, dominos . . magistros ciuium, . . scabinos, . . consules et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis, || amicos nostros dilectos, scire volumus, quod

nuper serenissimus dominus noster, dominus Karolus Romanorum et || Bohemie rex, pro expensis sibi per nos in ciuitate Aquisgrani conparatis et acquisitis, censum suum || et vsufructum, eidem domino . . regi per vos et vestram ciuitatem solui consuetum, et iam duobus annis non solutum, nobis apud vos et dictam vestram ciuitatem et per vos solui deputauit, iuxta formam et tenorem littere nobis a dicto domino . . rege super hoc concesse, cuius copiam vobis sub sigillo auctentico et signo tabellionis signatam cum presentibus destinamus. Quare vestram amiciciam rogamus instancius vos requirentes, quatenus pretextu litterarum earundem huiusmodi censum et vsufructum nobis, vt premittitur, deputatum ad hospicium Nicolai dicti Mûle, ciuis Aquensis, apud quem huiusmodi litteram originalem domini . . regis reliquimus, nomine nostro mittere velitis, nobis assignandum, qui Nicolaus, censu et vsufructu predictis sibi nomine nostro traditis et solutis, vobis predictam litteram seu vestro nuncio tradet seu vobis mittet ad locum vobis magis aptum, quemcunque sibi duxeritis assignandum; facientes in hijs, vt de vobis conqueri non habeamus, sed pocius vobis et vestre ciuitati in omni seruitutis genere, et ad dirigendum et promouendum vestros conciues in locis, vbi nos posse habuerimus, reddamur prompciores. Datum Aquis, feria quarta post Gereonis, sub nostro secreto.

Reynhardus de Schoynowe, dominus de Schoynuorst, marschalcus domini . . regis Romanorum et vicarius in temporalibus dyocesis Coloniensis.

*In dorso:* Prudentibus et honestis viris, dominis magistris ciuium, . . scabinis, . . consulibus et vniuersitati ciuitatis Lubicensis, amicis suis carissimis.

*Nach dem zum Briefe gefalteten Originale, auf Papier, auf der Trese. Schnitte für das Siegelband und Spur des aufgedrückt gewesenen Siegels sind noch vorhanden.*

## CMXLV.

*Heinrich Knop giebt dem Hoyger Wechsler eine Anweisung auf Jacob Kron in Stockholm über 330 Mark Schwedisch. 1349. Oct. 31.*

Jk Hinrik Knop bekenne des, dat ik hebbe vp gheboret vnde entfangen van Hoygere || Weslere hundert vnde viue vnde sestich mark an lubescheme pagimente, dar he || wedder vore entfangen schal thō deme Stokholme drehundert mark vnde || dertech mark zwedesch in alsodaneme pagimente, also dar ghenge vnde gheue is. Dit vorebenomede ghelt schal eme bereden Jacob Kron van den seeshundert vnde sestech marken, de ik Hinrik Knop vnde Aluin van deme Stene van eme koften. Tughe desser dink sint her Johan Plescowe vnde her Seghebode Crispin

rathmanne. Ghegheuen an deme jare Godes dusent jar dre hundert jar in deme neghen vnde verteghesten jare, in deme hilghen auende Alle Godes Hilghen.

*In dorso:* Protestacio Hinrici Knop et Hoygeri Campsoris.

Litterae memoriales, *auf der Registratur.*

## CMXLVI.

***Bürgermeister und Rathmänner zu Dortmund ersuchen den Rath zu Lübeck, den Nachlass des daselbst verstorbenen Heinrich von Volmesten ihrem Mitrathmanne Christian Schulte als Bevollmächtigten der beiden nächstgezeugten Erben, der Schwestern des Verstorbenen, Mechtild van den Husen und Adelheid von Werderingen, verabfolgen zu lassen. 1349. Nov. 3.***

Honorabilibus viris, dominis . . proconsulibus et . . consulibus Lubicensibus, amicis et coimperialibus eorum dilectis, . . proconsules || et . . consules Tremonienses promptitudinem obsequendi cum affectuum puritate. Constitute coram nobis Mechtildis || dicta van den Husen, et Alheydis de Werderincgen sorores cum . . amicis suis exposuerunt nobis, Henricum de || Volmestene apud vos defunctum, ipsarum fratrem verum et legitimum, bona quedam post se dereliquisse ad ipsas solas propiores heredes, et ad neminem alium, jure successionis hereditarie deuoluta, prout dicte sorores id suis juramentis coram nobis prestitis confirmarunt. Quia igitur eedem sorores Cristianum dictum Schulte, nostri consulatus consocium, presencium ostensorem, suum verum et legitimum procuratorem ad emonendum huiusmodi bona coram nobis constituerunt et elegerunt, dantes sibi in premissis faciendi, dimittendi, ordinandi, statuendi, disponendi vel quocumque modo pertractandi plenariam facultatem, honorabilitatis vestre sinceritatem nobis dilectam instancius deprecamur dictum procuratorem promouere velle amore nostri, vt huiusmodi bona consequatur indilate. A discretis enim viris Cristiano de Hengestenberghe, Arnoldo de Gradu, Gerhardo dicto Schulte, nostri consulatus consodalibus, et Gosswino de Vnna, nostro conciue, nobis dilectis, super premissis sufficientem recepimus fideiussoriam cautionem. Ne vero eorundem bonorum vlterior monicio subsequatur in posterum, ad nos firmum et certum respectum habeatis. Jn quorum omnium testimonium nostre ciuitatis sigillum presentibus tergotenus est appressum. Datum feria tercia post festum Omnium Sanctorum, anno Domini millesimo CCC quadragesimonono.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel.*

## CMXLVII.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, verspricht dem Rathe zu Lübeck, dafür einstehen zu wollen, dass Detlef und Wolf von Gudow den Verfesteten der Stadt bis zum Weihnachtsfeste einschliesslich keinen Vorschub leisten werden. 1349. Nov. 27.*

Nos Johannes Dei gracia comes Holtzacie ac Stormarie. Vos proui‖dos viros ac honestos, proconsules ac consules vniuersitatis ‖ ciuitatis Lubecensis, constare liquide cupientes (!) in hiis scriptis, quod ‖ pro Dethleuo et Wlf de Ghodowe fratribus stamus et bona fide promittimus, quod vestros proscriptos et emulos infra hinc et festum Natiuitatis Christi proximum et per illos quatuor dies festiuos tempore medio non debeant fouere, cibare vel hospitare, directe aut indirecte, aut peius vestrum ac vestrorum agere vel procurare quoquomodo, prout sub appensione nostri secreti presentibus publice protestamur. Datum Plone, anno Domini M̊CC̊XL nono, sexta feria ante vigiliam beati Andree apostoli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegelbande.*

## CMXLVIII.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über die von ihm geschehene Auflassung der von dem Priester Heinrich, genannt von Kakeditze, dem Heiligen-Geist Hospitale zu Lübeck verkauften 2¾ Hufen zu Giddendorf. 1349. Dec. 21.*

Johannes Dei gracia comes Holtzacie et Stormarie. Vniuersis presencia visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam. Quia memorie ‖ frequenter iniuriatur oblivio, et longinquitate fit temporis, quod res clara presentibus redditur obscura futuris, solet contra obliuionis ‖ dispendium de scripture remedio talibus prouideri, que perpetua debent firmitate stabiliri. Hinc est, quod presencium testimonio profitemur ‖ constare cupientes vniuersis presentibus et futuris, quod discretus vir, dominus Hinricus dictus de Kakeditze, presbyter Lubicensis dyocesis, pro ducentis marcis argenteorum denariorum lubicensium, sibi, vt coram nobis recognouit, integraliter persolutis et in suos necessarios vsus expositis et conuersis, de nostro, heredum nostrorum omnium ac fidelium nostrorum, suorumque heredum et proximorum, necnon omnium, quorum consensus requirendi fuerant, et quorum intererat seu interesse poterat, pleno consensu, voluntate et beneplacito, rite et racionabiliter vendidit,

dimisit ac coram nobis pleno iure resignauit honestis viris, . . prouisoribus, . . magistro ac fratribus domus Sancti Spiritus in Lubeke, ad vsus et vtilitatem eiusdem domus pro memoratis ducentis marcis, per ipsos, vt premittitur, prompte persolutis, ementibus, tres mansos vno quartali minus in villa dicta Gheddendorpe, cum omni iure, libertate ac perpetua proprietate, necnon proprietatem vnius mansi siti ad dictam villam in campo, dicto Voghedescampe, cum dimidietate hereditatis eiusdem mansi, empta olim ab Eghardo de Crempelstorpe, ac saluis dicte domui in alia medietate hereditatis eiusdem mansi, quam olim possedit Johannes de Hassendorpe, redditibus vnius marce denariorum vsualis monete, que marca dicte domui annaliter dabitur census nomine siue hure. Quibus quidem mansis et redditibus memorati prouisores, magister et fratres pro vsibus eiusdem domus perfrui debent perpetuis temporibus sine omni impedimento et obstaculo, cum omni jure, judicio supremo et infimo, manus et colli, ac judicijs omnibus intermedijs, et cum omni libertate, commoditate ac perpetua proprietate, vt premissum est, necnon cum omnibus suis attinencijs, terminorum distinctionibus, vt nunc iacent, et omnibus redditibus, emolimentis ac fructibus inde deriuantibus, et condicionibus omnibus ac singulis, prout dictos mansos et redditus olim dilecto nobis Marquardo dicto de Smalenze ob sumptuosa seruicia nobis per ipsum sepius impensa racionabiliter dedimus et dimisimus, ac prout ab eodem Marquardo pretactus dominus Hinricus de Kakeditze eos legitime comparauit et emit, ac possedit hactenus, cum omnibus et singulis in eadem villa per eundem ademptis, ac plane, sicut olim nobis et nostris progenitoribus pertinuisse libere dinoscuntur; renunciantes omni juri, quod nobis ac nostris hèredibus competere in hijs bonis in futurum poterit, et eadem bona memorate domui Sancti Spiritus cum omni libertate, perpetua proprietate ac singulis superius expressis condicionibus pleno jure dimittentes in hijs scriptis. Jn premissorum omnium et singulorum euidens testimonium appensione nostri sigilli firmiter communiri fecimus presens scriptum. Testes huius rei sunt magister Jacobus Crumbeke, magister Johannes Wedekini clerici nostri; Dethleuus Wenzine dictus de Goluitze marscalcus, Hinricus Glůsink et Euerhardus de Plǒne aduocatus noster, ac alii plures fidedigni. Datum in castro nostro Plǒne, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, in die beati Thome apostoli gloriosi.

*Nach dem Originale, im Archive des Heiligen-Geist Hospitales, mit an grün und roth seidener Schnur hängendem Reitersiegel.*

## CMXLIX.

*Bertold Wamekow, Bürger in Sternberg, und Ludolf, genannt Sternberg, verpflichten sich für die von ihrem Verwandten Peter Merchow dem Rathe zu Lübeck geschworene Urfehde. 1350. Jan. 2.*

Nos Bertoldus Wamekowe ciuis Sternebergensis et Ludolfus dictus Sterneberch. Recognoscimus || publice per presentes, quod pro iurata orueyda, quam Petrus Merchowe, noster auunculus, honorandis || viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis et eorum vniuersis conciuibus, fecerat et iurauit pro eo, quod per eorundem || dominorum consulum Lubicensium aduocatum captus fuerat et in ipsorum vinculis per tempus aliquod detentus, manu coniuncta et data fide promisimus et promittimus per presentes dominis consulibus antedictis vna cum Petro prenarrato, ita quod predicta orueyda per eundem Petrum ac ipsius omnes consa(n)guineos natos et nascendos debet inuiolabiliter obseruari. Jn cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CC̊C̊ quinquagesimo, in crastino Circumcisionis eiusdem.

*In dorso:* Oldelande detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden Siegeln.*

## CML.

*Entwürfe der zwischen dem Grafen Otto von Schwerin und dem Rathe zu Lübeck geschlossenen freundlichen Einigung und der besonders verabredeten Artikel. 1350. Jan. 5.*

Wy Otto van der gnade Godes etc. (*Gleichlautend mit No. 951, nur mit Dialekts-Abweichungen.*)

Wi rathmanne der stad thů Lubeke. Bekennen vnde bethůghen openbare in desem breue, dat wi deghedinghet vnde maket hebben mit deme eddelen manne, hern Otten greuen thů Zwerin, ene vruntleke eninghe, de waren scal van desser tyd bet thů Paschen, de nu neghest thůkomende is, vort ouer dre jar, in desser wys, dat wi syn, siner man vnde siner land beste beweten vnde weruen scolen in allen stucken, dar wi kønen. Vnde were ok, dės God nicht en wille, dat wi des suluen heren des greuen vyende werden wolden binnen desser tyd, dat scole wi eme en half jare vøre thů wetende dŏn. Men were dat de heren vnde de stede, de in deme lantvrede sin, vs jerghen thů escheden, vnde wi dar thů deden, als wi schuldich weren thů dønde na deme lantvrede, dar scole wi sunder brøke ane wesen.

Eder were ok dat wi wat deden vppe stratenrøuere eder vp vse vøruesteden lude, dar scøle wi ok sunder brøke ane wesen, vnde mit alle dessen stücken scolen desse deghedinghe vnde eninghe nicht ghebroken wesen. Thů ener openbaren bethughinghe vnde thů ener wisheyt desser dingh so is vse hemelke ingheseghel van vseme heete henghet an dessen bref. Ghedeghedinghet vnde gheuen thů Lubeke in vser stad, na Godes bort drůtteynhundert jaar in deme vefteghesten jare, in deme auende thů Twelften.

Verte et invenies plura.

[1]Desse stucke hebbe wi rathmanne sproken buten breues vnde deghedinghet mit deme suluen greuen van Zwerin vnde mit sineme rade.

Thů dem ersten male, were id also dat wi eschet wørden van den heren ofte steden, de in deme landurede sint, thů volgende vp ene vnde vppe sine land, so scole wi ene vorbeden thů rechte, eer denne wi volghen.

Vortmer were welk siner man, de vse vørvesteden lůde eder stratenrøuere entholde, den he nicht bedwinghen kunde, vppe den scøle wi ene volghen, dar it vs beleghen is, vnde anders nerghen, efte he dat eschet.

Vortmer were siner manne jenich, de vs vørvanghen hadde, vnde vs lyk don wolde, syn lyk wille wi nemen. Vnde were erer ok welk thů vnrechte vørvestet van vs, die dat bewisen mochte, also dat vs nøghede, den scole wi vt der vørvestinghe laten. Vnde schuldeghede wi ok erer jenighen, de noch vnvøruested were, vmme sake, vnde he dat bewisede, also dat vs nøghede, dat he der vnsculdich were, den scole wi siner vnschult laten neten.

*Unten am Rande:* Placita inter comitem Ottonem de Zwerin et ciuitatem.

*Nach einer Aufzeichnung auf Pergament, auf der Trese.*

## CMLI.

### *Otto, Graf von Schwerin, urkundet über die mit dem Rathe zu Lübeck auf drei Jahre geschlossene freundliche Einigung. 1350. Jan. 5.*

Wy Otto van der gnade Ghødes greue tů Zwerin. Bekennen vnde betůghen openbar in desme || breue, dat wi ghedeghedinghet vnde maket hebben mid den erbarn mannen, den ratmannen || der stad tu Lubeke, ene vruntlike enynghe, de waren scal van desser tyd bette tů Paschen, || de nů neghest tů komende is, vort

1) Steht auf der Rückseite, zum Theil halb verlöscht.

ouer dre iar, in desser wis, dat wi dersuluen ratmanne, erer stad vnde erer menen borghere beste beweten vnde weruen scolen in allen stůcken, dar wi mede kunnen. Vnde were och, des Ghot nicht en wille, dat wi ere vighent werden wolden binnen desser tyd, dat scole wi en en half iar vore tů wetene důn. Vortmer so en scole wi och ere vorvesteden lude nicht vntholden noch houen noch husen laten in vsen landen noch sloten. Men were dat dat wi erer vorvesteden lude welk behůueden tů vser not, de scole wi en bi namen scriuen in vsen breuen. Vnde drůghe[1] wi vnde de suluen ratman des ouer en, dat wi se vntholden můchten in vseme deneste vp ene beschedene tyd, so scole wi en dar vore stan vnde stat en dar vore in desme breue, dat se ere vnde der menen straten ergheste nicht weruen schun[2] binnen der tyd, dat se in vseme deneste sin, vnde achte daghe dar na, vnde wanne se vt vseme deneste wi willen laten, dat scole wi den suluen ratmannen achte daghe tů voren vnbeden. Vortmer vse slote scolen en open sin tů allen tyden, wi sin vte offte ynne, tů ghude binnen desser tyd, wenne nen vnghevůch dar inne tů dryuende vnde nummende voruanghene[3], se en důn dat na vseme, vser voghede vnde vser ratmanne rade vnde ghůde wille. Dat alle desse vorscreuenen [stucke] stůcke stede vnde vast bliuen, so loue (wi) dit dessen vorscreuenen ratmannen en mid vsen medeloueren, dessen achbarn knapen Vlricus van Penitze vnde Arnde van der Molen, vnde hebben vse ingheseghel en mid vser medelouere ingheseghele, de vor ghescreuen sin, tů eneme groteren tughe vnde orkunde hengen tů desme breue, de ghegheuen vnde screuen is tů Lubeke, na Ghodes bort dusent iar drehundert iar in deme vyftighesten iare, in Twelften auende.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit zwei anhängenden Siegeln; das dritte ist abgerissen.*

## CMLII.

***Ludwig, Decan der Kirche in Boyle, Wilhelm, Pleban zu Wetter, und die Knappen Wilhelm Dobbe und Diederich von Werminghusen ersuchen den Rath zu Lübeck, dem Bevollmächtigten der beiden Schwestern Adelheid von Werderingen und Mechtild von Husen den Nachlass des zu Lübeck verstorbenen Heinrich von Volmesten auszuliefern. 1350. Jan. 7.***

Honorabilibus viris et discretis, .. proconsulibus et .. consulibus in Lůbeke, amicis eorum dilectis, Ludewicus decanus || ecclesie in Boyle, Wilhelmus plebanus ecclesie in Wettere, sacerdotes, Wilhelmus Dobbe et Theodericus || de Werminchusen,

1) droghe. No. 850. 2) scolen. No. 850. 3) nemende vorvanghende. No. 850.

armigeri, salutem sinceram et rei geste congnoscere veritatem. Constitute coram nobis || Thele de Werderyngen et Mechtildis de Hůsen sorores recongnouerunt, se non coacte, sed voluntarie et matura deliberacione prehabita, Cristianum Schůlte in suum verum et legitimum procuratorem coram . . discretis viris, . . consulibus Tremoniensibus, elegisse et constituisse ad emonendum bona quedam ipsis prescise, et nulli alteri, per obitum Henrici de Volmestene, vestri conciuis, ipsarum fratris veri et legitimi, deuoluta, sicut estimamus vos et in patentibus litteris dictorum . . consulum Tremoniensium plenius vidisse, quas cum magna difficultate per sufficientem fideiussoriam caucionem et magnas preces ab eisdem consulibus sibi conparauerunt. Vnde petimus discrecionem vestram nobis dilectam, quatenus . . procuratorem . . dictarum sororum promouere velitis intuitu justicie et nostrarum precum interuentu, ut huiusmodi bona, et quantum super hoc vestre ciuitatis juris fuerit, ipsarum nomine consequatur indilate. Jn quorum testimonium sigilla nostra duximus presentibus appendenda. Datum in crastino Epiphanie Domini, anno eiusdem M̊CCC^mo quinquagesimo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden vier Siegeln.*

## CMLIII.

***Adolph, Graf von Holstein, Stormarn und in Schauenburg, entschlägt die Stadt Lübeck aller Verpflichtung für den durch ihre Kriegsleute ihm in Rellingen und Tangstedt zugefügten Schaden. 1350. Jan. 13.***[1]

Nos Adolphus Dei gracia comes Holtzacie, Stormarie et in Schowenborch. Tenore presencium recognoscimus || publice profitentes, quod dominos .. proconsules et .. consules et vniuersam ciuitatem Lubeke, quia se dicunt || esse innocentes nostri dampni nobis in Rellinghen et in Tanxstede per eorum armigeros facti, || dimittimus racione huiusmodi dampni penitus quitos et solutos, nullatenus ipsos pro eisdem amplius monentes seu quicquam ab eisdem de dampnis huiusmodi exigentes. Jn cuius rei signum nostrum secretum presentibus est appensum. Datum Hamborch, anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, feria quarta proxima post Ephyphaniam Domini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

---

1) Da im Jahre 1350 Epiphanias auf den vierten Wochentag fiel, so kommt der nächste vierte Wochentag nach Epiphanias der Octave gleich.

## CMLIV.

*Mehrere Geistliche zu Dortmund beglaubigen beim Rathe zu Lübeck Christian Schulte als Bevollmächtigten der Adelheid von Werderingen zur Erhebung der Erbschaft ihres daselbst verstorbenen Bruders. 1350. Jan. 23.*

Viris famosis et discretis, . . proconsulibus et . . consulibus in Lubeke, amicis eorum dilectis, . . decanus Christianitatis || Tremoniensis, Wernerus viceplebanus ecclesie sancti Reynoldi, et Euerhardus de Noua Curia rector ecclesie sancte || Marie ibidem salutem et viam agnoscere veritatis. Vestram scire cupimus prudentiam, quod presentiam nostram accedens || Thela de Werderincgen recognouit, se non coactam, sed bona liberaque voluntate Cristianum dictum Schulte de Tremonia suum verum et legitimum procuratorem coram discretis viris, . . consulibus Tremoniensibus, constituisse et elegisse ad emonendum bona quedam ipsi per obitum quondam Hinrici de Volmestene, vestri conciuis, ipsius vero fratris veri et legitimi, deuoluta, nec fauet nec wlt eadem bona per quemcunque ex parte sui tolli vel percipi quouis modo, sed per Cristianum procuratorem suum predictum, quem vna cum litteris patentibus ciuitatis Tremoniensis super hoc datis difficulter et magnis precum instantijs per grauem fideiussoriam cautionem sibi comparauit. Ob quod discretiuam prudentie vestre puritatem pro et cum dicta Thela studiosius deprecamur, dictum procuratorem suum promouere velle intuitu justicie et nostrorum precaminum interuentu ad consecutionem huiusmodi bonorum indilatam juxta formam vestre ciuitatis. Actum presentibus Johanne de Yborch, et Lamberto dicto Keyser sacerdotibus, ac alijs pluribus fidedignis. Jn premissorum testimonium sigilla nostra ad instantiuas preces dicte Thele duximus presentibus appendenda. Datum sabbato ante festum Conuersionis sancti Pauli, anno Domini millesimo CC̊C quinquagesimo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den anhängenden drei Siegelbändern, von welchen die Siegel abgesprungen sind. Ebendaselbst befinden sich zwei Streifen eines von denselben Geistlichen für Mechthild von Husen ausgestellten gleichlautenden Briefes,* datum Heste .... (anno mi)llesimo CCC quinquagesimo. *Das Stück, wo die Zeugen standen, fehlt; zwischen* per *und* quemcunque (*Z. 10.*) *ist eingeschoben:* Goswinum filium suum aut alium.

## CMLV.

*Heinrich und Andreas Kakeditze, Priester der Lübeckischen Diöcese, verpflichten sich, für die von Ersterem dem Heiligen-Geist Hospitale in Lübeck verkauften Hufen in Giddendorf Jahr und Tag Gewähr leisten zu wollen. 1350. Jan. 25.*[1]

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Hinricus de Kakeditze et Andreas eius frater || presbiteri Lubicensis dyocesis salutem in Domino. Presencium

1) Vgl. No. 948.

testimonio recognoscimus et constare vo‖lumus vniuersis, quod quosdam mansos et bona, quos et que ego Hinricus predictus prouisoribus, magistro et fratribus domus Sancti Spiritus in Lubeke, ad vsus eiusdem do‖mus ementibus, rite et racionabiliter vendidi et dimisi, sitos et sita in villa Gheddendorpe, cum omnibus juribus et libertatibus, in priuilegio nobilis nostri domini, domini Johannis comitis Holtzatie et Stormarie, super hac vendicione confecto contentis, nos ambo et quilibet nostrum insolidum ipsis auctorizare, warandare et disbrigare debemus et tenebimur sub nostris proprijs expensis et laboribus ab impeticione omnium juri parere volencium, infra annum et diem, prout jus terre Holtzatie exigit et requirit, prout hec coniuncta manu insolidum eisdem sollempni stipulacione promisimus et presentibus promittimus, et in eorum euidens testimonium nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Datum Lubeke, anno Dominice natiuitatis M̊CC̊C quinquagesimo, in die Conuersionis beati Pauli.

*Nach dem Originale, im Archive des Heiligen-Geist Hospitales, mit anhängenden Siegeln.*

## CMLVI.

***Hermann von Wickede und Bertram Vorrad, als Provisoren, so wie Meister und gesammter Convent des Heiligen-Geist Hospitales bekennen, aus dem Kaufe verschiedener Hufen in Giddendorf dem Priester Nicolaus Rosenfeld Namens der Kalandsbrüder der Jungfrau Maria im Lande Holstein 120 Mark Pf. schuldig zu sein. 1350. Jan. 25.***

Uniuersis hoc scriptum inspecturis vel audituris Hermannus de Wickede et Bertrammus ‖ Vørraath prouisores, frater Hermannus magister, totusque conuentus vtriusque sexus domus ‖ Sancti Spiritus in Lubeke salutem in Domino. Presencium testimonio publice profitemur, ‖ quod racione empcionis, qua tres mansos minus vno quartali in villa Gheddendorpe cum omni jure, libertate ac perpetua proprietate, necnon proprietatem vnius mansi siti ad dictam villam in campo dicto Voghedescampe, ac plane quicquid honestus vir dominus Hinricus de Kakeditze, presbiter Lubicensis dyocesis, in dicta villa habuit, legitime ab eodem domino Hinrico ad vsus et vtilitatem dicte domus comparauimus, tenemur ex parte eiusdem domus rite et racionabiliter obligati discreto viro, domino Nicolao dicto Rosenveld presbitero, ad manus et vsus . . dominorum . . fratrum kalendarum beate Marie virginis terre Holtzacie, in centum et viginti marcis denariorum monete Lubicensis, in festo beati Michaelis nunc proxime venturo intra ciuitatem Lubicensem in prompta

pecunia, postpositis dilacionibus, expedite persoluendis. Quibus sibi persolutis idem dominus Nicolaus priuilegium, quod habet super prenotatis bonis in Gheddendorpe, per nos, vt premittitur, emptis, nobis statim tradere tenebitur et presentare. Jn premissorum euidens testimonium sigillum pretacte domus presentibus duximus appendendum. Datum anno Dominice natiuitatis millesimo trecentesimo quinquagesimo, in festo Conuersionis sancti Pauli apostoli gloriosi.

*Nach dem Originale, im Archive des Heiligen-Geist Hospitales, an welchem nur noch der Einschnitt für das Siegelband vorhanden. Dieses und das Siegel fehlen.*

## CMLVII.

*Der Ritter Johann von Travemünde und seine Söhne, die Knappen Johann und Eler, urkunden über den Verkauf ihrer Hälfte von Teutendorf an das St. Johannis-Kloster zu Lübeck. 1350. Jan. 25.*

Jn nomine Domini amen. Vniuersis presentes litteras visuris vel audituris Johannes de Trauenemunde miles, necnon Johannes et Elerus || dicti de Trauenemunde famuli, eiusdem militis filii, salutem in Domino sempiternam. Ne gesta hominum per obliuionis dispendium euanescant, || solent scripturarum et testium memorie commendari, et illa precipue, que perpetua debent firmitate stabiliri. Hinc est, quod presencium testimonio || publice profitemur, nos de consensu et beneplacito nostrorum heredum et proximorum ac omnium, quorum consensus requirendi fuerant, rite et rationabiliter vendidisse, cessisse ac coram nobili nostro domino, domino Johanne comite Holtzatie et Stormarie, legitime resignasse in Christo devotis dominabus, . . abbatisse, . . priorisse totique conuentui monialium monasterii beati Johannis ewangeliste in Lubeke, ad suos et eiusdem monasterii vsus ementibus, producentis marcis denariorum monete lubicensis nobis integraliter persolutis et in nostros ac heredum nostrorum usus vtiles et necessarios expositis et conuersis, nostram dimidietatem ville Tôtendorpe, site in parrochia Trauenemunde, octo mansos habentem, quorum mansorum quiuis exsoluet annuatim duo talenta lubicensium denariorum predictorum. Quibus bonis cum attinenciis suis omnibus, areis, agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, arboribus, lignis, rubetis, aquis aquarumque decursibus, instagnacionibus, piscariis, viis et inviis, exitibus et regressibus, territoriis, terminis et terminorum distinctionibus, vt nunc iacent et ab antiquo dinoscuntur iacuisse, necnon cum omni jure, judiciis superioribus et inferioribus omnibus et singulis, per aduocatum, quem dicte moniales ad hoc statuerint, libere judicandis, ac cum omni libertate, commoditate, seruiciis, censu pullorum et

vniuersis redditibus, prouentibus, emolumentis, vtilitatibus et conditionibus singulis, sicut dicta bona nobis liberius pertinuerunt, vti debent et perfrui perpetuis temporibus, cum perfecta proprietate libere, pacifice et quiete, non obstantibus aliquibus gwerris, inhibitionibus, mandatis aut sentenciis ecclesiastici vel secularis judicis cuiuscunque, seu juris vel facti exceptionibus quibuscunque. Et quicquid eis de hiis bonis predictis deriuabitur, libere et licite duci facient ad ciuitatem Lubicensem vel alibi, quorsumcunque voluerint, via aquatica vel terrestri, in quo per neminem, qualicumque eciam casu vel causa emergente, debent aliqualiter impediri. Nec de dictis bonis pretacte moniales et monasterium beati Johannis aut coloni in eisdem bonis residentes ad aliqua prestationum, precariarum, exactionum, seruiciorum, siue borghwerk siue bruggewerk, vel ad arature seu quorumcunque aliorum vectigalium onera nobis, nostris heredibus seu cuicunque alteri tenebuntur, nisi tantum quod dicti coloni, si hostilis ingruerit necessitas, ad terre defensionem simul cum aliis occurrere sint astricti. Renunciantes insuper pro nobis et nostris heredibus exceptioni doli mali, non sic geste rei, non justi precii, non numerati, ac deceptionis vltra dimidium iusti precii, beneficio restitucionis in integrum, actioni in factum, et generaliter omni juris ciuilis et canonici beneficio et auxilio, per que premissa in parte vel in toto impugnari vel impediri potuerint in futurum, nec non omni juri, quod nobis, communiter vel diuisim, aut etiam nostris heredibus in hiis bonis competebat hactenus aut in futurum competere poterit. Transferentes etiam eadem bona cum pleno jure in easdem moniales et monasterium beati Johannis prenotatum, promittimus vna cum infrascriptis nostris compromissoribus dictis monialibus et earum prouisoribus, pro se et dicto monasterio sollempniter stipulantibus, in solidum et bona fide pro nobis et nostris heredibus, nos communiter aut diuisim ipsis in dictis bonis eorumque iuribus et attinenciis vniuersis litem, controuersiam aut molestiam aliquam non inferre directe vel indirecte, publice vel occulte, nec inferenti consentire, aut contra premissa vel eorum aliquod facere vel venire aliqua causa vel ingenio, de jure vel de facto, immo bona predicta in suis juribus et attinenciis prescriptis eisdem auctorizare, defendere et disbrigare ab impetitione cuiuslibet hominis aut vniuersitatis, et tradere possessionem vacuam, ac curare, vt fructus et redditus antedictos commode percipiant, et in vsus suos conuertant ac ducant, quorsum velint. Et nos Dethleuus Wenzine dictus de Goluitze et Hinricus Glusink famuli pro premissis omnibus et singulis firmiter seruandis et inconuulse vna cum pretactis domino Johanne de Trauenemunde milite, necnon eius filiis Johanne et Elero armigeris, in solidum bona fide pretactis monialibus et suis prouisoribus ad vsus dicti monasterii sollempni stipulatione promisimus manu et ore et promittimus per

presentes. Et in premissorum omnium euidens testimonium sigilla nostra presentibus de communi consensu omnium nostrorum sunt appensa. Datum Lubeke, anno Dominice natiuitatis M̊CCC̊ quinquagesimo, in die Conuersionis beati Pauli apostoli gloriosi.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhängenden fünf Siegeln.*

## CMLVIII.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet über die Bestätigung des in No. 957. gedachten Verkaufs. 1350. Febr. 2.*

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Johannes Dei gratia comes Holtzacie et Stormarie. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in Domino ‖ sempiternam. Hominum acta ne per obliuionis dispendium, que frequenter iniuriatur memorie, et longinquitate temporis euanescant, solent illa ‖ scripture testimonio commendari, que perpetua debent firmitate stabiliri. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri, nostros fideles Johannem de ‖ Trauenemunde militem eiusque filios Johannem et Elerum famulos de nostro, heredum nostrorum ac fidelium, necnon suorum heredum et proximorum ac omnium, quorum consensus ad hoc requirendi fuerant, beneplacito et consensu, rite et rationabiliter vendidisse et cessisse in Christo deuotis dominabus. (*Das Folgende ist mutatis mutandis, bis auf einige abweichende Formeln, gleichlautend mit No. 957. bis* de jure vel de facto. *S. 884. Z. 9. v. u.*) Et nos ob deuocionem et specialem fauorem et inclinacionem, quibus dictas moniales et monasterium prosequi cupimus, vt cultus diuinus, cui semper accrescere volumus, augeatur, dictam ville dimidietatem et bona pretacta cum omnibus et singulis suis attinentiis, juribus, vtilitatibus, redditibus, emolumentis, commoditatibus ac superius expressis libertatibus, necnon cum perpetua proprietate eisdem monialibus et monasterio contulimus pleno jure, et eam ac ea in ipsas moniales et monasterium beati Johannis transtulimus et transferimus per presentes, volentes, vt dicte moniales dictam ville dimidietatem et bona libere habeant, teneant et possideant, sicuti et alia eorum bona in terris nostris vncquam liberius possederunt, et renunciantes pro nobis et nostris heredibus ac successoribus omni exceptioni doli mali, beneficio restitutionis in integrum, actioni in factum, et generaliter omni juris aut facti auxi[illegible], quod contra premissa vel premissorum aliquod per nos aut nostros heredes vel successores obici posset vel opponi, et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi precedat specialis. Huius rei testes sunt fideles nostri Marquardus Brokdorpe, Johannes Meynerstorpe et

Langhe Plesse milites; magister Jacobus Crumbeke cancellarius noster, Dethleuus Wenzine dictus de Gŏluitze et Hinricus Glŭsink famuli, et alii quam plures fide digni. Jn euidens igitur omnium premissorum testimonium, et vt hec robur perpetue firmitatis obtineant, presentes litteras nostro sigillo fecimus communiri. Datum in castro nostro Plŏne, anno a natiuitate Domini MCCC quinquagesimo, in festo Purificationis beate Marie virginis gloriose.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMLIX.

***Aebtissin, Priorin und gesammter Convent des St. Johannis-Klosters zu Lübeck urkunden über das dem Ritter Johann von Travemünde und dessen Söhnen gestattete Wiederkaufsrecht hinsichtlich der dem Kloster verkauften Hälfte von Teutendorf. 1350. Febr. 5.***

Nos Hillegundis abbatissa, Ghertrudis priorissa totusque conuentus || monialium monasterij beati Johannis ewangeliste in Lubeke. Presencium || testimonio publice profitemur, quod dilectis nobis in Christo domino Johanni || de Trauenemünde militi eiusque filijs Johanni et Elero ex speciali fauore et gracia liberam potestatem dedimus et concedimus cum mera liberalitate graciose per presentes, quod ipsi et eorum heredes dimidietatem ville Totendorpe, quam pro ducentis marcis denariorum monete lubicensis prompte per nos persolutis ab ipsis rite et racionabiliter emimus et comparauimus, libere reemere valeant pro ducentis marcis denariorum prenotate lubicensis monete, nobis intra ciuitatem Lubicensem prompte et expedite presentandis per ipsos ac persoluendis infra quinque annos a data presencium immediate et continue computandos, quandocunque decreuerint, excepto tamen primo anno integraliter, in quo nullam habebunt reemendi facultatem. Et quandocunque infra quatuor annos dicti quinquennij, primo, vt premittitur, anno excluso, dictam ville dimidietatem reemerint, vt prescribitur, tunc redditus illius anni, qui post huiusmodi reempcionem debentur, ipsi percipient bonis de premissis, presentibus post lapsum dicti quinquennij minime valituris. Jn premissorum euidens testimonium sigillum nostri conuentus presentibus duximus appendendum. Datum anno a natiuitate Domini MCCC quinquagesimo, in die Agate virginis.

*In dorso*: Totendorp non debet monstrari nec registrari.

*Nach dem Originale, im Archive des St. Johannis-Klosters, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMLX.

*Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, Pfalzgraf am Rhein, Herzog von Baiern und Kärnthen, Erzkämmerer des Reichs u. s. w., cedirt seinem Schwager, dem Könige Waldemar von Dänemark, seine Rechte auf die Reichssteuer der Stadt Lübeck. 1350. Febr. 16.*

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus Dei gratia Brandeburgensis et Lusatie marchio, comes Palatinus Rheni, dux Bavarie et Carinthie, sacrique Romani imperii archicamerarius, Tyrolis et Goricie comes, nec non ecclesiarum Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis aduocatus[1] excellenti et magnifico principi, domino Waldemaro[2] regi Danorum, suagero nostro sincere charissimo, et suis heredibus ob singularis amicitie et dilectionis, quas apud ipsos ex debito gerimus, considerationem et ex[3] sincero amore resignavimus pensionem civitatis Lubecensis annuam, quam ab invictissimo principe, domino Ludovico Romanorum imperatore, domino et progenitore nostro charissimo felicis recordationis, hactenus secundum literarum suarum nobis super eadem pensione datarum contentinentiam pacifice tenuimus et possedimus[4] et presentibus voluntarie duximus resignandam, renunciantes etiam benevole pro nobis et heredibus nostris omnibus juribus, nobis in eadem pensione competentibus, cum literis et privilegiis nostris[5] desuper, ut premittitur, confectis, sic quod inantea predicta pensio singulis annis prenotati nostri suageri et suorum heredum usibus sine nostri et heredum nostrorum impedimento quolibet debeat pertinere. Jn cujus testimonium presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in Budissin[6], anno Domini MCCCL, feria tertia ante dominicam, qua cantatur Reminiscere.

*Nach dem Abdrucke in Pontani* Rer. Danicar. Hist. Amstelod. 1631. p. 478, *mit Benutzung der Varianten in* Christierni II. Daniae regis responsio ad Lubicenses, authore *Cornel. Duplicio Scoppero*, 1524, *und in von Melle's handschriftlicher Beschreibung der Stadt Lübeck. II. p. 1184.*

## CMLXI.

*König Karl IV. verpfändet dem Könige Waldemar von Dänemark für die ihm zugesagten 16000 Mark Silber Kölnisch die Reichssteuer der Stadt Lübeck. 1350. Febr. 19.*

Wir Karl von Gots gnaden Romischer kung, zu allen zeiten merer des reychs und kung zu Beheim. Verjehen und tun kunt offenlich mit disem brieue,

1) Die Worte fehlen bei Pontanus und von Melle. 2) Woldemaro. Scepp. 3) consideratione et. Pont. consideratione ac. Scepp. 4) possidemus. Pont. Melle. 5) nobis. Melle. 6) Budessin. Scepp.

daz wir, mit wolbedachten mute und mit rate der hochgebornen Ludwiges und Ludwiges des Romers gebruder, marggrauen zu Brandenburg und zu Lusitz, Ruprechts pfaltzgrafen bey Reyn und hertzogen in Beyern, kurfursten, und auch anderer fursten und herren, unserer und des heyligen Romischen reychs getrewen, dem durchlwchtigen Woldemar kunge zu Dennenmarkten, vnserm besundern lieben frunde, durch dienstes willen, den er uns und dem reyche getan hat und noch getun wil und mag in kunftigen zeiten, sechstzehen tusent mark loetiges silbers kolnischer gewicht geben haben und geben von besundern unsern kunglichen gnaden, und derselbin wellen wir in sicher und gewis machen, als daz wol recht und zimlich ist, und dovon setzen wir dem obgenn. kunge zu Dennenmarkten und seynen erben zu rechtem pfande die jerliche stewir und gulte, die wir und daz reych haben vff der stat zu Lubek, daz er und seyn erben dieselbin stewir und gulte inne haben, nutzen und niezzen sullen on abslak und ungehindert mit allem rechte untz an die zeit, daz wir oder unsir nachkomen an dem reych im oder seynen erben kunigen zu Dennenmarkten die obgenn. sechstzehen twsint mark silbers gar und gentzlich verrichten und betzalhen an der stat, do im dazselbe gelt unempfert ist; also bescheydenlichen, daz alle brieve, die vormals von seliger gedechtniss unsern furfarn an dem reych oder von des reychs wegen und von uns selbir, beynamen marggrauen Ludwigen zu Brandenburg, der sich sulcher brieue fur unsir kuniglichen gegenwertigkeit vertzigen hat mit gutem willen, oder ymand anders, wie der genant sey, geben oder wurden seyn, gentzlichen abseyn sullen und keine craft oder macht haben indheyneweis, on dise brieue, die der vorgenn. kunig von Dennenmarkten daruff hat, die sullen ire macht gentzlich behalten. Mit vrkund ditz briefs versigelt mit vnserm kuniglichen ingsigel, der geben ist zu Budissin, nach Crists geburt druzenhundert jar und in dem funfftzigsten jare, des nechsten Freytages nach sant Valentins tag, in dem virden jar unsirer reyche.

Per dominum regem
Johannes Nouisor.

R.

*Nach dem* ex Orig. membran. *genommenen Abdrucke, welcher in Gram's* Forbedringer til Kong Woldemar Christoffersons Historie (Skrifter af det Kiobenhavnske Selskab. IV. p. 210 sq.) *mitgetheilt ist.*

## CMLXII.

***Erich der Jüngere, Herzog von Sachsen, beurkundet seine Einwilligung in die Ueberweisung der ihm bisher von Markgraf Ludwig von Brandenburg verpfändet gewesenen Lübeckischen Reichssteuer an König Waldemar von Dänemark. 1350. Febr. 23.***

Vi Erik af Guds naade hertug til Saxen den yngere. Bekiœnde aabenbare i denne skrift, at den pleye, som vi hafde i staden Lybek paa markgræf Lodwigs vegne til pant, hafver den høybaarne fyrste Woldemar Konge til Danmark ladet sig sætte (til pant.) Dette har hand giort med vores raad og villie, og vi begifve os den, saa at vi og vore arfvinger ikke skulle eller ville herofver skylde ham eller hans arvinger. Til vidnesbyrd er dette bref beseglet med vores hemmelige indsegl, efter Guds byrd 1350, St. Matthias aften, i staden Budissyn.

*Nach einer in Gram's* Forbedringer. p. 73. *mitgetheilten dänischen Uebersetzung des Originals.*

## CMLXIII.

***König Karl IV. weiset die Stadt Lübeck an, die Reichssteuer fortan dem Könige Waldemar von Dänemark, dem sie für 16000 Mark Silber verpfändet worden, zu entrichten. 1350. März 2.***

Wir Karl von Gots gnaden Romischer kung, zu allen zeiten merer des reychs, und kunig zu Beheym. Enbieten den burgermeistern, dem rat vnd den burgern gemeynlich der stat zu Lubek, vnsern vnd des heyligen Romischen reychs lieben getrewen, vnsir gnad vnd allez gut. Wann wir dem durchleuchtigen Woldmar kunge zu Denemarkten, vnserm besundern vnd lieben freunde, die jerliche stewre, die ir vns vnd dem reych von wegen der stat zu Lubek alle jar pflichtig seit ze geben, mit allen rechten, nutzen vnd zugehorungen zu rechtem pfande vorsetzet haben vmb sechstzehen twsent mark loeteges silbers, als in andern vnsern brieuen, die er dar vber hat, volkumlicher geschriben stet: darvon gebieten wir ewern trewen ernstlichen und festiclichen bey vnsern vnd des reychs hulden, daz ir dem obgenanten kunge zu Dennenmarkte vnd seynen erben mit der vorgenanten stewr wartet, gehorsam vnd vndirtenig sit, vnd dieselben stewre im, seynen erben, oder wen si dartzu senden mit iren brieuen, on wiedersprechen, on vorgetzog vnd on allez hinderniss alle jar gentzlich verrichtet vnd betzalhet, wann wir euch vnd ewir nachkomen burger zu Lubek vnd auch die stat der obgenanten stewre, als oft ir sie dem vorgenanten kunge, seynen erben vnd iren boten gebet vnd berichtet, quyt, ledig vnd loys gentzlichen sagen mit vnserm kunglichem gewalt vnd mit craft

ditz brieffs, versigelt mit vnserm kunglichen insigel, der geben ist zu Prag, nach Crists geburt drutzehenhundert jar vnd in dem funftzigstem jare, des nehsten Dinstages nach sant Mathias tag des heyligen zwelfboten, in dem virden jare vnsir reyche.

Johannes Nouisor.

*Nach dem* ex Orig. membran. *genommenen Abdrucke in Gram's* Forbedringer. p. 229.

## CMLXIV.

***Arnold Voet, Rathmann von Stralsund, stellt einen Wechsel aus über 158 Pfund Groschen von Tours, zahlbar zu Brügge für Rechnung der Lübeckischen Rathmänner Heinrich Pape und Hermann Blomenrot an Matthäus de Bursa und Tidemann Blomenrot. 1350. März 20.***[1]

Omnibus presens scriptum cernentibus ego Arnoldus Voet, consul Sundensis, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco, me vendidisse et integraliter sustulisse centum libras grossorum et quinquaginta octo libras grossorum honorabilibus viris et honestis dominis, domino Hinrico Papen, proconsuli Lubicensi, et a domino Hermanno Blomenrot, consule ibidem, quamlibet libram pro VIIIł marcis lubicensium denariorum, Brugis persoluendis ad vsum ipsorum domino Matheo de Bursa et Thidemanno Blomenrot in octaua Laurencii post datum huius littere, sine aliqua protractione longiori et absque impedimento aliquo. Eciam ipsis promisi et adhuc cum meis veris heredibus promitto, si aliquod dampnum ex hoc incurrerent, quod Deus auertat, sic quod pecunia in dicto termino non fieret persoluta, extunc totum dampnum vna cum summa principali ipsis teneor subleuare, rogansque dominum Hinricum Papen, si predictus dominus Hermannus michi fidem adhibere noluerit plenariam, vt ipsum indempnem velit obseruare. Si vero ita con-

1) Aus diesem Geldgeschäft erwuchs später ein Rechtshandel zwischen den beiderseitigen Erben, über welchen sich folgende Klageschrift aus dem Jahre 1368, Febr. 2. findet, in die, ausser der obigen Urkunde, auch die unter No. 978. und No. 980. abgedruckten aufgenommen sind:

Gi erliken heren, wetet, dat de erfnamen hern Hinrikes Papen, deme Got ghenedich sy, schuldighen de erfnamen hern Arndes Voetes, also dat desse vorbenomede her Arnd Voet heft vorkoft hern Hinrike Papen vnde hern Hermen Blomenrode CLVIII punt grote. Vor ihewelik punt grote hebbet se hern Arnde Voete gheuen VIIł mark lubesch. Vnde dit vorbenomede ghelt scholde her Arnd Voet hebben betalet in Vlanderen her Matheus van der Borsen vnde Thidemanne Blomenrode to behof hern Hinrikes Papen vnde hern Hermen Blomenrodes vorbenomet. Vnde desse beredinghe is nicht gheschen. Hir vmme so moeste her Hinrik Pape hern Hermen Blomenrode de helfte desses gheldes betalen, vnde dar en bouen gaf he hern Hermen Blomenrode XXVI guldene vor de hindernisse vnde vor den schaden, wente dat her Hinrik Pape ghelouet hadde hern Hermen Blomenrode vor dit ghelt alse van bede weghene vnde van heet hern Arnd Voetes, alse de opene breue bewiset vnde tughet, de aldus langhe hadden gheleghen vnder hern Arnde Papen, hern Hinrikes Papen sone, wente dat he se hemeliken hadde vnder beholden dor twidracht willen, de twisschen em vnde sinen broderen was, des her Arnd Pape sedder bekant heft vor

tingeret propter horribilem pestilenciam, que iam per totum mundum versatur, quod pecunia non fieret persoluta nec monita Brugis in Flandria, extunc ipsis promitto, prout prius promisi, totum dampnum restaurare. Super omnia, sicut constat nos omnes esse mortales, propterea dominum Wedekinum Warendorp et dominum Thidemannum de Allen et dominum Johannem Woltvoghel, consules Lubicenses, assumpsi in testimonium omnium premissorum. Si pretaxata pecunia non fieret persoluta vel cum silencio subtracta, non monita, ex tunc promisi et cum meis veris heredibus promitto, quamdiu pecunia stat non pagata per me vel per meos heredes, extunc ipsis intantum singulis annis de redditibus ministrabo, quantum pecunia prenominata in valore postulat et requirit. In euidenciam pleniorem sigillum meum vna cum sigillis testium premissorum presentibus est appensum, sub anno Domini M°C°CL, in vigilia Palmarum.

*Nach der in die unten angeführte Klageschrift aufgenommenen Copie.*

---

bedderuen luden, dat se moghen bewisen. Aldus so roret de gantze summe an hern Hinrikes Papen erfnamen, vnde de summe hir van de is XII$^{C}$ mark lubesch vnde II guldene.

Vortmer so esschen de erfnamen hern Hinrikes Papen van hern Arndes Voetes erfnamen de rente van desser vorbenomeden summen, alse van der tyd, de vorghangghen is, do men scref na Godes bort dusent drehundert in deme veftighesten iare, des Sundaghes to Palmen, dat se eres gheldes enboren hebben, van jeweliken iare LX mark to rente. Vnde de summe van desser vorzetenen rente is XI$^{C}$ mark myn XX mark lubesch.

Vortmer so esschen se dar to ere helegghinge erer koste, de se sedder der tyd hebben gheden, dat se manende hebben ghewesen vmme desse schulde. De summe van den kosten is C vnde XXX mark lubesch.

Vortmer so claghet hern Hinrikes Papen erfnamen van groter vorachtinghe, de en gheschen is to dem Sunde vor richte vnde vor rade van hern Arndes Voetes kynderen vnde eren hulperen, dar se weren to vordernde desse vorbenomeden schulde.

Vortmer so beropen sick hern Hinrikes Papen erfnamen alle desser vorbenomeden sake vp ene vaste bewisinghe erer ghuden openen breue. Mer vmme ere vnde vrůnscop willen so sint de vorbenomeden erfnamen hern Hinrikes Papen alle desser vorbenomeden sake ghebleuen vnde ghegan to wller macht beyde minne vnde rechtes to den erliken heren, deme rade von Lubeke vnde van deme Sunde, se to vorschedene van hern Arndes Voetes erfnamen twisschen hir vnde sunte Johannes daghe, alse he gheboren wart, to Middensomer neghest to to komende, als id begrepen is van vrůnden in beydent syden. Weret dat des nicht en schude binnen desser tyd, so scholde eyn jewelik wesen vnde bliuen sines rechtes vnvorsumet. Dit is gheschen na Godes bort MCCCLXVIII, in deme hilghen daghe vnser leuen Vrowen to Lichtmissen. Dit is de erste bref, den her Arnd Voet heft bezeghelt hern Hinrike Papen vnde hern Hermene Blomenrode, mit betuchnisse drier ratmanne inghezeghele van Lubeke: (*Hier folgt No. 964.*)

Dit is de quitancia, de her Hermen Blomenrot heft bezeghelt hern Henrike Papen, alse van der helfte des gheldes, de he hern Hermen betalde, mit betuchnisse tvier ratlude van Lubeke: (*Folgt No. 978., und dann auf der Rückseite von anderer Hand:*)

Dit is en vtschrift des breues, den de rad van deme Sunde bezeghelt heft mit erem clenen inghezeghele: (*Folgt No. 980.*)

*Die auf der Tresse bewahrte Aufzeichnung trägt von der ersten Hand die Aufschrift:* Dit sint de claghe vnde de vtscrifte der openen breue van der erfnamen weghene hern Hinrikes Papen.

## CMLXV.

*Der Rath zu Wismar ersucht den Rath zu Lübeck, den Nachlass des durch Fall von einem Thurme verunglückten Johann Bukow dem Bevollmächtigten des Bruders, als nächsten Erben des Verstorbenen, verabfolgen zu lassen. 1350. März 26.*

Honoris (!) viris et discretis, amicis suis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, consules in Wismaria || dilectionis et seruicii firmitatem. Exposuit nobis Henricus Bucowe, vir prouidus, consularis || noster dilectus, quod frater ipsius, Johannes Bucowe, in vestra ciuitate casu de turri lapsus, prochdolor, || carnis debitum exsoluit moriendo, et bona quedam in vestra reliquit ciuitate, que ad ipsum Henricum Bucowen iure successionis hereditarie dinoscuntur legitime deuoluta, cum ad ea non sit alius heres propinquior nec tam propinquus, sed ipse antedictus Henricus Bucowe est frater eius heres proximus atque uerus. Honestatem igitur vestram nobis plerumque dilectam deprecamur precibus affectiuis, quatenus vniuersa bona per dictum Johannem Bucowen defunctum in vestra ciuitate relicta dicto ipsius fratri tamquam vero et proximo heredi faciatis applicari, ac Dethleuo, presencium ostensori, non fratri, sed vero ipsius procuratori, indilate faciatis presentari, plenam potestatem recipiendi retinenti integraliter et complete, securam ad nos habituri fidem firmumque respectum, quod pro omnibus huiusmodi bonis, quecunque eidem Dethleuo presentata fuerint, nulla omnino monicio alia aut actio posterior sequi debet. Jn cuius rei testimonium euidens nostre ciuitatis secretum presentibus est affixum. Datum anno Domini M̊CC̊C quinquagesimo, feria sexta Parasceue. Exibete vos amicos in premissis.

*Nach dem Originale, auf der Treue, mit aufgedrücktem Secret.*

## CMLXVI.

*Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, urkundet, dass er auf die aus einem auf der Elbe gestrandeten Schiffe nach Hamburg geborgenen, Lübckischen Bürgern gehörigen Güter kraft bestehender Privilegien keinen Anspruch habe. 1350. März 27.*

Johannes Dei gracia Holtzacie et Stormarie comes. Omnibus presentes litteras inspecturis notum esse volumus et pre||sentibus publice protestamur, de bonis illis, que in naui Hinrici de Monasterio, alias in Albea fundum tan||gente, fuerant adhuc in Hamborch, depositis, quod omnia illa bona, quecunqne ciuibus Lubicen-

sibus pertinent, || pleni iuris eorum demonstracione per apertas . . progenitorum nostrorum litteras nobis facta, nullatenus inculpamus et de consensu vxoris nostre dimittimus ea quita, libera ac soluta. In cuius rei euidens testimonium secretum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°CC°C quinquagesimo, sabbato infra festum Pasche.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Secret.*

## CMLXVII.

*Hermann Modentin urkundet über die der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1350. Apr. 30.*

Ego Hermannus Modentyn. Recognosco publice per presentes, me famosis viris, dominis consulibus || Lubicensibus, et eorum conciuibus vniuersis, pro eo quod per eiusdem ciuitatis Lubicensis aduocatum captus fueram et positus || in turrim, promisisse et iurasse veram orueydam per me et meos consanguineos natos et nascen||dos seu omnes et singulos amore mei quicquam facere vel dimittere volentes inuiolabiter obseruandam. Pro qua orueyda ad maiorem securitatis cautelam Luderus Modentyn, meus patruus, vna mecum manu coniuncta et data fide prenarratis dominis consulibus et eorum aduocato promittebat, suum sigillnm vna cum meo sigillo presentibus appendendo in testimonium premissorum. Datum et actum Lubeke, in vigilia Phylippi et Jacobi beatorum, anno Domini M°CC°C quinquagesimo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel des Hermann Modentin; das andere ist vom Bande abgesprungen.*

## CMLXVIII.

*Wicbold von Haren, Bürger zu Lübeck, und Heinrich Rode, Bürger zu Osnabrück, geloben für die von dem Vater des Ersteren, Nicolaus von Haren, der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1350. Jun. 9.*

Nos Wicboldus dictus de Haren, in Lubek, et Hinricus dictus Rode, in Osenbrugge ciues. Recognoscimus tenore presencium || publice et testamur, quod pro iurata orueyda, quam Nicolaus de Haren, mei Wicboldi pater, iurauit et fecit honorandis || viris, dominis consulibus Lubicensibus, et eorum conciuibus vniuersis, pro eo quod racione cuiusdam fame sibi sinistre et suspiciose iniecte in turrim || ciuitatis Lubicensis ponebatur, manu coniuncta promisimus et bona fide promittimus

per presentes, ita quod predicta orueyda per prefatum Nicolaum facta et iurata debeat per ipsum et suos consanguineos natos et nascendos inuiolabiliter absque doli mali occasione obseruari in perpetuum et teneri. Jn cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, feria quarta proxima ante Viti et Modesti.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMLXIX.

*Die Knappen Marquard Rodesand, Heinrich Rodesand und Johann Lubbetin geloben für die von dem Sohne des Erstgenannten, Marquard Rodesand, der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1350. Jun. 16.*

Nos Marquardus dictus Rodesand et Hinricus, eius filius cognominis eiusdem, necnon Johannes Lubbetyn famuli.‖ Recognoscimus presentibus publice et testamur, quod pro iurata orueyda, quam Marquardus Rodesand, mei supra‖dicti Marquardi filius, discretis viris, dominis consulibus Lubicensibus, et eorum aduocato seu conciuibus ipsorum vniuersis, pro eo ‖ quod per eorundem dominorum consulum aduocatum captus fuerat et in eorum turrim positus, fecit et iurauit, promisimus manu coniuncta et data fide promittimus per presentes dominis consulibus et eorum aduocato antedictis, ita quod eadem orueyda per prefatum Marquardum Rodesand facta et iurata per ipsum et suos amicos natos et nascendos absque occasione doli mali inuiolabiliter debeat obseruari in perpetuum et teneri. Jn cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, in crastino Viti et Modesti beatorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMLXX.

*Die Knappen Marquard Westensee und Henneke Smedeke geloben für die von Hasse Smedeke, dem Bruder des Letztern, der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1350. Jul. 5.*

Nos Marquardus Westense et Hennekinus dictus Smedeke famuli. Recognoscimus tenore presencium publice et testamur, quod pro iurata orueyda, quam Hasso Smedeke, mei Hennekini frater, honorandis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, et eorum conciuibus vniuersis, pro eo quod per eorundem dominorum con-

sulum aduocatum captus fuerat et ductus in eorum turrim, fecit notorie et iurauit, promisimus eisdem dominis consulibus et ipsorum aduocato pretacto manu coniuncta et data fide et promittimus per presentes, ita quod eadem orueyda per pretactum Hassonem Smedeken ac suos amicos natos et nascendos inuiolabiliter debeat obseruari. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Lubeke, anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, feria secunda proxima post diem Processi Martiniani beatorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden Siegeln. Das des Marquard Westensee ist ein anderes, als das an No. 784 und 785 hängende.*

## CMLXXI.

*Die Knappen Arnold Elmenhorst, Bertram Rode und Hartwig Krummendiek geloben für die von Ulrich Meklenburg der Stadt Lübeck geschworene Urfehde. 1350. Jul. 9.*

Nos Arnoldus Elmehorst, Bertrammus Rode et Harthwicus Krummedyk famuli. Tenore presencium re‖cognoscimus publice et testamur, quod pro iurata orueyda, quam Olricus Mekelenborch honorandis viris, || dominis consulibus Lubicensibus, eorumque aduocato necnon conciuibus vniuersis fecit et iurauit pro eo, quod per eundem aduocatum || captus fuerat et in turrim ciuitatis Lubicensis ductus, promisimus manu coniuncta et data fide et promittimus per presentes dominis consulibus antedictis, ita quod eadem orueyda per pretactum Olricum suos consanguineosque et amicos natos et nascendos absque occasione doli mali inuiolabiliter debeat obseruari. Jn cuius rei testimonium euidens nostra sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Lubeke, anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, feria sexta proxima ante diem beate Margarete.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden drei wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMLXXII.

*Die Richter von Ostringen und Wangerland, so wie die Rathmänner von Jever ersuchen den Rath von Lübeck, gewisse einem Bürger von Jever zugehörige Güter dem Bevollmächtigten der Erben desselben ausliefern zu wollen. 1350. Jul. 10.*

Prudentibus viris ac famosis dominis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubbicensis, judices terrarum Astringie et Wangie || ac consules oppidi in Geueris quic-

quid possunt promocionis et honoris. Dudum Eboka, dictus Vffana, oppidanus || Geuerensis commendabilis memorie, dum viuebat, quedam bona sua, videlicet vnam lagenam et duos saccos || impletos cum laneis licijs, wlgariter nuncupatis vllengarn, sibi super Albiam per oppidanos de Campen iniuste ablata, in vestra ciuitate sub custodia cuiusdam ciuis vestri nomine Smilav secundum formam et modum vestre iurisdictionis arestauit. Quare vestram magnificenciam, quam erga nostros conterraneos hucusque beniuole exhibuistis, precibus rogamus studiosis, quatenus Ghermarum dictum Bundana, presencium exhibitorem et predictorum bonorum verum heredem, amore Dei et nostrarum precum interuentu ita promoueatis, ut prefata bona ad suas manus et possessionem deueniant. Quod penes vos et vestros in similibus uel maioribus cupimus promereri. Jn quorum omnium et singulorum testimonium presentibus litteris sigilla nostra vna cum sigillo memorati Ebokonis Vffana duximus appendenda. Datum Geueris, anno Domini M̊CC̊C quinquagesimo, ipso die Septem fratrum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit dem Einschnitt für nur ein Siegelband, wovon ein Rest vorhanden war. Die Spuren, dass mehr Siegel angehangen, fehlen.*

## CMLXXIII.

***König Karl IV. giebt dem Rathe zu Lübeck auf dessen Anfrage Anweisung, wie er sich mit der Auszahlung der Reichssteuer, namentlich dem Könige Waldemar von Dänemark gegenüber, zu verhalten habe. 1350. Jul. 19.***

Karolus Dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex. Magistroconsulum, consulibus, vniuersitati ciuium ciuitatis Lu||bicensis, fidelibus nostris dilectis, graciam regiam et omne bonum. Insinuacione honorabilis . . notarii ciuitatis vestre, fidelis nostri dilecti, nuper || audita, quod ob hoc, quia census ille, quem nobis et sacro imperio annuatim tenemini, pluribus deputatus existat, et plures hincinde diuersorum || moniciones paciamini, aliqua vobis et mentibus vestris surrexerit turbacionis materia, et petiuistis, insinuante nobis eodem notario, quatenus super hiis, ne in vestrum dispendium vltimatim fortasse vergerent, dignaremur de opportuno et congruenti remedio prouidere: nos vero, huiusmodi negocii qualitate pensata et in aciem nostre mentis diucius reuoluta, fidelitati vestre committimus et mandamus, quatenus illustri Ludwico, marchioni Brandenburgensi, principi et awunculo nostro karissimo, vel ei, quem ad hoc destinandum duxerit, censum eundem annis adhuc aliquibus iuxta litterarum suarum continenciam sine quauis difficultate soluere debeatis, ac post illustri Woldmaro, regi Dacie, amico nostro, si et in

quantum vobis aduersus non fuerit, ymmo sua tuicione preuia vestris intentus fuerit comodis et quieti, censum eundem, durante nostro uel successorum nostrorum Romanorum imperatorum siue regum beneplacito, et donec aliud vobis non scripserimus, soluere studeatis, vos ad instancias siue moniciones illustri(s) Rudolphi ducis Saxonie, principis et avunculi nostri, ac nobilis Reynhardi de Schonow, fidelis nostri, quem de totali sua pecunia expediuimus, minime conuertentes. Ceterum si prefatus rex Dacie omagium, promissa siue juramenta a vobis postulare presumpserit, ex tunc predicte vestre fidelitati districtius inhibemus, ne vos ad ipsius verba quidquam presumatis conuertere, et eciam de solucione census supersedeatis, donec a nobis aliud acceperitis in commisso, sub pena nostre indignacionis regie, quam, si secus attemptaueritis, vos et quemlibet vestrum sciatis districtius et grauiter incurrisse. Datum Prage, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, Jubileo, indictione tercia, XIIII Kal. Augusti, regnorum nostrorum anno Romani quinto, Boemie vero quarto.

Per dominum regem
Johannes Nouisorius.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## CMLXXIV.

***König Karl IV. bestätigt der Stadt Lübeck ihre Privilegien, namentlich dahin, dass die Stadt unter keinen Umständen verpfändet noch vom Reiche abgetreten werden solle. 1350. Jul. 20.***

*Uebereinstimmend mit No. 935. (No. 265.), mit folgenden Abweichungen: S. 225. Z. 2. v. u.* quam elargiendis laus regia. *S. 226. Z. 1.* nostrorum fidelium dilectorum. *S. 865. l. Z.* Romanorum imperatoribus et regibus. *S. 226. Z. 6.* et ex potestatis regie plenitudine confirmamus, annuentes de eadem nostre benignitatis gracia ac clementia liberaliter et inuiolabiliter statuentes, quod, sicut ab antiquo et singulariter per felicis recordacionis Fridericum secundum, Romanorum imperatorem, Jherusalem et Sicilie regem, et Rudolphum, Romanorum regem, diuos predecessores nostros, ipsis est indultum, predictos ciues Lubicenses in nullo casu uel euentu obligari, impignorari aut alienari ab imperio volumus vllo modo, prout id ipsis alias generaliter confirmauimus, sed ipsos inter speciales sacri Romani imperij alumpnos computari volumus, specialibus nostris, successorum nostrorum et imperii vsibus et obsequijs imperpetuum reseruantes, ita videlicet, quod predicta ciuitas Lubicensis sit specialis ciuitas et locus imperij et ad dominium imperiale specialiter pertinens, nullo vmquam tempore imperpetuum ab ipso speciali dominio imperij separanda, ita sane (*etc. wie*

*S. 866. Z. 2-7. Schluss:*) Presentium sub sigillo maiestatis nostre testimonio litterarum. Datum Prage, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, Jubileo, indictione tertia, XIII Kalendas Augusti, regnorum nostrorum anno Romani quinto, Boemie vero quarto.

*Auf dem innern Umschlage:* Per dominum regem P. prepositus Wratislauiensis; *auf dem äussern:* Magister Johannes Dannenberghe, notarius ciuitatis, procurauit.

*Nach dem in doppelter Ausfertigung auf der Trese befindlichen Originale, mit anhängendem Siegel. Das Duplicat enthält wenige unerhebliche Abweichungen.*

## CMLXXV.

***Erich und Johann, Herzöge von Sachsen, Westphalen und Engern, urkunden über den in Gemeinschaft mit der Stadt Lübeck vom Ratzeburger See nach dem Mölner See gezogenen Landwehrgraben und die Ausgrabung der Delvenau. 1350. Aug. 24.***

Nos Ericus ducis Erici filius et Johannes ducis Alberti filius, Saxonie, Westfalie et Angarie duces. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Ad perpetuam rei geste memoriam presencium testimonio recognoscimus et constare volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos Ericus pro nobis, heredibus et successoribus || nostris, et nos Johannes pro nobis et fratribus nostris Alberto et Erico, heredibus quoque et successoribus nostris, deliberacione prehabita nostrorum fidelium, et vniuersaliter || omnium illorum, qui de iure consentire debuerunt, accedente pleno consilio et consensu, cum honorabilibns viris, dominis consulibus et ciuibus ciuitatis Lubicensis et consulibus ac ciuibus ciuitatis Molne, concordauimus et conuenimus iam in vnum, ita quod fossatum quoddam landwere vocatum, a stangno Raceborch inchoatum vsque in paludem Teghelbrŏke, et ab ipsa palude Teghelbrŏk vsque in stangnum Molne protensum, fieri et fodi fecimus sub nostris et ciuitatis Lubicensis copiosis laboribus et expensis, omnino volentes, quod, non obstantibus quibuscumque gwerris ac dissensionibus inter nos aut fideles nostros et consules, ciues seu vniuersitatem ciuitatis Lubicensis aut consules et ciues ciuitatis Molne vel eciam quoscumque alios quomodocumque fortassis, quod Deus auertat, in futuro tempore emergentibus, dictum huiusmodi fossatum, sicud nunc factum est et fossum, permanere indestructum et in nulla sui parte vel loco recomplanatum, firmum et saluum semper subsistere debeat et ita inperpetuum perdurare. Vnde si dictum fossatum quisquam destruere aut in aliqua sui parte seu loco recom-

planare presumpserit, vel ei quocumque modo temptauerit dampnum aliquod subinferre, super illum in sui corporis periculum iudicio supremo, si deprehensus fuerit, erit iudicandum. Si autem huiusmodi destructionis seu recomplanacionis perpetrator euaserit de loco recedendo non deprehensus ipsa recomplanacione facta, tunc contra illum in proscripcione debita tam in nostra quam in ciuitatis Lubicensis iurisdictione vtique iuris ordine districtius[1] procedetur. Et insuper quocienscumque dictum fossatum melioracione seu emendacione futuris temporibus indigebit, tunc consules et ciues Lubicenses debent ipsum in illo spacio, quod per eos fossum est, si ibidem defectum habuerit, videlicet a stangno Raceborch vsque in paludem Teghelbrǒk, emendari et, ne pereat, facere custodiri, nos autem ipsum vltra ab illo loco, vbi palus Teghelbrǒk incipit, vsque in campimarchiam ciuitatis Molne, et ipsi consules seu ciues de Molne ipsum vltra per totam campimarchiam suam vsque in stagnum Molne, si inibi alicubi defectum habuerit, similiter emendare tenebimur et facere custodiri, ut ita in nulla sui parte aut loco decidat vel quomodolibet replanetur, sed omnino indestructum maneat perpetuo semper firmum. Nos eciam, heredes vel successores nostri coniunctim aut diuisim super dictum fossatum de ipso aut propter ipsum nullum omnino theoloneum per nos vel per alios seu officiatos nostros accipere nec vllo vmquam tempore quomodolibet instituere volumus nec debemus. Presertim nos Ericus dux Saxonie predictus nostro et heredum ac successorum nostrorum nomine sepedictis consulibus et ciuibus ciuitatis Lubicensis promisimus et promittimus per presentes, quod riuum nostrum Deluene fodi seu fossis caueri, quantumcumque et quomodocumque melius poterimus, firmiter faciemus, ita quod per eum stratam et terras spoliare volentes nullibi transire possint, quod dictum fossatum iam factum alias esset invalidum atque frustra. Et preterea nos Ericus pro nobis, heredibus et successoribus nostris, et nos Johannes pro nobis et fratribus nostris predictis, heredibus quoque et successoribus nostris, promittimus bona fide ipsis consulibus et ciuibus ciuitatis Lubicensis presentibus et futuris, quod predictum fossatum in omnibus suis prescriptis condicionibus perpetuo semper firmum obseruare volumus et debemus. Testes sunt strennui fideles nostri Eghardus de Krvmmesse et Otto dictus Ghole milites, Hartwicus de Ritzerowe famulus, et alii plures[2] fide digni. Jn quorum omnium robur perpetuum et euidens testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Molne, anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, in die sancti Bartholomei apostoli.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden Siegeln. Ebendaselbst ein Duplicat, an welchem nur ein Siegel erhalten und dessen Varianten bemerkt sind.*

1) stricte. 2) plures quam.

## CMLXXVI.

*Der Ritter Johann Scharfenberg und dessen Söhne, die Knappen Gottschalk und Vicko, urkunden über die von der Stadt Lübeck wegen Tödtung des Henneke Scharfenberg durch der Stadt Diener geleistete Sühne. 1350. Aug. 30.*

Wi Johan Scharpenbergh ridder, vnde Godscalk vnde Vicke des suluen her Johannes sone || knapen. Bekennen vnde bethůghen openbare in desser jeghewardighen scrift, dat wi || vmme alle sake vnde ansprake, de wi vnde vse vrůnt thů samene ôfte besůnderen || ghehat hebben, ôfte hebben mochten kieghen de erbaren manne, de heren de rathman thŏ Lůbeke, vnde ere bôrghere vnde ere stad, vmme den dotslach Henneken Scharpenberghes, deme God ghnedich si, des vôrbenômeden her Johannes sones vnde vser anderen broderes, den der vôrbenômeden stat denre slůghen thů Bvnninkstede, ghedeghedinghet mit beradenem mvde vnde vŏltoghen hebbet ene gantze vŏllenkomene sone, vnde dat de vorbenômeden heren, de rathmanne thů Lubeke, van erer vnde van erer stad weghene vs gantzleken voldan hebbet van des sůluen dotslaghes weghene, also dat wi bekennet en vmme den dotslach vorsonet vnde al vorghulden, vnde hebben ghelouet vnde redet en, vnde reden vnde louen en ok in desser scrift vmme den sůluen dotslach ene vŏllenkomene sone vnde en endede sake vor vs vnde vor vse neghesten vnde vor alle deghene, den desse sake an rôren mach, boren vnde vngheboren, in ewighen tyden thů holdende, sunder jenigherhande areghelist. Als wi thů ener openbaren bethůghinghe vse ingheseghele hebben ghehenghet thů dessem breue. Ghedeghedinget vnde gheuen thů Lubeke, na Godes borth drutteynhundert jar in deme vefteghesten jare, des neghesten daghes sunte Johannes baptisten, als eme dat houed afghehowen wart.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den drei anhängenden wohl erhaltenen Siegeln.*

## CMLXXVII.

*Testament des Priesters Hermann Hose. 1350. Sept. 8.*[1]

Jn nomine Domini amen. Ego Hermannus Hose, ex institucione diuina presbiter, compos corporis, mentis et mee racionis, si morte preuentus || fuero, sic meum ordino testamentum. Primo sciendum, quod fratribus Predicatoribus do meam

1) Die mehr als hundert Lübecker Testamente, welche sich aus dem Pestjahre 1350 auf der Registratur befinden, wenn auch nicht durchgängig so reichen Inhalts, dass sie sich ganz zum Abdruck eignen, enthalten doch viel Bemerkenswerthes für Local- und Sittengeschichte. Es mag hier genügen, aus dem Testamente des Thidekin Bodenwerder (1350. Aug. 17.) anzuführen: Jtem do ad cymi-

Bibliam in duobus frustis, Scolasticam hystoriam || in duobus frustis, et Psalterium glosatum in tribus frustis existencia. Jtem eis do Glosam Nycolai de Lyra cum textu IIII Ewangeliorum, quod pariter || dicitur Postilla. Jtem eis do Super Cantica Canticorum, Bernardum in meditacionibus, Capitulum de virtutibus, Rychardum de contemplacione, Augustinum de spiritu et anima, Hugonem de sancto Victore, et meditaciones Ancelmi. Jsti omnes libri in vno existunt volumine. Volens utique, quod libri ligati eis non presententur, nisi prius libros non ligatos faciunt ligari, videlicet Psalterium glosatum et Postillam cum aliis libris. Jtem eis do vnam zonam dictam borde, pro cuius redempcione michi erant exhibiti III marc. redditus, quem debent locare super perfectam casulam sericeam nouam et bonam; aliter ipsis non presentabitur. Jtem eis do meum hochtides gherwe blaueum, meum virel-daghes gherwe purpureum et meum werkeldaghes gherwe. Eciam si prouisores mei hoc perceperint, quod ipsi aliquos predictorum librorum vendiderint aut exposuerint, extunc omne donum in libris eis datum nullam vim debet habere, sed tales libri reuolui debent in potestatem meorum prouisorum; ipsis vero de medio sublatis, cedere debent dominis consulibus Lubicensibus, qui eosdem libros conuertant in vsus ciuitatis, vbi eis placebit Jtem do ad fratres ibidem meam tunicam meliorem cum cappucio ruffi coloris ad vnum antipendium, et Marquardo Hosen, meo fratri, assigno XVIII aureos in debitis, cum quibus dictum antipendium honeste perficere faciat et preparari; quo peracto, quod de eisdem XVIII aureis residuum fuerit, illud ei ministro. Jtem ibidem do meam pallam, et mea cappa debet dari vni pauperi fratri. Jtem mea duo superplicia do ibidem ad armarium in Dei culturam. Jtem habeo vnam sedem, que potest claudi, quam do supra cameram ad vsum lectorum. Jtem fratri meo Marquardo antedicto do meum Viaticum, quod si vendiderit, minus non dabit, nisi pro XV marc. den. Eciam ei do meum Passionale, quod minus dare non debet, quam pro X marc. den. Si autem minus dare vellet, tunc ab eo super fratres Predicatores deberent reuolui. Jtem si procedere voluerit ad sacros ordines, extunc ei do meum calicem meliorem; si non, extunc ipsum do dominis in Reyneuelde, vt pro eo memores sint anime mee. Jtem ipsi Marquardo do meum lectum ligneum, II dunkussene, vnam culcitram Yrensem ruffam et mea noua vestimenta, quorum adhuc non fruebar. Ad hoc ei do meam maiorem cistam. Jtem domino Bernardo Plescowe do Thomam de Aquino de perfectione spiritualis vite, et Psalterium cum ruffo coopertorio habentem plures oracio-

---

torium, si ipsum in honorem sancte Ghertrudis ante valuam dictam Borghdor edificare contigerit, XII sol. den.; si autem non, tunc dicti denarij pauperibus — — — distribuentur.

nes in fine. Eciam ei do vnum librum, qui vocatur Profectus religiosorum. Ad hoc ei do meam paruam cistam, in qua iacent mei libri, ad imponendum sua arma. Jtem domino Hinrico Plescowe do Actus apostolorum, Summam Regimundi, Viridarium consolacionis vel Speculum prvdencie, Testamentum XII patriarcharum, et plures libros in eodem libro sequentes. Jtem Goscalco de Attendorn do librum de Miraculis, qui incipit: Fuit quidam miles amplectens religionem, et alium librum dictum Stella clericorum. Jtem omnes illos libros insimul ligatos do meis prouisoribus inter se equaliter diuidendos. Jtem mea Glosa super Agendam dari debet pauperi ecclesie in villa. Jtem librum Sex principiorum, librum Ethicorum, Expositorem tractatuum et alios meos libros pueriles mei prouisores dabunt pauperi scolari aliquid volenti proficere. Jtem Jutten de Colonia do meum lectum, I puluinar capitale, II cussinos, I culcitram de panno, I coclear argenteum et I annulum aureum. Jtem Patribus Minoribus do II marc. den. anime mee pro salute. Jtem sancto Johanni monialium do II marc. den. anime mee pro salute. Jtem leprosis exulibus super semitam sancti Georgii do VIII sol. den. Jtem pauperibus hominibus do VIII sol. den. anime mee pro salute. Jtem meam paruam Bibliam manualem do Hartwico Abbenborch, ciui in Luneborch. Omnia alia bona mea residua, qualiacunque fuerint existencia, do Marquardo, fratri meo, et de eis anime mee sic faciat, sicut ei confido. Prouisores meos eligo Marquardum Donstorp, Aluinum Keseling, et Marquardum Hosen fratrem meum. Hec omnia premissa rata atque stabilia seruabo, donec eis contradicam manifeste. Datum anno Domini MCCC quinquagesimo, in die Natiuitatis beate Marie. Testes sunt domini Bernardus Plescowe et Hinricus Plescowe consules Lubicenses.

*In dorso*: Testamentum domini Hermanni Hosen sacerdotis.

*Nach dem auf der Registratur bewahrten Originaltestamente.*

## CMLXXVIII.

***Hermann Blomenrot, Lübeckischer Rathmann, bekennt, von Hinrich Pape, als Bürgen für Arnold Voet, seinen Antheil an den für Rechnung Beider von jenen in Brügge zu zahlenden, aber nicht gezahlten, 158 Pf. Groschen von Tours erhalten zu haben. 1350. Sept. 17.***

Nouerint vniuersi presencia visuri seu audituri, quod dominus Hinricus Pape, proconsul Lubicensis, michi Hermanno Blomenrot, consuli, quinquaginta et viginti nouem libras grossorum amicabiliter repagauit, quas michi dominus Arnoldus Voet,

consul Sundensis, debuisset Brugis persoluisse, pro quibus predictus dominus Hinricus Pape erat fideiussor, vt in littera aperta plenius continetur, et pro dampno michi viginti sex florenos restaurauit. Quare predictum dominum Hinricum Papen et suos veros heredes coram testibus infrascriptis, scilicet domino Johanne Woltvoghel et domino Hermanno Dûlman (!), quitos et solutos proclamabo nec super hoc causare in futurum, et litteram domini Arnoldi Voet, que tangit pecuniam domini Hinrici Papen, et istam statim post solucionem dicte pecunie domino Hinrico Papen et domino Hermanno de Wickede coram testibus premissis presentaui. Acta sunt hec sub anno Domini M°CC°CL, in die Lamberti. Jn huius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt infixa.

*Nach einer in die unter No. 961. angeführte Prozessschrift aufgenommenen Copie.*

## CMLXXIX.

***Johann III., Graf von Holstein und Stormarn, und dessen Sohn Adolph urkunden über den Verkauf einer Rente von 9 Mark Lüb. Pf. an die Lübeckischen Rathmänner Thidemann von Warendorf und Johann Pleskow. 1350. Sept. 21.***

Johannes Dei gracia comes Holtzatie et Stormarie, necnon Addolfus domicellus, filius eiusdem. Vniuersis et ‖ singulis, ad quorum noticiam presentes littere peruenerint, salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus ‖ publice protestantes, nos de consensu et consilio omnium, quorum interest aut interesse poterit in futurum, rite ‖ (et) racionabiliter vendidisse discretis viris et honestis, Thidemanno de Warendorpe et Johanni Plessekowen, consulibus Lubicensibus, et eorum veris heredibus redditus nouem marcarum lubicensium denariorum in villa nostra Brammerstorpe dicta, sita in terra Ymbrie, annuatim super quolibet festo beati Nicolai episcopi subleuandos, pro nonaginta marcis eorundem denariorum, nobis integre datis, solutis et numeratis et in vsus nostros conuersis, quibus quidem redditibus cum omni iure et libertate et proprietate, prout nos hactenus ipsis liberius vsi sumus et commodius, vti debent libere, pacifice et quiete. Renunciamus eciam pro nobis et nostris successoribus excepcioni doli mali, non soluti precij et in vtilitatem nostram non conuersi, non iusti precij, et non[1] alij tam iuris aut facti auxilio, quod contra premissa aut aliquod premissorum posset obici uel opponi, salua tamen nobis aut nostris successoribus reempcione reddituum predictorum, quandocunque decreuerimus, in festo beati Nicolai episcopi, pro nonaginta marcis

1) l. omni.

lubicensium denariorum, intra ciuitatem Lubicensem vna cum redditibus illius anni in parata et numerata pecunia predictis Thidemanno et Johanni uel eorum veris heredibus persoluendis. Et si, quod absit, in dictis redditibus jam dicti Thidemannus et Johannes vel eorum heredes impedimentum seu obstaculum aliquod sustinerent, ita quod in solucione predictorum reddituum aut alias defectum aliquem paterentur in parte uel in toto, illum defectum eis penitus nos et heredes seu successores nostri refundere et disbrigare tenebimur et supplere. Vt autem omnia premissa stabilia permaneant et robur firmitatis obtineant, presens scriptum inde confectum appensione nostrorum sigillorum duximus muniendum. Testes huius sunt fideles nostri magister Johannes Boytin noster cancellarius, Marquardus Brockdorpe miles, Dethleuus de Wensyne famulus, et alij plures fidedigni. Datum in Pløne, anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, in die beati Mathei apostoli et ewangeliste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel des Grafen Johann; vom zweiten ist nur der Pergamentstreifen vorhanden.*

## CMLXXX.

***Die Rathmänner zu Stralsund schreiben dem Lübecker Rathe, dass ihr Mitrathmann Arnold Voet auf gerichtliches Ansuchen Hinrich Pape's sich schuldig erkannt habe, für nicht geschehene Zahlung in Brügge vollen Schadensersatz zu leisten. 1350. Sept. 26.***

Honorabilibus viris et discretis, suis amicis dilectis, dominis consulibus in Lubeke, consules Stralessundenses cum mero affectu exhibitam constanciam seruicij et honorem. Noueritis, quod coram nobis in nostro consistorio Ernest Vinke, vester conciuis, conquerebatur nomine domini Hinrici Papen, quod dominus Arnoldus Voot domino Hinrico Papen et domino Hermanno Blomenrod in quadam summa pecunie obligaretur, et quod terminum persolucionis predicte pecunie uel pagamenti in Brugis non tenuisset. Quo audito predictus dominus Arnoldus in nostro consistorio coram nobis ibidem consedentibus respondebat, quod ipsos indempnes secundum tenorem sue aperte littere vellet obseruare, ipsis sigillate, cum alijs pendentibus sigillis dominorum consulum vestre ciuitatis, scilicet Thidemanni de Allen, Wedekini Warendorp et Johannis Woltuoghel ex peticione domini Arnoldi prenarrati. Eciam dictus dominus Arnoldus referebat, quod de tali promissione facta domino Hermanno Blomenrot per dominum Hinricum Papen, prout continetur in sua littera aperta, predictum dominum Hinricum indempnem retinendo (!). Datum Sundis, anno Domini M̊CCC̊L, in profesto beatorum Cosme et Damiani, nostro sub secreto tergotenus affixo.

*Nach einer in die unter No. 964. angeführte Prozessschrift aufgenommenen Copie.*

## CMLXXXI.

*Bürgermeister, Rathmänner und Gemeinde der Stadt Hamm ersuchen den Rath zu Lübeck, dem Knappen Hermann Duker das ihm in dem Testamente seines zu Lübeck verstorbenen Bruders Albert, genannt Ossenrey, Vermachte verabfolgen zu lassen. 1350. Sept. 29.*[1]

Viris honorabilibus, prudentibus et discretis, amicis suis specialibus et sinceris, dominis magistris consulum, consulibus et vniuersitati ciuitatis || Lubicensis, . . magistri consulum, . . consules et vniuersitas ciuium Hammensium dileccionis et amicicie constanciam et ser||uicium suum promtum. Accedens ad nostram presenciam strennuus famulus, armiger Hermannus Duker, exposuit, quod frater || eius Albertus dictus Ossenrey, ciuis vester, frater ipsius verus et carnalis, debitum carnis exsoluerit moriendo, quodque idem frater suus in ipsius testamento sibi quinquaginta marcas lubicensium denariorum et domus sue site in platea Holtzatorum in vestra ciuitate, in qua idem Albertus viuens personaliter morabatur, quarte partis dimidietatem dederit, aut pro illius quarte partis dicte domus dimidietate XXX marcas paratorum denariorum. Pro quibus bonis huiusmodi, et si qua alia sibi ex obitu dicti fratris sui bona iure vestro cedere poterunt, expetendis se intendit ad vos transferre [intendit] sua propria in persona. Quapropter honorificenciam vestram nobis plerumque commendabilem affectiuis precibus deprecamur, quatinus justicie nostre peticionis aeque ac seruicij nostri consideracione dictum Hermannum Duker, presencium exhibitorem, dignemini effectualiter promouere, vt huiusmodi bona, quecunque ipsum de dicti fratris sui obitu, cum sit eius heres proximus, relictis bonis iure vestro respicere et contingere poterunt, integraliter consequatur, securam ad nos habituri fiduciam et respectum, quod pro omnibus huiusmodi bonis eidem Hermanno Duker, presencium exhibitori, traditis et presentatis nulla omnino alia aut actio posterior debet sequi, sed vos et omnes, quorum interesse poterit, manebitis inde quiti, liberi et soluti. Jn hoc enim vos indempnes conseruare promittimus per presentes. Datum anno Domini M̊CCC̊ quinquagesimo, in die beati Michaelis archangeli, sub nostre vniuersitatis sigillo affixo presentibus in testimonium premissorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit wohl erhaltenem Siegel.*

1) Das obige und die beiden folgenden Anschreiben mögen die zahlreichen Privaturkunden der Art repräsentiren, welche sich namentlich aus der zweiten Hälfte des Jahres 1350 auf der Registratur befinden. Vgl. Anm. 1. zu No. 977. — Detmar. I. 276.

## CMLXXXII.

***Bürgermeister, Rathmänner und Schöffen zu Münster ersuchen den Rath zu Lübeck, dem Münsterschen Bürger Johann Dodekenbeke die von dessen zu Lübeck verstorbenen beiden Brüdern Johann, genannt von Münster, und Diederich hinterlassenen Güter ausliefern zu lassen. 1350. Oct. 7.***

Prudentibus et honorabilibus viris, dominis .. proconsulibus et .. consulibus ciuitatis Lubicensis, amicis suis dilectis, .. proconsules, .. consules ‖ et .. scabini ciuitatis Monasteriensis salutem et sincerum in quibuslibet complacendi affectum. Constitutus coram nobis Johannes dictus Do‖dekenbeke, noster conciuis, presencium exhibitor litterarum, nobis exposuit, quod Johannes dictus de Monasterio funifex, vester conciuis, et Thidericus, ‖ eius frater, aurifaber, apud vos, vt asserit, in ciuitate Lubicensi moram trahens, sui fratres, obierint in ciuitate Lubicensi, quos asserit post obitum eorundem quedam bona reliquisse, que ipse Johannes Dodekenbeke, lator presencium, ad se fore legitime asserit deuoluta ex obitu suorum fratrum memoratorum. Quare prudenciam vestram precibus studiosis et sinceris deprecamur, quatinus eidem Johanni Dodekenbeke, latori presencium, nostro conciui, huiusmodi bona, si qua sint, mandetis a depositariis eorundem bonorum integraliter presentari et assignari. Quibus eidem presentatis et assignatis nulla monicio seu actio secundaria sequetur pro eisdem, sed vos et erogatores eorundem et omnes, quorum interest, eritis inde liberi, quiti ac per omnia soluti, de quo ad presentes nostras litteras firmum et securum respectum habeatis. Nam Amelius Amilij institor, et Dethardus aurifaber, nostri conciues, nobis pro eo sufficientem prestiterunt cautionem. Jn hiis taliter petimus faciatis, vt nos erga vos et vestros habeamus in similibus deseruire. Datum sub sigillo nostro in testimonium premissorum presentibus appenso, anno Domini M̊CC̊C̊L^mo^, feria quinta post Remigij.

*Nach dem Originale, auf der Treve, mit wohl erhaltenem Siegel und Rücksiegel.*

## CMLXXXIII.

***Die Rathmänner von Awascher ersuchen den Rath von Lübeck, die in dem Testamente des zu Lübeck verstorbenen Arnold Garp dessen inzwischen ebenfalls verstorbenem Bruder Nicolaus Garp vermachten 20 Mark Pf. dem Bevollmächtigten der übrigen Geschwister desselben, als nächsten Erben, auszahlen zu lassen. 1350. Oct. 14.***

Famosis et mira discrecione redimitis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, fautoribus nostris et amicis, consules ‖ in Awascher honoris et seruicij

sedulum incrementum. Ad vestre discrecionis noticiam deducimus per presentes, Marquar||dum Garp nobis lucide declarasse, illas viginti marcas denariorum lubicensium, per Arnoldum, fratrem eius, in suo testamento Nycolao || Garp, fratri suo, assignatas libere et legatas, per obitum eiusdem Nycolai ad prefatum Marquardum, Johannem, Elyzabeth et Gyrit, fratres et sorores dicti Nycolai, esse legitime deuolutas, ut ad heredes ceteris proximiores. Quod presentibus protestamur, vestram exorantes honestatem, studio quo valemus ampliori, quatinus easdem viginti marcas prefato Marquardo, quem memorati frater et sorores plenipotentem cum eisdem faciendi, dimittendi, gratum et ratum habituri, coram nobis, consensu prouisorum et proximiorum accedente, statuerunt et concorditer elegerunt, iubeatis integraliter presentari, pro quo vestrorum beneplacitorum executores promptissimi semper volumus inueniri, securam ad nos habituri creditiuam et respectum, quod pro eisdem bonis sibi presentatis per neminem iterata monicio aut posterior actio vos sequetur, sed omnes, quorum interest aut intererit, inde prorsus manebunt immoniti et quitati. Vnde a dicto Marquardo et suis amicis, volentes vos indempnes preseruare, sufficientem accepimus caucionem. Datum nostro sub sigillo, quod sub anno Domini M̊CC̊ quinquagesimo, in die Kalixti pape, presentibus in testimonium euidens est appensum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## CMLXXXIV.

### *Testament des Knappen Lange Beyenvlet. 1350. Nov. 23.*

Jn nomine Domini amen. Cum uita et mors in manu Dei sint, et melius sit sub metu mortis || viuere, quam ad mortem subitaneam peruenire, idcirco in Dei nomine ego Longus Beyenvlet, infir||mus corpore, tamen mentis et racionis mee sanus, nolens intestatus decedere nec mea bona inor||dinate relinquere, si in hac firmitate morte preuentus fuero, meum testamentum in hunc modum ordino et dispono, sub annis Domini M̊CC̊ quinquagesimo, in die beati Clementis pape ac martiris. Primo sciendum, quod executores huiusmodi mei testamenti seu vltime uoluntatis eligo et instituo honorabiles et discretos viros, dominos proconsules et consules Lubicenses singulos et vniuersos, ad exponendam et distribuendam illius pecunie summam, quam habeo cum predictis meis testamentariis in castro Seghe-berghe[1], in salutem anime mee meis creditoribus, qui sequuntur. Primo sciendum,

1) Ueber den Lübeckischen Besitz Segeberg's vgl. No. 932. und Mantels Lübeck und Marquard von Westensee. Lübeck 1856. S. 18. 56. — Im dritten Hämmereibuch, Fol. 30. (Pauli S. 154.) heisst

quod teneor domino abbati et conuentui monasterij in Reynenuelde C marcas denariorum, quas dicti mei testamentarij exsoluere debent de prima pecunia, que de dicto castro Segheberghe poterit deriuari.[1] Jtem teneor ad structuram sancte Marie in Hamburg XL marcas, quas exponent iuxta consilium discretorum virorum dominorum Nycolai Fransoyser, Johannis Militis, Hinrici Hop proconsulum Hamburgensium, et Hinrici Britzerdorp consulis. Jtem teneor sorori mee, vxori Marquardi Strus, XX marcas.[2] Jtem teneor sorori mee, vxori Marquardi de Padeluchen, et filie sue, quondam relicte Mildehouedes, XL marcas. Jtem teneor Helrico, fratri meo, et suis pueris LXXX marcas. Jtem teneor Hildeleuo, fratri meo, et suis pueris XL marcas. Jtem teneor Hartwico Breyden, filio Marquardi Breyden, C marcas. Jtem Johanni Menso XI marcas. Jtem magistro Johanni de Scheninghe V marcas. Jtem Ditmarcio, commoranti in Noua Ciuitate, V marcas. Jtem Bertoldo Campsori VIIł marcas. Jtem teneor vxori Eyleui pellificis XV marcas. Jtem Woldero Bokele III marcas cum quatuor solidis. Jtem teneor Echardo, fratri meo, LXX marcas. Jtem teneor domui Sancti Spiritus in Lubeke X marcas. Jtem sancto Georgio ibidem X marcas. Jtem ad structuram turrium sancte Marie in Lubeke teneor X marcas. Jtem awnculo meo Longo Plessen teneor XVI marcas. Jtem

es in Bezug auf das obige Testament: Sciendum, quod cuilibet debitori comprehenso in testamento Longi Beyenvleet debetur tercius denarius summe ibidem expresse, et vltra hoc super quaslibet X marcas IIł solidi siue III denarii super marcam.

1) Nos dedimus monachis in Reynevelde XL marcas de testamento Beyenvletes. Ebend.

2) Ueber die Auszahlung dieses Legats und aller übrigen an die Familie Beyenvlet heisst es ebendaselbst: Godschalco Beyenvleet dedimus anno LXX X marc., quas presentauimus domino Jacobo Plescowen, de pecunia superflua. Jtem dedimus eidem Godscalco X marc. et VI sol., et sic est tota pecunia patri suo Hildeleuo et eciam uxori Marquardi Struz in testamento Beyenvletes debita omnino persoluta. Super quo suam patentem litteram habemus. (*Von* Jtem *an spätere Hand.* Dem Kämmereibuche liegt die besiegelte Quittung Hildelevs und seines Sohnes Gottschalk v. J. 1376, Prisce, (18. Jan.) bei.)

Eghardo Beynvlet dedimus anno LXXI XXIIII$^{or}$ marc. VII sol. minus II den., et cum hiis est totaliter expeditus de testamento et debitis fratris sui Longi Beyenvletes. Litteram suam habemus super eo.

Ottoni Beyenvleet dedimus XXXV marc. Hinricus de Ydeste et Luderus de Molne fideiusserunt pro littera eius quitanciali.

Jtem dedimus episcopo Lubicensi X marc. ex parte Sly Beyenvletes.

(*Von späterer Hand, wie oben* Jtem etc.) Sciendum, quod de tota pecunia castri Zegheberghe remane(n)t adhuc exponende C marc. minus IIł marc., que adhuc vertende sunt in dona sui testamenti.

De ista pecunia dedimus Brunoni Ruschen XIIIł marc. et VII den., videlicet terciam partem de XL marc., quas Beyenvleet tenebatur siue dedit in suo testamento sorori sue, vxori Marquardi de Padeluche, et sue filie, que fuit mater Brunonis Ruschen, que istam pecuniam subleuauit. Marquardus Cruceveld promisit, quod super ista donacione nulla vlterior monicio subsequetur.

(*Noch spätere Hand.*) De hiis iterum dedimus Sly Beyenvleet XVII marc. et XVI den., de quibus habemus suam apertam litteram. Summa remanens LX marc. et V sol.

teneor Pribeken in Odesclo X marcas. Jtem teneor coco comitis Johannis Holtzacie et suo fratri Hinrico Claudicanti, sartori, X marcas. Jtem teneor Radekino Hilghegheste XII marcas. Jtem capellano meo, qui per dominos abbatem et suos confratres in Reynenuelde fuerit institutus, VIII marcas. Dicti uero mej testamentarij prefata mea debita persoluent de pecunia, quam habeo in castro Segheberghe memorato cum meis testamentarijs antedictis. Dictis autem debitis persolutis et expositis residuam pecuniam sepedicti mei testamentarij pauperibus indigentibus fideliter érogabunt, in quibus dictis pauperibus ex iustis debitis sum veraciter obligatus. Acta et facta sunt hec in presencia discretorum et honorabilium virorum dominorum Nycolai Fransoyser, Johannis Militis, Hinrici Hop proconsulum, et Hinrici Britzerdorp consulis Hamburgensium, ad inponendum et confirmandum presens meum testamentum vocati specialiter et rogati (!). Jn maiorem uero euidenciam sigillum meum presentibus est appensum.

Acta sunt hec, ut supra, anno Domini M̊C̊C̊CL, in die beati Clementis pape ac martiris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

## CMLXXXV.

### *Aufzeichnung der Beschlüsse des gemeinen Kaufmanns zu Brügge in Beziehung auf den Lübeckischen Kaufmann Thidemann Blomenrot. 1350.*[1]

Vortmer so si to wetene, dat Thideman Blomenrod ghebroken hadde keghen den ghemenen copman, alse keghen de ordinancie vorbescreuen,[2] dat nen copman anders war recht solde soken, dan vor vns, vp ene bote van ener mark goldes, keghen welke ordinancie de selue Thideman brokich worden is op de bote vorseyd, de welke bote em bi versoke van em seluen ende bede van sinen vrenden verlaten was oppe veirtich scilde, de welke veirtich scilde he vt gaf bi sinen willen, ende dar na blef in der Duschen rechte, also he to voren was. Dar na do quam de Thideman vorseyd ende seghede dat recht des copmans op bi vrevelen mode, ende blef dar buten. Dar na int jar vns Heren M̊C̊C̊C̊L so quam de selue Thideman Blomenrod ende beclaghede den meynen copman vor de wed van Brucge, also dat em de XL scilde solden sin [em] af ghebroken bi forse ende bi archeiden, van

1) In dem ältesten Wettebuche findet sich unter vielen anderen Einzeichnungen über erkannte Geldstrafen eine durch die Höhe des Betrags auffallende, welche der vermuthlichen Zeit nach, zu der sie geschehen, dieselbe Person betrifft: Thydemannus Blomenrot vadiavit mille marcas denariorum, pro quibus promisit domina Hermanni Blomenrot. Deinde accipitur CCC mr. den. et non minus.

2) Vgl. Sartorius. II. S. 400.

welker claghe de wet vorseyd de warheit horde ende delde den meynen copmanne recht ende Thideman Blomenrod vnrecht. Vmme des groten vnrechtes willen ende vmme der smaheit willen, de he den meynen copmanne wolde to hebben bracht, of he des macht hedde had, so droch de mene copman ouer een ende ordinerde dese ponte, de hir na stan bescreuen: Dat is te wetene, dat nen copman, de to der Duschen Henze behort, sal nene gheselscap noch wederlegginge maken noch holden, stille noch openbare, met Thidemanne Blomenrod vorseyd. Vortmer in wat scepe Thideman vorseyd of sine gheselscap er gud in schepen, dat dar nen copman, de to der Duschen Henze behore, sin gud in schepen sole noch lecghen. Vort so ne sal neyn schephere, de ghewonnen were of gheurachtet van den Henzebroders, Thidemans vorseyd noch siner ghesellen god voren noch vnthalen. Vortmer so wey disse vorseide půnte brake ende dar mede met der warheit beuonden worde, de solde wesen buten der Duschen rechte ende nummer geholden wesen vor enen guden knapen.

*Aus dem flandrischen Copiarius VIII. No. 9.*

## CMLXXXVI.

*Der Rath zu Lübeck entscheidet in der Streitsache zwischen den Herren von Scharfenberg und der Stadt Humburg. O. J. (1345—50.)*[1]

A.

Dit is dat recht, dat wi rathmanne van Lubeke vindet vnde segghet vmme de stucke, dar de Scar‖pemberghere de van Hamborgh vmme schuldeghet, alse se dat thv vs ghelaten hebbet an beyderweghene.‖

Thů dem ersten stucke, dat de Scharpemberghere spreket, dat de van Hamborgh reden vppe ere sloth ‖ vnde eten dar vppe vnde drunken, der se velich weren liues vnde gudes, dar spreke wi alsus thů na claghe vnde na antworde: Al hedden de van Hamborgh binnen der thyt ere vredelosen lude vnde ere haue an gheuerdeghet vnde beholden, so en hedden se an den stucken nenen broke.

Thŏ dem andern stůcke, alse vmme de twe perde, dar spreke wi alsus thů: Do de van Hamborgh den Scharpembergheren dat thů erme rechte leten, dat de sylven twe perde eren vredelosen lvden nicht thů en horden, dat se en de perde wolden weder ghegheuen hebben, vnde de Scharpemberghere des rechtes nicht don en wolden, so hebben de van Hamborgh sik dar an bewaret. Hebbet nv de van Hamborgh Lvdeken Scharpemberghe dat ene pert weder gheuen dor bede willen,

1) Vgl. Detmar. I. 258 fg. 264. 272. und oben No. 906. 912. 976.

so blift dat dar by. Vmme dat andere pert spreke wi alsus: Moghen de van Hamborgh dat bewisen, dat de Scharpemberghere dat pert hebben ouergheuen, also dat se sik dar mede nicht beweren en wolden, so sint de van Hamborgh den Scarpembergheren van dem perde nichtes plichtich. Moghen se des nicht bewisen, willet dennoch de Scarpemberghere mit erme rechte beholden, dat dat sylue pert der van Hamborgh vůruesteden mannen nicht thů en horde, so scolen de van Hamborgh en lik don vmme dat sylue pert. Vmme de haluen hinden spreke wi alsus: Wil der Scharpemberghere en dat mit sineme rechte beholden, dat de halue hinde ere horde, so scholen de van Hamborgh en de haluen hinden ghelden.

Vortmer vmme de swert vnde andere haue, de in der Scharpemberghere kroghe scholen ghenomen wesen, dar spreke wi alsus thů: Na deme dat de van Hamborgh des bekant sint, dat dar haue ghenomen wart, wat de kroghere mit sineme rechte beholden wil, dat eme nicht en si weder worden van der haue, dar schal men eme lik vmme don.

Vortmer vmme dat stucke, dat de Scarpemberghere spreket, do se in ere stat reden der van Hamborgh, vnde en kvndegheden, dat de van Schowemborgh ere vyent were, dat se do scholden sproken hebben, dat se sik dar mede nicht beweren wolden vnde en ok nicht schaden wolden, dar spreke wi alsus thů: Willet de van Hamborgh dar ere recht thů don, dat se en anders nicht ghelouet enhebbet, wenne alse ere antworde thůsprikt, los sint se van en vmme dat stůcke.

Vortmer dat de Scarpemberghere spreket, dat se den van Hamborgh ere reyse thůuoren kvndegheden, vnde dat se ok vppe ere vrunt nicht holden en wolden, dar spreke wi alsus thů: Na erem antworde der van Hamborgh so kvmpt dat stucke thů erme rechte.

Vortmer dat de Scharpemberghere spreket vmme de vier knapen, de de van Hamborgh en af venghen, dar spreke wi alsus thů: Na deme dat de van Hamborgh spreket, dat se vppe der Scharpemberghere vrunt nicht en helden, mer vppe ere vredelosen lude, sint de knapen der van Hamborgh vredelose lvde ghewesen, do se se venghen, vanghen scholen se bliuen; is des nicht, los scholen se bliuen mit erer haue.

Vortmer dat de Scharpemberghere spreket, dat se der van Hamborgh velich weren, alse se dat bewisen willet mit eren breuen, dar spreke wi alsus thv: Wat ere breue spreket, edder des se en van vorworden bekand syn, dat scholen se en holden; willet se se dar bouen schvldeghen, dar vmme moghen se van en komen mit rechte.

Vortmer allet dat wi thů rechte sproken hebbet an beyder weghene, dat schal men benømen vnde begripen dat thvmale mit enem ede, vnde wat malk dem anderen wedderlegghen schal an penninghen edder an haue, dat scal he důn binnen ses weken na deme daghe, wanne wi se hebbet gescheden mit rechte.

*In dorso:* Dit is dat recht vnde de sone twischen den Scharpemberghern vnde twischen den van Hamborgh.

B.

Dit is dat recht, dat wi rathmanne van Lubeke vindet vnde spreket vmme de stucke, dar de van Hamborgh de Scharpember‖ghere vmme schvldighet. Thv dem ersten, dat se se schvldeghet, dat de ere, vnde de se dar thů leneden den van deme ‖ Krummendike, randen vor ere stat vnvntsecht vnde roueden vnde branden se, lemeden vnde wůndeden ere borghere vnde ‖ sloghen se dot, dar spreke wi alsus thů na claghe vnde na antworde: Wene se van den Scarpemberghern dar vmme schvldeghen willet, de schal sik des af nemen mit sineme rechte sylf twelfte gvder lvde, dat he dar nicht mede wesen hebbe vnde dar ok nemende thv ghelenet en hebbe.

Thů dem andern stucke, dat se spreket, dat se vorwort hadden mit den Scharpemberghern, dat van en eder van erme slote en nen schade schen en scolde, dar spreke wi alsus thů: Willet de Scharpemberghere sylf twelfte gvder lvde dat beholden mit erme rechte, dat se sik in den vorworden also bewaret hebben, alse ere antworde thů sprekt, los scholen se wesen vmme dat stvcke. Mer de knechte, de dar mede weren, de moghen de van Hamborgh vůrvolghen vnde varn dar mede, alse en recht is

Thů deme dridden stucke, dar se spreket, dat se bouen nye vorworde, de se mit en ghemaket hadden, roueden ere dorpe, alse Bernebeke, Barlebesbuthle, Jeleuelde vnde Henrisceuelde, dar se nomen scolen hebben LVIII ossen vnde koyge, LXXXV scap, tzeghen vnde swyn, vnde vortmer thů Herslo, Hvmmersbůthle, Wedele vnde Rellinghe, wat dar ghenomen is, dar spreke wi alsus thů: Na deme dat Henneke Scarpembergher des roues bekant is, so scholen se dar lik vmme don. Mer wat den van Hamborgh vnde eren lvden in den vorbenomeden dorpen weder gheuen is, des se bekant sin, dat scal den Scharpemberghern thů steden stan, vnde wat en nicht weder gheuen is, dat se mit erme rechte beholden willet, dat scal men en ghelden.

Vortmer vmme dat stucke, dat de van Hamborgh claghet, wen ere borghere quemen vnde volgheden thů der Lynowe na erme queke vnde haue, de en af gherouet weren, dat en dar nen antworde en wart, mer quade wort vnde grote

sleghe, dar spreke wy alsus thů: Wene de van Hamborgh dar vmme schuldeghen willet, bekant he wes, he scal dar lik vmme don; bekant he nichtes, he mach dar af komen mit rechte.

Vortmer vmme Wulkesvelde, dar spreke wi alsus thů: Wente de Scharpemberghere dar gherouet hebbet, wat de Runghe mit sineme rechte vůrstan wil, dat eme af gherouet si, dat scolen se eme ghelden.

Vortmer vmme dat stucke, dat her Nicolaus Franzsoysere, her Helmbern van Hytvelde vnde her Johan Miles schuldeghet Lvdeken, Henneken vnde Hermanne van Scarpemberghe vmme vnerlike wort, de se en scholen ghesproken hebben ane ere schvlde, dar spreke wi alsus thů na claghe vnde na antworde: welk man den anderen wil thů rechte hebben, de scal ene dar mit rechte thv̊ bringhen, vnde mit nenen quaden worden, jo doch so bidde wy dar vmme an beyderweghene, dat wy dat stucke an vs beholden moghen alse langhe, dat wi se dar vmme scheden mit minne eder mit rechte.

Vortmer allent, dat wy thů rechte sproken hebbet an beyderweghene, dat scal men benømen vnde begripen dat thů male mit enem ende, vnde wat malk dem andern wederlegghen scal an penninghen eder an haue, dat scal he don binnen ses weken na deme daghe, wenne wi se hebbet gescheden mit rechte.

*Nach zwei gleichzeitigen unbeglaubigten Aufzeichnungen auf Pergament, auf der Trese.*

## CMLXXXVII.

***Johann III., Herr von Werle, verwendet sich bei dem Rathe zu Lübeck für einen seiner Unterthanen, welcher in Rostock ungerechter Weise angeklagt sei. O. J. (1316—1352.)***[1]

Johannes Dei gracia domicellus de Werle. Uiris magne discrecionis et honestis, consulibus ciuitatis Lubeke, cum sincero affectu || amiciciam omnis boni. Vestre prudencie iusticia et rei amiracio scribere nos conpellit, quod, cum quidam de nostris terris pro suis || negocijs agendis feria VI[a] post Processi et Martiriani martirium ciuitatem Rostok adire deberent per publicam uiam et || stratam, et limites seu metas uille Cillemowe site ante ciuitatem eandem attingerent, quidam miles, nomine Volradus Smeker, cum suis filijs et conplicibus manu forti insequebatur eosdem hostiliter inuadendo. Qui quidem propter mortis periculum euitandum et eciam eo, quod vnus inter eos se timuit esse proscriptum in eadem uilla cum suis

1) Johann III., der Jüngere, von Werle-Goldberg regiert zwischen diesen Jahren. Volrad Smeker wird 1333 genannt. Vgl. Meckl. Jahrb. A. VII, 16. A. XVII, 108. A. XIX, 362.

limitibus propter quoddam omicidium inibi conmissum, ad quod sibi sentencia, que vnrethe wllust dicitur in wlgo, esset alligata, fugam dederunt de iurisdictione uille antedicte et ad libertatem seu proprietatem iurisdictionis lubicensis et ciuitatis Rostok suprascripte se diuerterunt. Jjdem autem miles cum suis conplicibus eisdem minus pepercit, sed eos insequebatur fere usque ad portas ciuitatis antedicte, pluribus conciuibus eiusdem ciuitatis et fidedignis presentibus, et vnum de vno equo nigri coloris proiecerunt, consulendo conciues dicte ciuitatis, quid cum illo facerent capto et detento, qui solutus per omnia stetit nullis alligatus. Qui responderunt, quod eum ante proconsules ciuitatis Rostok ducerent, et quid illi iuberent, possent licite facere. Qui respondentes dixerunt, quod hoc facere uellent nec de aliquibus alijs se intromittere. Dixerunt conciues, si ipsum de iurisdictione lubicensi ducere uelletis aut quidquam uiolencie nobis recedentibus inponere, nollemus admittere, sed ipsum defendere uellemus et tueri. Dixerunt actores, quod non. Postquam autem conciues ciuitatis sepe scripte recessissent, ijdem miles cum conplicibus suis eundem pauperem et detentum nec ullis alligatum super vnum equum diuersi coloris, qui grav dicitur, posuerunt uiolenter et ad ciuitatem duxerunt, dicentes, quod eundem equum in campis uille Papendorp spoliasset, et ipsum ad domum suspectam Rostok menbris non ligatis ad vincula posuerunt. Hec omnia protestari poterit (!), qui sue innocencie sufficiunt cum conciuibus ciuitatis Rostok, et expurgare. Vnde, cum ad iusticiam electi sitis et iurati, et nos nichil ad hoc moueat, nisi iusticia et publica fama, oculos vestros ad iusticiam inclinantes nec sinentes, quod talis detentus ad mortem dampnetur, cum omnia racione suspicionis et litis preterite sint conmissa, Dei amoris et nostri sub respectu, quia, si hoc stare posset, nullus de vestris conciuibus aut aliarum ciuitatum exire posset, nisi spolio alligaretur. Datum in die Margarete, nostro sub sigillo.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit schwachen Spuren eines in dorso aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## CMLXXXVIII.

***D., Domherr und Kämmerer der Kirche zu Ratzeburg, erklärt dem Rathe zu Lübeck, dass er den mit ihm rücksichtlich eines neuen Gebäudes zu Lentekau (Lankau?) vereinbarten Bestimmungen nachgekommen sei und auch ferner nachkommen werde. O. J. (1341—1353.)***[1]

Discretis viris et honestis, consulibus Lubicensibus, D., canonicus et camerarius ecclesie Ra‖ceburgensis, obsequium beniuolum cum orationibus deuotis

1) Heinrich Buck wird als Rathmann zuerst 1341 genannt, und stirbt 1353. Domherren der Ratzeburger Kirche des Namens David und Detlev finden sich 1322 und 1332. Vgl. Masch Geschichte des Bisthums Ratzeburg. S. 234.

in Christo. Nouerit discretio vestra, quod, || postquam ab ultimo mecum placitauistis de structura, quam erexi in Lentekowe, || eandem structuram in nullo adauxi, sed magis destruxi. Preterea quecunque dominus Hinricus Boc mecum placitauit, qui ultimis nostris placitis interfuit, hec nobis per omnia cupio inviolabiliter obseruare. Datum in crastino Gertrudis virginis. Sigillo prioris mei sum contentus.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das Siegel ist vom Siegelbande abgerissen.*

## CMLXXXIX.

*Vogt und Rathmänner des Landes Norden schreiben dem Rathe zu Lübeck in Betreff des Bergelohns schiffbrüchiger Güter. O. J. (Anfang des 14. Jahrhunderts.)*[1]

Honestis viris et discretis, iudicibus in Lubeke, aduocati, consules terre Nordent'. se ipsos || cum salute. Vestre significamus discretioni, quod litteras petitorias recepimus a iudicibus in Hamborg, || ut mercedem laborum de bonis naufragantium aput nos fideliter collectarum[2] Johanni et Heinrico, || latoribus presentium, dari faceremus. Sed cum hoc vestri nuncij, videlicet frater V., lector fratrum Predicatorum, cum suo socio contradicebant, vobis vna cum iudicibus in Habeborg[3] commisimus iudicandum, ut, quicquid vos vna cum illis de mercede dictorum hominum duxeritis ordinandum, nobis per vestras patentes litteras dictam mercedem litteratorie declaretis, bona aput nos medio tempore, donec vestras viderimus litteras, conseruando, et obtunc vestris nuncijs dicta bona dari integraliter faciemus.

*In dorso*: Detur iudicibus in Liubeke.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel, von dem der mittlere Theil erhalten ist.*

## CMXC.

*Die Rathmänner zu Gadebusch schreiben dem Rathe zu Lübeck über die Bedingungen, unter denen ein von einem Bürger zu Gadebusch festgehaltener Knecht losgegeben werden soll. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)*

Honorabilibus viris et discretis, dominis consulibus Lubeke ciuitatis, consules de Godebuz seruicij quantum possunt et honoris.|| Scripsistis nobis in litteris vestris, quod quendam famulum, nomine Ludekinum, a quodam ciue nostro detentum, liberum et indempnem dimit||teremus ad vestram peticionem. Propterea scire debetis, quod hoc in nobis non consistit, sed in illo, qui eum detinuit. Si autem aliquis ||

1) Für die Zeitbestimmung dieser und der folgenden Urkunden geben die Schriftzüge den einzigen Anhalt. 2) l. collectis. 3) l. Hamborg.

ciuis vester eundem detentum recipere velit mutuo ad aliquem diem, detentor ipsius ipsum libenter vult dare mutuo sub cautela, tali ratione, quod, si infra talem die(m) euidenti testimonio possit optinere, quod non sit extra dominium Magdeborgensis episcopi: tunc libere eum vult dimittere et solutum; sin autem, restituat eum in pristinum locum, vnde eum excepit.

*In dorso:* Dominis consulibus Lubeke ciuitatis ista cartula presentetur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit aufgedrücktem zum Theil abgesprungenen Siegel.*

## CMXCI.

***Richter, Schöffen und Rathmänner von Zütphen beklagen sich bei dem Rathe von Lübeck über dessen ungeschliffenen Briefboten. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)***

Honorabilibus viris et discretis, . . consulibus Lubicensibus, . . judex, . . scabini et . . consules Sutphanienses || paratam ad queuis eorum beneplacita voluntatem. Prudentie vestre grauiter conquerimur, quod || nuncius vester portans nobis vestras litteras, sedens in taberna nostre ciuitatis, presentibus || probis hominibus, nostris oppidanis, dixit ibidem in opprobrium nostrum verba nimis contumeliosa, que propter nulla bona de mundo sustinuissemus, nisi hoc fecissemus propter vestrum amorem et honorem. Hoc pro certo sciatis. Quare rogamus vestram circumspectionem affectuose, quatenus, quandocunque nobis volueritis aliquos nuncios mittere, quod nobis mittatis discretiores, quam iste sit. Hoc vtique decet vestram honestatem. Valete.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den Resten des grossen aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## CMXCII.

***Landvögte, Rathmänner, Schliesser, Geschworene und ganze Gemeinde des Landes Ditmarschen wenden sich an den Rath von Lübeck wegen einer vom Bischofe von Lübeck über die Gemeinde Weddingstedt verhängten Excommunication. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)***

Honorabilibus viris et discretis, dominis . . consulibus ciuitatis Lubicensis, . . aduocati,|| . . consules, . . clauigeri, . . jurati ac tota communitas terre Thetmarcie obsequiosam || in omnibus voluntatem. Conquesti sunt nobis nostri conterranei, viri discreti || parrochiani in Wedinchstede vniuersi, quod heu eorum diuina infra annos

decem non habuerunt et sentenciam excommunicationis per totam nostram terram non eorum de meritis sustinuerunt. Nam domini canonici Lubicenses quendam nostrum conterraneum, Tethardum Korthals dictum, de parentela Holmer, in alia et speciali parrochia commorantem, cum suis affinibus et participantibus denunciari fecerunt. Et idem Tethardus Korthals penitus nullum affinem in parrochia Wedinchstede habet commorantem, quod publice protestamur et firmiter in hiis scriptis. Sunt tamen quidam viri in parrochia Wedinchstede commorantes, Holmer nuncupati, qui dicto Tethen Korthals vltra decimam lineam consangwinitatis propinqui sunt nati, propter quos parrochia Wedinchstede contra Deum et iusticiam ecclesiastico supposita est interdicto. Idcirco rogamus vestram honestatem, quatenus tocius nostre terre ad instancias presentibus nunciis duos dominos de vestris consulibus ad eorum placita mittere dignemini, quod vtique perpetue cupimus deseruire. Datum sub tocius nostre terre sigillo.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Siegel und Siegelband sind abgerissen.*

## CMXCIII.

***Der Rath zu Rostock schreibt in Betreff einer bei ihm anhängigen Rechtssache wegen eines Pferdehandels an die Rathstühle von Lübeck und Wismar. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)***

Honorabilibus viris et discretis, aduocatis et consulibus ciuitatum Lubycensis et Wismarie, consules ceterique burgenses de Rozstoc,‖ quicquid dilectionis, seruicij poterunt et honoris. Scire debet uestra discretio, Marquardum de Kalsoeke[1] iam aliquo transacto tempore ad nostram uenisse ‖ ciuitatem, qui presentium exhibitorem, Johannem de Lon, nostrum dilectum conburgensem, pro quodam equo, quem sibi iam tribus annis transactis uendiderat, ‖ et nunc iam ad quartam manum deuenit, ibidem apud nos in causam trahebat. Et super eadem causa ab aduocato nostro et socijs nostris consulibus apud eum sedentibus sententia supra domum ad nos missa fuit, sed dictus Marquardus, emissionem eiusdem expectare nolens, ante latam sententiam recessit, secundum quod per has nostras patentes litteras protestamur. Jdem uero Marquardus iam dictum Johannem, nostrum conburgensem, sicut nobis innotuit, ius sibi nunquam apud nos denegatum renuens, pro eadem causa in ciuitate Wismarie occupauit, uolens eundem, si opportunitatem habuerit, contra iusticiam aggrauare. Cum autem sententia super eadem causa, quam expectare noluit,

1) Oder Halsoere.

adhuc apud nos dependeat, vestram honestatem attentius exoramus, quatinus sic, ut memorato Johanni, nostro conburgensi, nulla fiat iniuria, uestra curet prouidentia ordinare, quod apud uos, in quibuscunque possumus, studebimus deseruire.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit einem am Siegelbändchen, welches den Brief schloss, noch hängenden Reste des Siegels.*

## CMXCIV.

***Der Rath zu Wismar ersucht den Rath zu Lübeck, zu verstatten, dass der Wismarische Bürger Heinrich Utdrank die dort gekauften beiden Prähme wegführen dürfe. O. J. (Mitte des 14. Jahrhunderts.)***[1]

Honorabilibus et prudentibus viris, amicis suis sinceris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, consules ciuitatis Wismer | cum firmo amore sinceritatem in omnibus obsequendis. Exposuit nobis Hinricus Vtdrank, exhibitor presencium, ‖ ciuis noster, quod vobiscum duo portoria, wlgariter prame dicta, emit et comparauit. Quare vestre amicicie affectuo‖sis precibus supplicamus, quatenus dicta portoria ciui nostro predicto amore nostri velitis clitentiare,[2] respiciendo ad nos, quod nullibi ea ducet, nisi in nostrum portum et ciuitatem. Quod loco et tempore oportunis volumus fideliter remereri. Scriptum nostro sub secreto, nobis firmiter precipientes.

*In dorso:* Honorabilibus et discretis viris, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## CMXCV.

***Die Vögte des Landes Fehmarn ersuchen den Rath zu Lübeck, dem Ueberbringer des Briefes zu seinem Rechte zu verhelfen. O. J. (Mitte des 14. Jahrhunderts.)***

Honorabilibus viris et discretis, consulibus ciuitatis Lybicensis, procuratores terre Ymbrie paratam ‖ ad queuis beneplacita voluntatem. Vestram discretionem intime duximus supplicandam, quatinus ‖ exhibitori presentium Serren iuuetis fieri iustitie complementum, quod apud vos toto conamine ‖ cupimus promereri, maxime cum actor ipsius Serren sibi iniuriatur, sicut tenore presentium protestamur. Valete, nobis precipientes, quia vobis in omnibus, quibus possumus, volumus complacere.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.*

---

1) Unter den zwischen 1300 und 1364 in den Wismarischen Stadtbüchern vorkommenden Bürgern des Namens Utdrank findet sich kein Heinrich. 2) l. licenciare.

## CMXCVI.

*Aufzeichnung über die Emolumente des städtischen Vogts zu Skanör. O. J. (Zwischen 1318 und 1350.)*

Aduocato nostro in Sconøre: Primo VIII sol. preconi. Jtem dicto aduocato pro suo labore et vestitu XXXV marcas denariorum. Jtem dimidiam duodenam caligarum et vnam tunnam vini ad honorandum dominos terre ibidem.

*Aus dem Memorialbuche. fol. 3b.*

## CMXCVII.

*Aufzeichnung über den zwischen der Stadt und Bertram Peper geschlossenen Pachtcontract über einen Fischteich bei der Ziegelei der St. Jacobi-Kirche. O. J. (Zwischen 1318 und 1350.)*

Notum sit, quod domini consules dimiserunt Bertrammo Pepere piscinam sitam prope domum laterum sancti Jacobi, quam tenebit ad vite sue tempora. Et quicquid de piscibus in ea prendiderit, illud pro dimidia parte camerarijs presentabit. Jpso tandem defuncto dicta piscina vacabit ciuitati penitus, nec ipse Bertrammus aut sui heredes aliquas expensas ex ipsa pro aliqua melioracione computabunt.

*Aus dem Memorialbuche. fol. 9a.*

## CMXCVIII.

*Aufzeichnung über die auf dem Domkirchhofe vergrabenen Blidensteine. O. J. (Zwischen 1318 und 1350.)*

Notandum, quod lapides machinarum sepulti sunt in cymiterio beati Nicholai in arcu muri inter domum machinarum et ambitum claustri.

*Aus dem Memorialbuche. fol. 12b.*

## CMXCIX.

*Aufzeichnung über die dem Hofe der milites Christi bei der Altenfähre von Seiten der Stadt gewährte Schossfreiheit. O. J. (Zwischen 1318 und 1350.)*

Notandum, quod curia militum Christi sita apud Oldenuere prope conuentum bacginarum dare consueuit annuatim ad talliam quatuor solidos denariorum. Quos domini consules decreuerunt relaxandos et quitos dimittendos ad instanciam ordinis militum predictorum.

*Aus dem Memorialbuche. fol. 13b.*

## M.

### *Ordnung der Platenschläger. O. J. (Zwischen 1300 und 1350.)*

Der platensleghere ambeth scal men holden in der wise, alse hir na bescreuen steyt, van wlbort vnde willen der herren der ratmanne:

Thů dem ersten male scal nen platensleghere sines sylues werden, he en hebbe teyn lubesche marquert gůdes, de sin eghen sin, ane arghelist; dat scholen twe bederue man met eme sweren vppen hilghen.

Vortmer so scal nen man sines sylues werden vnde dit ambeth vpholden, he en køne syluen platen vnde wapenhanschen maken mit siner eghenen hant.

Vortmer so scolen se nene platen maken vppe schepen leder, vnde nene wapenhanschen scal men maken, mer vppe enerhande leder, ruzsech, herten eder schepen; vnde nener hande schepen leder scal men verwen thů desseme werke vnde nene wapenhanschen scal men voderen met lewande.

Vortmer scal neman knechte meden bi weken talen, mer thů eneme gantzen eder thů eneme haluen iare, vnde nicht er scal he enen knecht meden, wenne vierteyn nacht vor ener rechten tyth in deme iare. Vnde nen knecht scal maken des hilghendaghes ienegherhande werk, dat eme syluen thů høre.

Vortmer scal nen man thů dessem ambethe mer woninghe vpholden, wen ene hus eder boden.

Vortmer wenne se morghensprake holden willet, so scolen de mestere twe van desseme ambethe komen vppe dat hus vor de herren vnde bidden se vmme twe rathmanne ouer der morghensprake mit en thů wesende, vnde anders scholen se nene morghensprake holden.

Vortmer wandelbare gůth van erem ambethe, wor hir dat kumpt in de stat, dat scal men hir nicht sellen.

Welk herre eder knecht van dessem ambethe brekt in ieneghen stucken, de hir vore bescreuen stat, den scolen de mestere bringhen vppe dat hus vor de weddeherren bi eren eden, vnde vor en iewelk stucke is de broke dre mark syluers, behaluen vor wandelbar, daruore is brøke vnde wedde teyn schillinge, alse in anderen ambethen.

*Aus dem ältesten Wettebuche. fol. 2. Das Statut trägt zwar kein Datum, gehört aber nach den Schriftzügen der ersten Hälfte des vierzehnten Jahrhunderts an.*

## MI.

### *Aelteste Kaufmannsordnung. O. J. (Um 1350.)*[1]

To merkene is dat, dat von der gnade Godes vnde der heren der ratman, di nu sin vnde ghewesen sin, di meyne copmanne des nabescreuen rechtes vnde der olden wonheit hebben ghebruket, also dat alle di bůden bi der Trauene gheleghen von dem orde der Menghen straten wante to den stouen bi der Brunstraten sint gheleghen tu der nut des meynen copmannes, also wol geste also borghere, di dar komen von deme mere dat gantze iar, also dat ghene, den di boden tu horen, na der tid, dat si di boden vordan hebben vnde di slothele wech gheantwort, nicht en moghen verkopen ore gut en densuluen boden binnen der tid dat der gut darinne si, di si ghewůnnen hebben. So wanne si ouer die buden up ghesecht hebben, so moghen di ghene, den di buden tu horet, darin verkopen ore gut, also siden vleysches di dar hanghen, botherlope, tuey kap, vlasses tu samene en tu breken, dat andere gantz, talch an stuken, watmal, vnde nicht ander gut, dat si woghedan dat si. Wi hir theghen deit, di weddet dri mark suluers.

Vortmere eyn borgher, di da copet gut in den buden oder bi der Trauene, di schal dat gut dessuluen daghes laten dreghen vt den buden oder von der Trauene, vnde darsuluens mach he dat nicht vorkopen; he en magh et ok tuhandes nicht ander werue lathen dreghen in den boden oder bi der Trauene to vercopene, bi dren mark suluers.

Vortmere welich borghere heft gut ghebrocht ouer di se, oder eme dat ghesendet is von sinen cumpanen, di mach dat gut laten dreghen in die boden oder bi der Trauene vnde dar vorcopen na sinen willen.

Vortmere welk borghere cofthe copmanne gut oder sich bode tu deme gude to copene buthen der mure der stad, di schal wedden dri mark suluers.

Vortmere welk borgher sich nelet tu der gesthe gut, so wanne men dat in di stad dreghet, also dat he dat gůt růret met der hant oder helpet dat gut aue boren von deme rucghe oder von der boren der dreghere, also dat he wil negher dat gut sin tu kopene, wan en ander, di weddet dri mark suluers.

Vortmere welk borgher let sinen knapen oder eynen dregher oder eynen andern uplosen eynes gastes gut sunder sinen willen vnde vůlbort vnde heit, di borgher weddet dri mark suluers.

---

1) Die Schriftzüge sprechen für die erste Hälfte des vierzehnten Jahrhunderts. Auch folgt auf demselben Blatte unmittelbar darauf der Anfang einer Ordnung der Paternostermacher von 1360.

Vortmere ofte borghere deden gesten in den boden oder bi der Trauene vnghemak tu dringhene oder tu stotene sik vmme dat gut tu kopene, der wedden eyn ihewelik dri mark suluers.

Vortmere tuey borghere, vnde nicht mere, moghen tusamene eynen cop kopen. Js der ouer mere, so weddet eyn ihewelik der kopere dri mark suluers.

Vortmer ofte tuey borghere sin ouer eyn komen eynen kop tu kopene, dar si aue ghan vnde doch nicht kopen, mer si lathen vnde setthen dar andere kopere bi tu oren vromen vnde nůt tu kopene, dat is also eyn bekummeringhe vnde eyn hindernisse des gudes: dar scholen di irsten vnde lesten eyn ihewelik wedden dri mark suluers.

Vortmere oft eyn mekeler oder eyn dregher brenghet eynen gast to eynes gastes gude, dat en si also dat dat gut si dar besin tu vorne dri daghe vnvorkoft, di weddet dri mark suluers.[1]

Vortmere neyn borgher mach sik vnder winden tu vercopene gut eynes gastes, di dar theihenwordich is vnde ghesunt, sunder sine vůlbort. Deyt he ouer dar bouen, he weddet dri mark suluers.

Vortmere neyn knape, di sinen herren volghet oder di eme sine cost reydet, mach kopen mit sinen herren oder met eynen andern gut, dat bether si wan ene mark suluers, bi der buthe, di vor ghescreuen is.

Vortmere bi der Trauene oder in den boden schal man neyn want vorkopen noch cremerlich gut, bi der buthe vnde deme wedde, also hir vor ghescreuen is.

Vortmere neyn borgher mach kopen hude oder vel ghedroghet, si sin ghesolthen oder nicht, di he darna mach wek maken vnde anderwerue drughen: wan also he si kopet, also schal he si weder verkopen. Deyt he des nicht, he weddet dri mark suluers.

Vortmer dat nen gast mach kopen nenerleye gůt van gaste, id en hebbe leghen achte daghe vnde si beseen achte daghe vnvůrkoft, bi dren marken syluers.

Vortmer dat nen borghere noch wert en mach kopen enes gastes gůt thů enes gastes behof, id en hebbe sine rechten thyt vte gheleghen, alse achte daghe, alse hir vore bescreuen steyt.

Vortmer nene mekelere scolen wesen bi der Trauene bi des stades woninghe, mer van haringhe vnde van korne. Vnde di mekelere scal neman dar thů setten,

---

1) Dieser Artikel ist später durchstrichen, und daneben geschrieben: vacat.

wenne de kemerere, vnde wo se en dat heuelen, also scolen se dat holden, bi dren marken syluers.

Alle desse vorbescreuenen stucke scolen stan vnde bliuen also, alse se hir vore bescreuen stat, beholden den heren, dat se se vůrbeteren, wenne id en gůt dunket.

*Aeltestes Wettebuch. fol. 4.*

## MII.

***Ordnung über den Hopfenverkauf. O. J. (Zwischen 1300 und 1350.)***[1]

De jure humulariorum, et quo iure humulus sit vendendus.

Hospites stabunt[2] in vna linea cum humulo suo, et nostri burgenses simul stabunt in alia linea ex opposito in eodem vico, nec in stacionibus suis debent pariter commisceri. Quicunque saccum humuli incipit vendere, per modios vendet eum complete pro tot denarijs, ut incepit: pro maiori precio vendere[3] non poterit, quam ut incepit, sed bene dare poterit pro minori. Et si hospes saccum inceptum vendiderit ciui nostro, ille emptor modium non dabit carius, nisi sicut venditor prius dedit. Ciuis noster non emet magis, nisi vnum saccum cum humulo, quo vendito vel prope, emat alium, de scitu illius, qui tunc temporis est custos in talibus constitutus. Occulte de foro nullo tempore humulus deducetur. Humulus nequaquam per modios[4] in domibus vendi debet. Humulus Marchie et Slauie[5] stabit simul et per se, humulus Thuringhie simul stabit, et non debent[6] insimul commisceri. Qui foris equitauerit eis in occursum, qui humulum adducunt, ad emendum eum vel ad ordinandum, ne ducatur in ciuitatem, pro tali excessu tantum, sicut placet dominis consulibus, vadiabit. Braxatores, vnus eorum aut simul plures[7], possunt ad usus proprios emere saccum humuli, et si quisquam, cum talis humulus mensuratur, aliquos inde modios habere voluerit ad expensas suas, illi non debet pro tanto, sicut emptus exstitit, denegari. Humularius emens saccum humuli vendet eum in foro, et non ducet eum in aliquam domum sine licencia speciali. Quilibet stans in foro cum humulo dabit duos denarios quolibet die fori.[8]

1) Nach den Schriftzügen und der Stellung, welche diese Aufzeichnung zu Anfang des Wettebuches einnimmt. Eine andere Aufzeichnung des 14. Jahrhunderts, welche am Ende des Bardewikschen Rechtscodex eingetragen ist, muss später sein, weil sie zu der oben abgedruckten Zusätze enthält. Die Abweichungen sind in den Noten angegeben. 2) stabunt simul. 3) dare. 4) per modios nequaquam. 5) Humulus Slauie. 6) fehlt. 7) Braxatorum vnus eorum uel plures simul. 8) Die Aufzeichnung im Rechtscodex enthält hier folgenden, aber mit blässerer Dinte am Rande beigeschriebenen Zusatz: de suo doleo; si autem plura dolea habuerit, quam vnum, dabit de vno quoque duos denarios, quotquot habuerit.

Qui vendit[1] integrum saccum cum humulo, siue ille sit ciuis aut hospes, dabit sex denarios et quocienscunque venditur vnus saccus[2], tociens sex denarios ministrabit, et si saccus ducitur extra ciuitatem, sex denarios exponet. Ciues societatem cum hospitibus habere non debent. Jlle excedit, qui perswadet alij, quod teneat humulum et non vendat. Qui saccum humuli ducit extra ciuitatem sine licencia, ille excedit[3] et tantum pro eo, sicut placet dominis nostris consulibus, vadiabit.

*Aeltestes Wettebuch. fol. 1a.*

## MIII.

*Aelteste Hochzeitsordnung. O. J. (Erste Hälfte des 14. Jahrhunderts.)*

Dhit is de kore uan der brutlacht: Vor der brutlacht schal de brut nicht mer juncfruwen hebben, wan X‖VI; min mot ser wol hebben, se mot oc it wol laten, dat se nene hebbe. Auer de juncfruwen vnde den ‖ danz scal de brut nicht mer, (den) enen dach, hebben vor der brutlacht. Dhes dages auer, alse dhe junc‖-fruwen mit ere sint, schal dhe danz dar nicht lenc waren, mer alseme nachtsanc lut, dhen scholen oc dhe juncfruwen al to hus gan, behaluen twe ofte vere, dhe mach dhe brut mit sic behalden, of se wil, vnde nicht mer. Dhat schal bewaren de wert ofte dhe werdinne, dhat it al dhus geholden werden, vnde scholen na der brutlacht ere recht dar uore don des negesten Vrigedages, dat it al si geholden. Doren se des nicht don, se scholen dher stat vor den broke geuen XX marc penninge. Wan so dhe brutlacht is, den scholen dar nicht mer sin aller lude, papen, riddere, vruwen, juncfruwen, man unde drozten, dhen LXXX schotelen, aner beider ingesinde; wol moten se min lude hebben. Den scal men nicht mer geuen, den ver richte, also dat dar nen wiltbrede vnde nen berswel si. Dhar schal men nemen jo uan deme houede enen schillinc, behaluen de juncfruwen, dhe scholen nicht geuen. Dhes dages schal dar oc nen etent mer sin, mer des auendes, dar schal nement to comen, mer des brudegamen [vrunt][4] vnde der brut ingesinde. Vor vnde na der brutlacht schal ninrehande kost wesen, noch mit bedden noch

1) Si quis hospitum vendiderit. 2) vendiderit vnum saccum. 3) Das Folgende fehlt im Rechtscodex, wo aber so fortgefahren wird: Si quis hospitum humulum suum supra forum deduxerit ad vendendum, non diutius, quam per quatuor dies fori, stabit cum humulo suo, nisi licentiam habuerit specialem. Ex consuetudine illa, quam ciues ac hospites faciunt, dentur eis dolea et modij. (*Hier ist in die leere halbe Zeile später eingeschrieben:* De jure venditorum salis, *und es folgt noch dieser Zusatz:*) Cum aliquis plaustrum salis super forum deduxerit ad uendendum, de quolibet curru dabit vnum denarium. Ex consuetudine illa, quam faciunt, dentur eis modij.

4) Davor ist etwas ausradirt, und vrunt ist später durchgestrichen.

mit lichten to makende, bet also lange, dhat se ere recht vor deme rade hebben gedan, also wonlic is. Men schal oc dar intwisghen nine clenode senden. Des negesten dages na der brutlacht schal de brudegam wesen sulve achtedhe vnde dhe brut oc sulve achtedhe, behaluen er beider ingesinde, vnde scholen sin mit dessen luden beide in eneme hus. Swan so de brutlacht is gedan, den schal de brudegam vnde de negeste vrunt der brut komen up dat hus vor den rat des negesten Vrigedages, wan de ratman to samene sint, vnde scholen ere recht don, dat si dessen kore al geholden hebben. Dhe sin recht nicht ene dar dhar uore don, dhe schal geuen dher stat XX marc penninge. Al dese dhinc, dhe hir beschreuen sint, schal men ganz holden, vnde nemen schal hir en bouen orlof bidden noch nemen.

*Nach einer der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts angehörigen Aufzeichnung auf Pergament, auf der Trese.*

## MIV.

***Verzeichniss der in einem (gescheiterten oder genommenen) Hamburgischen Schiffe verladen gewesenen Güter meistens Lübeckischer Kaufleute. O. J. (1345—50.)***[1]

Jsta bona fuerunt in naui parui Syberni de Hamborgh:‖

Jn primo Deythardus Murkerke habuit in naui predicti de tali signo ⸸ II lagenas, in quibus fuerunt ‖ IIII mille operis lucisci et LXVI timber helsink et XXXII timber harwerkes et VI timber harwerkes et XLVII ‖ timber operis sveuici.

Jtem Hartwicus de Verden habuit in naui antedicti de tali signo ⸸ XXIII mesas cupri sveuici et 1 lagena operis, in qua fuit III$^{M}$ cum IIII$^{or}$ timber operis abeui et abeser et XVI timber hermelines.

---

1) Der in der Urk. vorkommende Hamburger Rathmann Albert von Lüneburg starb 1351. Auf einem im zweiten Kämmereibuche in die Rubrik: Notabilia. fol. 10*b*. eingehefteten Pergamentblatte steht folgende, dasselbe Schiff betreffende Aufzeichnung: Notum sit, quod anno Domini MCCCXLV, circa Martini, Engelbertus ..... venit ad dominos aduocatos, dicens eis, quendam Vickonem dictum de Sustede, ciuem Lubicensem, fore interfectum in naui parui Sybrandi de Hamborgh, cuius Vickonis bona ipse Engelbertus haberet in custodia. Et eadem bona presentauit Hermanno scriptori iudicij de iussu dominorum aduocatorum, videlicet IIII$^{or}$ tunnas butiri, qui (!) soluerunt XI½ marc. den. Jtem IV½ lastas siliginis, qui tunc amplius non poterat custodiri, tam vilis erat, et fuit lasta vendita de iussu dominorum aduocatorum pro IIII marc. et IIII sol., hoc sunt XIX marc. et X½ sol. den. Jtem presentauit sibi XVII½ marc. lub. den. et XX flor. lub. et II florenos de Florencia.

Summa LXII marc. et II½ sol.

De hiis hec infrascripta sunt erogata: Primo pro hura domus, in quo jacuit siligo, XII sol. Jtem pro hura celarij sub Hermanno de Camen marca den. Jtem pro quodam puero pretacti Vickonis tenendo, et dum decederet, sepeliendo XXX sol. Jtem cuidam nuncio, qui iuit Bremis pro fratribus memorati Vickonis, XVIII sol. Jtem pro vngheldo butiri XVI den. Jtem pro werpeghelt et ad mensurandum siliginem IIII sol. Jtem predictus Engelbertus concessit fratribus sepe-

Jtem Hinricus Longus habuit in naui predicti de tali signo ⊢ vnam lagenam, in qua fuit IIIIł$^{M}$ operis lucisci et VIII timber hermelin et LXVII malyen florum et XXX clippeos aureos et dimidium cente(narium)[1] canphas.

Jtem Gherhardus Stokelet habuit in eodem (!) naui I lagenam de eodem signo ⅄, in qua fuit V$^{M}$ operis pulchri et X timber lasten.

Jtem Hinricus de Hoyginghen habuit in naui prenominati de tali signo ⅄ tres scinmelen, in quibus fuerunt X mille smascin et duo mille leporum alborum et CCL reuel et IIII dacat'.[2] pellium ceruorum et VI cutes vaccine et VI cutes tegales[3] et VI pelles focorum.

Jtem Alvinus de Lapide habuit in naui predicti vnam lagenam de talis (!) signis ⅄ ⊓, in qua fuit VII$^{M}$ operis lucisci.

Jtem Euerhardus Campyr et Euerhardus Schoneweder habuerunt in naui prelibati de tali signo ⋞ vnam lagenam, in qua fuit IIII$^{M}$ et XV timber helsincht et CL clippeos aureos et III malien et XXXVI timber lasten. Jn predicta lagena fuit CC clippeos aureos, et fuerunt signati cum tali signo ⋞ ⋞. Jtem in dicta lagena fuerunt C clippeos aureos et XXXVIII et III pauleone et I leon. Jsta pecunia fuit signata cum tali signo ⋋. Jtem in dicta lagena fuit C clippeos aureos et II clippeos et III pauleone et I leon et XXVIII malien cum tali signo signato ⅄.

Jtem Gregorius Svertink habuit in naui sepedicti de tali signo ⋟ vnam lagenam, in qua fuit VII mille operis pulchri. Jtem habuit vnam lagenam de tali signo ⋟, in qua fuit V$^{M}$ operis lucisci et V timber et I$^{M}$ popelen et dimidium mille schenissen et III timber lasten. Jtem habuit in naui predicti XX libras grossorum flamensis pagamenti cum tali signo signato ⋟.

---

tacti Vickonis, dum venirent Lubeke, et littere eorum fuerunt minus sufficientes, IIII florenos lub. Summa erogatorum VIIł marc. et XVI denarij.

Summa manens LIIII marc. IX sol. et II den.

De hiis bonis arrestauit relicta quondam Nicolai Jachyn XVI marc. den., in quibus pretactus Vicko, vt ipsa asserit, eidem relicte mansit obligatus.

Scriptori, qui magnos labores habuit pro hiis bonis, sunt dati superflui IX solidi pro labore suo, et bona custodia sic remanent LIIII marc. den., deposite sub camerarijs. (*Der Zusatz von späterer Hand, dann mit jüngerer Schrift:*) Hanc pecuniam totam, videlicet XVIIł marc. in argenteis den. et reliqua in aureis, presentauimus ex iussu consulum Amelungo de Trauena, qui tenebit eam, quousque aliquis venerit cum litteris autenticis ex parte amicorum cum pleno respectu. (*Andere Schrift*): Has litteras habemus in cista.

1) cente ist abbrevirt. Von canphas sind nur c und die zweite Silbe deutlich lesbar.

2) Man könnte dacar (Decher) lesen. Sartorius. II. S. 56. Aber es ist noch eine Abbreviatur daran, und der letzte Buchstabe ist kein r, eher ein verschobenes t oder d.

3) So steht da, nicht cegales, aber Ziegenfelle sind doch wohl gemeint. Sartorius. II. S. 447: sceghenvelle.

Jtem Nicolaus de Kyle habuit in dicta naui de tali signo II lagenas , in quibus fuerunt II bala smaschin, et fuerunt XX$^{C}$ et I timber, et vnum timber operis ruffi, et predicte lagene fuerunt inplete cum pellibus leporum rubeorum. Jtem habuit vnum frustum reuel, et fuerunt XVII decat'., et vnum frustum cum pellibus leporum rubeorum, et fuerunt vnum mille. Jtem habuit vnam schinmesen, in qua fuerunt XXII$^{C}$ ing'. smaschin, et ista bona fuerunt concussa in VI cutibus bouinis acutis et II cutes tegales, set in vna mesa habuit VI latera carnium et vnus clippeus apri, et vna alba cutis equi erat dictas carnes circumligata et II cutes bouine.

Jtem Hinricus Lobeke habuit in naui prenominati de tali signo vnam lagenam, in qua fuit XXXVII timber harwerkes boni et XXVIIł timber lasten et II mille scheuenissen et LV vlnas linei panni, in quibus fuerunt III paria linearum vestium, et I wardebos et I cappucium, et vnum trusale cum argenteo parato, et IIII tymber popelen.

Jtem Hinricus Omler et Johannes de Wittene habuerunt in dicto (!) naui vnam lagenam de tali signo , in qua fuit II mille operis pulchri et vnum quartale et XX timber helsinghes et VIII timber operis sveuici et IX pelles castorines et slagduc et III timber lasten et IIIł timber harwerkes.

Jtem Johannes Cloet habuit in prescripti naui II lagenas de tali signo , in quibus fuerunt IIII mille mordowe et III quartale popelen et XII timber operis lucisci et V mille operis lucisci et vnum quartale et VI timber hermelin et VI timber lasten. Jtem in dicta lagena habuit Hermannus Svedinchusen CC clippeos cum tali signo signato .

Jtem Hinricus Bruskowe habuit in cista Johannis Dulmen, que fuit in naui predicti Syberni pie memorie, C clippeos aureos et XXI clippeos, et fuerunt signati cum tali signo . Jtem Hinricus de Hoyginghen habuit in eadem cista CC clippeos cum tali signo signato .

Jtem Johannes Wessekin habuit in antedicti naui vnam tunnam de tali signo , in qua fuit IIIł mille operis lucisci et III mille operis pulchri et III tinber koningghe. Jtem habuit in cista naucleri parui Syberni LXXXIIII clippeos aureos et XVI florenos de eodem signo.

Jtem Johannes de Ekenvorde habuit in naui prescripti X vasa foci de isto signo .

Jtem Hermannus Hercnis habuit in naui prescripti de tali signo vnam lagenam, in qua fuit VII mille cum vno quartali pulchri operis et II timber hemelen, et de tali signo  IX scippunt cere rigensis.

Jtem Nicolaus de Anuorde habuit in naui predicti I saccum cum XXX mr. puri argenti de tali signo .

Jtem Thydericus Hoye habuit in naui sepedicti II tunnas graues et I ballam uel scinmesen tali signo .

Jtem Conradus Volkmari habuit in eodem naui II mesas cupri goslariensis de tali signo .

Jtem dominus Albertus de Luneborgh, consul in Hamborgh, habuit in eodem naui II$^{C}$ tritici.

Jtem Bruno de Aleuelde habuit in dicto naui XVIII mesas cupri goslariensis de tali signo .

Jtem Johannes Pauli habuit in pretacto naui XVIII mesas cupri goslariensis de tali signo .

Jtem Bertoldus de Osterrode habuit in prescripto naui vnam tunnam grauem cum filis et auricalco de tali signo .

Jtem Daniel de Sampleue[1] habuit in eodem naui vnam rollam linei panni de tali signo .

Jtem si cuprum de tali signo uel aliqua alia bona inveniuntur.

Jtem si vlla bona de talibus signis in dicto naui inveniuntur.

Jtem si vlla bona de talibus signis de cupro, lineo panno uel ballis grauibus tunnis.

Jtem si aliqua bona de isto signo inveniuntur de cupro, lineo panno uel grauibus tunnis.

Jtem si al(i)qua bona de isto signo in dicto naui inveniuntur.

Jtem si aliqua bona de isto signo in eodem naui inveniuntur.

Jtem in cista domini nauis V libr. grossorum in auro de tali signo .

Jtem in eadem cista XLIIII clippeos aureos et II florenos aureos.

*Nach einer Pergamentrolle, auf der Trese.*

1) Es scheint eher Zamplene dazustehen. Doch liest man im Ober-Stadtbuche den Namen Zamplewe, wenn auch keinen Daniel von Z.

# Nachträge.

## MV.

*Papst Innocenz IV. zeigt dem Volke der Stadt so wie der Diöcese Lübeck an, dass er den bisherigen Bischof von Samland, Johann von Dist, zum Bischofe von Lübeck ernannt habe. 1254. März 18.*

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs, populo ciuitatis et diocesis Lubicensis, salutem et apostolicam benedictionem. Licet ex illo generali priuilegio, quo beato Petro et || per eum Dominus ecclesie Romane indulsit, episcoporum translatio ad Romanum pontificem de iure pertineat nec sit absque ipsius licentia facienda, hoc tamen tunc demum debet || fieri, cum urgens necessitas et euidens utilitas id exposcunt. Sane nos, intellecto, quod venerabilis frater noster, . . archiepiscopus Pruscie, cui episcopatum Lubicensem tunc pastoris || solatio destitutum pro sustentatione sui iam dudum commendasse dicimur, in loco idoneo, ubi residere ac de prouentibus archiepiscopalibus commode sustentari potest, erexerat sedem suam, et considerato per hoc prudenter, quod locorum sollicitudines sunt certis imponende personis, et locis personarum ministeria prouidenda, ut ex personarum industria locorum crescat utilitas, et ex oportunitate locorum personis succrescat facultas uberior se in hijs, que Dei sunt, utilius exercendi, nuper dilecto filio P., sancti Georgij ad velum aureum diacono cardinali, nostras direximus litteras continentes, ut, commendationem huiusmodi seu concessionem factam ipsi archiepiscopo reuocans, venerabilem fratrem nostrum, fratrem Johannem de Dist, tunc episcopum Sambiensem, de cuius uite integritate, dono scientie ac honestate morum indubitatam fidutiam[1] gerimus, absolueret a uinculo, quo tenebatur ecclesie Sambiensi, ac auctoritate nostra preficeret Lubicensi ecclesie in episcopum et pastorem, plena sibi spiritualium et temporalium eiusdem amministratione commissa, et concessa ei nichilominus licentia se ad ipsam [2]Lubicensem ecclesiam transferendi[2],

1) Das Wort steht in einer Rasur.

2) Die drei Worte stehen in einer Rasur.

ac faceret sibi per se uel per alium a capitulo et clero ciuitatis et diocesis Lubicensis obedientiam et reuerentiam debitam exhiberi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Cum autem idem cardinalis, huiusmodi auctoritate mandati commendationem ipsam et quamlibet concessionem factam ipsi archiepiscopo reuocans, et episcopum absoluens prefatum[1] a uinculo eiusdem ecclesie Sambiensis, prefecerit ipsum in pastorem et episcopum eidem ecclesie Lubicensi, prout in ipsius cardinalis litteris super hoc confectis plenius continetur, nos, ipsius episcopi supplicationibus inclinati, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, gratum et ratum habentes, id auctoritate apostolica duximus confirmandum. Quocirca uniuersitatem uestram rogamus et monemus attente, per apostolica uobis scripta mandantes, quatinus prefatum episcopum recipientes benigne ac honeste tractantes, ei tamquam patri et pastori animarum uestrarum plene ac humiliter intendatis, et exhibeatis eidem honorificentiam debitam et deuotam, eius salubria monita et mandata suscipiendo deuote ac irrefragabiliter obseruando. Datum Laterani, XV Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno vndecimo.

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit anhängender Bulle. Ueber der Urkunde links oben befindet sich von derselben Hand ein grosses* R, *dessen rechter Fuss durchstrichen ist; ein gleiches noch grösseres auf der Rückseite. In des letztern Kopfe steht:* scriptˀ., *und unter demselben:* DXLIX . capl'o. anno . XI. *Ausserdem trägt die Urkunde von anderer Hand die Signaturen:* Dist *und* Populo ciuitatis et diocesis Lubicensis.

## MVI.

***Die Rathmänner zu Lüneburg urkunden, dass ihr Bürger Marquard Polax von der Anklage, bei der Wegnahme der auf seinem Gefährte verladenen Kaufmannsgüter durch Räuber betheiligt zu sein, sich eidlich gereinigt habe. 1263. Febr. 2.***

Vniuersis presentes litteras uisuris uel audituris consules ciuitatis Luneborgensis salutem in Domino presentem et ‖ eternam. Significante nobis conciue nostro Marcwardo Polax cognominato, quod bona quorundam mercatorum in curru‖ sibi attinente deducenda uehebat, que casu miserabili accidente per uiolentiam predonum de ipsius curru extiterunt depredata.‖ Vnde tam ab aduocato nostro quam etiam ab aliis eidem impingebatur, quod consilio interfuisset, quod bona memorata a iustis possessoribus, Dei timore postposito, fuerunt spoliata. Super cuius culpe infamia ab aduocato domini ducis tam in presentia nostra quam tocius vniuersitatis publice extitit incusatus. Jpse uero suam in hac parte innocentiam cupiens defen-

1) Der Anfang des Wortes steht in einer Rasur.

sare, testes produxit ydonios, qui suam innocentiam allegabant, ipsum in sacramentis per iuramenta expurgando, asseuerantes eundem huiuscemodi criminis innoxium et immunem, nec facto seu consilio aliquatenus interfuisse, quoniam nostre est iustitia et constitutio ciuitatis, quod quilibet burgensium nostrorum super aliquo crimine accusatus uel accusandus, si contra ipsum actor euidenter causam ei impositam probare non poterit, potior erit suam iustitiam prosequi defendendo, quam actor contra eum in agendo. Et ne de cetero super huiusmodi facto, cum se legitime expurgare studuerit, ab aliquo possit indebite impeti uel aggrauari, presentes litteras sibi peciit dari in testimonium et cautelam tam sigilli aduocati quam etiam nostri munimine roboratas. Actum Luneborgh, anno incarnationis dominice M̊C̊CLX̊III̊, circa Purificationem beate Marie virginis.

*Nach dem Originale, welches mit anderen Schriften aus der Dreyerschen Sammlung* (Museum Dreyerianum) *auf der Stadtbibliothek bewahrt wird. Beide Siegel sind abgeschnitten.*

## MVII.

### *Fragment eines Schreibens (des Lübecker Raths?) an die Königin Eleonore von England. O. J. (1272.)*[1]

Inclite domine sue semper . . . . . dilectionis . ‖ et omnem quantum poterit . . . . . ‖ libertatem et prerog(atiuam . . . . . opida)nis de Lu(beke in)‖petratam infringere nitunt(ur) . . . . . bus priuilegiis et ualidis exstit(it) confirmatum, et quia ipsorum protact. . . . . tem uestram, dominarum dilectissima, omni precum studio deprecamur, quatenus m. . . . hoc efficaciter inducere dignemini, ut suis exactoribus districtius precipiat . . . . . esserit in posterum et quiescat. Veruntamen, quid a nostris opidanis sepedictis, super . . . . imiliter et quid ad satisfaciendum uestris exactoribus decreue[ue]runt facere, vobis lator presentium ore(tenus ex)plicabit. Super quo petimus, ut ipsius legationem benigne nostri seruicij intuitu dignemini peraudire.

*In dorso*: Domine A(linore), regine Anglie.

*Nach dem von oben herein ausgefressenen und durch Feuchtigkeit zerstörten Originale, mit anhängendem Siegelbändchen, auf der Tresse. Die Lücken sind in der Urkunde doppelt so gross, als sie hier angegeben worden.*

1) Vgl. No. 42. — Nach den Schriftzügen, welche den Charakter der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts tragen, so wie nach seiner ganzen Fassung, kann das obige Schreiben nicht an Anna, Richard's II. Gemahlin, gerichtet gewesen sein. Die der genannten Zeit zunächst liegende Königin A. ist Eleonore, Eduard's I. Gemahlin († 1290). Da aber englische Urkunden, gleich den flandrischen und italienischen, häufig schon viel früher, als die unserer Gegenden, sich dem Schriftypus des 14. Jahrhunderts annähern, so dürfte, bei dem Zusammentreffen des Inhalts, so lange weitere Auskunft fehlt, die Beziehung auf Eleonore, Heinrich's III. Gemahlin, die rathsamste sein.

## MVIII.

*Testament des Gerwin, genannt von Dalo. 1278. Jun. 24.*

In nomine Domini amen. Ego Gerwinus dictus de Dalo, compos sensuum meorum et racionis, || sic meum facio testamentum, si morte preuentus fuero. Volo, quod de bonis meis || dentur L marce argenti propter Deum, de quibus in ciuitate Lubicensi cuilibet ecclesie, claustris || et hospitalibus dabitur I marca denariorum. Jtem pueris sororis mee Mechtildis do L marcas argenti. Jtem tribus filiabus virginibus non locatis fratris mei Gerardi do simul CCC marcas denariorum. Filiis eiusdem fratris mei Gerardi do C marcas argenti, vt cum eis edificent hereditatem suam hic in ciuitate. Jtem ad peregrinum vltra mare do XXX marcas argenti. Quicquid postmodum de bonis habuero, do filiis fratris mei, Gerardo et Thidemanno fratribus dictis de Dalo. Testatores siue procuratores constituo eosdem cognatos meos Gerardum et Thidericum (!) fratres, qui L marcas argenti dandas propter Deum dabunt, vbicunque maxime viderint expedire, cum inde prouisum fuerit ecclesiis memoratis. Hec omnia rata tenebo, nisi ea scienter contradicam. Testes sunt consules dominus Albertus Brunonis et dominus Marquardus de Cusfelde et Johannes Todonis[1]. Actum anno Domini M̊CC̊LXXVIII, Johannis Babtiste.

*Nach dem Originaltestamente, auf der Registratur.*

## MIX.

*Probst, Dechant und gesammtes Capitel zu Schwerin ersuchen den Rath zu Lübeck um Zurücknahme der von ihm erlassenen beschränkenden Verordnungen in Beziehung auf Oblationen und Seelmessen. O. J. (1278—1281.)*[2]

N(icolaus) Dei gracia prepositus, Al(bertus) decanus totumque Zwerinensis ecclesie capitulum. Viris prouidis et discretis, aduoca||to, consulibus et communitati ciuitatis Lubicensis, paratam ad beneplacita voluntatem. Prerogatiua meritorum, qua inter || ciuitates Alemanie precipue in clericorum et ecclesiasticorum libertatis

1) Der Dritte ist nachträglich dazwischen geschrieben.

2) Die gegenwärtige Urkunde bezieht sich auf die Streitigkeiten, welche in Lübeck zwischen der Geistlichkeit und dem Rathe statt hatten in Veranlassung der vom Rathe erlassenen Verordnungen gegen die Oblationen von Victualien und bei Hochzeiten und dem Kirchgange der Wöchnerinnen, so wie in Beziehung auf die Zahl der anzuordnenden Seelmessen, welche Streitigkeiten am 7. April 1282 durch den letzten schiedsrichterlichen Spruch des Cardinals Jacob Colonna ihr Ende erreichten (Urk.-Buch d. Bisth. Lübeck. No. 282.) Von 1266—1289 war Nicolaus, Fürst von Mecklenburg, Probst der Schwerin'schen Kirche. Als Dechant derselben kommt 1278 zuerst ein Albert, 1282 schon ein Johannes vor. Diesem allen nach muss die Urkunde in den oben angegebenen Zeitraum fallen.

promocione vestra ciuitas commendabilis reputatur, nec‖non firmitas et dilectio personarum ecclesie Lubicensis nos feruenter inducunt, ut uobis consulere bona fide et supplicare studiose debeamus, quatinus ciuitatis uestre famam laudabilem et uestri solempnis nominis incrementum in honore cleri et diuini cultus aucmento consueto et debito amplietis, reuocantes sagaciter, prouide et discrete, quod a uobis contra preceptum Dei et canonum sanctorum patrum in preiudicium vniuersalis ecclesie et specialiter Lubicensis intelleximus atemptatum. Timendum enim est, si per statuta uestra uel facta seu obseruationes nouas in numero missarum uel limitacione oblacionum fidelium deuocio fuerit diminuta et libertatis ecclesiastice racionabilis consuetudo antiquitus obseruata restricta, quod exinde totus clerus uos et nos debeamus sustinere animarum et rerum dispendium, incommodum et grauamen.

*Nach dem Originale, auf der Trese, ohne Spur eines Siegels.*

## MX.

***Vogt, Rath und Gemeinde von Lübeck beschweren sich bei Eduard I., König von England, über die Belästigungen, die ihr Handel seit einem Jahre durch Erich Priesterfeind, König von Norwegen, erfahren, welcher trotz seiner Zusage keinen Frieden mache; sie ersuchen, dass den Engländern die Zufuhr nach Norwegen untersagt werde. O. J. (1284—1285.)***[1]

Glorioso ac illustri domino, regi Anglie, aduocatus, consules et vniuersitas ciuitatis Lubycensis sue possibilitatis seruicium semper promptum. Vestre magnificentie querulando compellimur intimare, quod Normanni per annum mercatoribus aduenis in eorum regno tunc temporis constitutis violenter et contra iusticiam bona sua crudeliter acceperunt, propter quod querimonias ad domini regis Norwegie presenciam direximus supplicando, quatenus de premissis dampnis et iniuriis dignaretur emendam possibilem ordinare. Vnde statim ad uos et alias ciuitates vndique sollempnes nuncios et litteras ipse dominus rex Norwegie dirigebat, multum fauorabiliter et studiose pronuncians, quod modis omnibus ordinare vellet, vt enormitates predicte deberent in omni bono reconciliari, et passis iniuriam deberet emenda possibilis exhiberi. Ad quam plenam habentes confidentiam ceteri mercatores velificauerunt more solito, vestri culminis regnum et alia loca diuersa accedere cupientes, sicut mercaturis suis nouerant exped(ire). Medio quidem tempore, nulla pacis

2) Vgl. No. 129. — Die obige Urkunde ist uns nach dem Abdrucke der früheren ähnlichen Inhalts noch durch die Güte des Herrn Dr. R. Pauli abschriftlich mitgetheilt. Für die später folgenden haben wir die von demselben auf der Berliner Bibliothek niedergelegten Copien von Tower-Urkunden benutzt.

renunciacione prehabita, insidiatum est mercatoribus n(ostris naui)gantibus in libero mari per dictos Normannos, qui spoliarunt, captiuarunt, (occide)runt, quoscumque comprehendere potuerunt. Quod petimus magnificencie vestre esse molestum et ingratum, et quare de laqueis et insidiis dictorum Normannorum regnum excellencie vestre vna cum communibus mercatoribus visitare non possumus, sicut antea feceramus, magnificencie vestre deuocius supplicamus, quatenus mercatoribus regni uestri mandare dignemini, quod nobis astare dignentur in premissis, nec medio tempore consentire velitis, quod de regno vestro in Norwagiam aliqua commestibilia uel alia, de quibus confortari et confoueri potuerint, deducantur, donec in hiis possit finis congruus optineri, vt illud tota possibilitate nostra apud vos deseruire fideliter teneamur.

*In dorso:* Glorioso ac illustri domino, regi Anglie.

*Nach dem unbezeichneten Originale, im Tower, welches ein wenig beschädigt ist und Spuren des Siegels trägt.*

## MXI.

***Johann I., Herzog von Sachsen, Engern und Westphalen, schreibt an König Eduard I. wegen der Beschwerden der Lübecker und anderer Wendischen Städte gegen den König Erich Priesterfeind von Norwegen. O. J. (1284—85.)***[1]

Excellenti domino . ., serenissimo regi Anglie, Dei gratia Johannes Saxonie, Angrie, Westfalie dux, burcgravius Magdeburgensis, obsequiosam in omnibus voluntatem. Exposuerunt nobis sua cum querimonia dilecti nobis ciues Lubycenses et alie ciuitates maritime in nostris finibus, quod illustris princeps, noster dilectus consanguineus, rex Norwegie, ipsis grauiter iniurietur. Cum autem dominorum et dictarum ciuitatum maritimarum in nostris confinibus simus capitaneus et judex pacis iurate, ipsis in suis causis iustis deesse non possumus nec debemus. Vnde vestre dignitatis excellenciam rogamus plenissimo cum affectu, quatinus homines regis Norwegie venientes ad terram vestram nostre peticionis intuitu promouere non velitis guerra durante inter ipsum regem Norwegie et dictas ciuitates, nec admittere velitis, quod aliqua comestibilia sibi compararent in terra vestra homines regis Norwegie prelibate, vt id apud vestram dignitatem debeamus deseruire.

*Aufschrift:* Excellenti domino, regi Anglie.

Rymer's Collect. Vol. II. No. 71. (Ms. Add. Mus. Brit. 4574) ex Orig. in Turri.

---

1) Johann I. von Sachsen-Lauenburg †1285, 30. Juli, von Kobbe. II, 11.

## MXII.

*Aufzeichnung über die Verpfändung eines Hauserbes in Wismar an das Heilige-Geist Hospital zu Lübeck. 1287.*

Anno Domini M̊CC̊LXXXVI̊I̊ inpignorauit Johannes Slavkestorp omnem hereditatem suam domui Sancti Spiritus in Lubeke pro LX marcis denariorum lubecensium, pro quibus dabit annuatim V marcas lubecenses, scilicet XL solidos in festo Michaelis proximo et XL solidos in festo Pasche, tali conditione, ut, dum dictus Johannes XII marcas lubecenses persoluerit, cessabit census vnius marce, quousque supradicte LX marce fuerint integraliter persolute. Si uero per incendium ciuitas plagaretur et ipsa hereditas combureretur, nec idem Johannes reedificare posset nec persoluere, ipsa hereditas uendi deberet secundum formam iuris.

*Nach einer Aufzeichnung des Wismarischen Stadtbuches B.*

## MXIII.

*Zwei Aufzeichnungen der Kämmereiherren über von Reinekinus Mornewech geleistete Zahlungen und über von ihm eingelöste Anweisungen. O. J. (Um 1290.)*[1]

A.

Reineke Mornewech dedit || Wicboldo clerico X marc. den. || Cunrado de Boyceneborch VIII marc. den. || Johanni Olden et fratri suo XL marc. den. H(inrico) Vlanderuar V marc. den. Brunoni Heregelt VII marc. Johanni Albo V marc. Johanni de Scheningen VIII marc. Euerardo Kint VIII marc. Johanni de Verda et Rucen XII marc. Metten de Hamme VI̊I̊ marc. Ludero Tolnere VI̊ marc. Alburgis Hattorpe VII marc. Hinrico de Reuele X marc. Bernardo de Cusfelde pro sorore sua VII marc. den. Wernero Hunen XLIX marc. den. Marquardo Hildemari XXV marc. den. Hermanno Nigro XXXVI marc. den. Hinrico de Vistrate XI marc. Herdero de Cramb(oden) VIII̊I̊ marc. Lucie de Parchem X marc. Engel(berto) Braschen VIIII̊I̊ marc. Marquardo Hildemari XXII marc. Rolf XII marc. Johanni de Hadersleue IIII marc. Alexandro Krek V marc. Gerardo Campsor VIII marc. Hinrico Pellez XIIII marc. Nicolaŏ de Riga XIII marc. Thome nostro

1) Beide Aufzeichnungen hängen mit den flandrischen Geldgeschäften R. Mornewechs zusammen. — Die in A. vorkommenden Namen Joh. Olde, Bruno Heregelt, Joh. de Hadersleue u. A. finden sich Urk.-B. I. No. 553. 554. 556—568 wieder. B. entstammt derselben Schublade mit den Urk.-B. II. No. 73—79 abgedruckten Zahlungsregistern und ist von ähnlicher Hand geschrieben. Johann Schepenstede kommt 1285—1305, sein Bruder Heinrich 1294—1310 im Ober-Stadtbuche vor.

X marc. et L marc. Hinrico Campsor XXVIII marc. [1]|*Hinrico Vundengot VII marc.| Camerarii receperunt LXXX marc. Summa D et XXXVII marc. |*preter Hinricum Vundengot.|

B.

Ecgehardo de Wachgele dedimus pro XX marc. argenti puri XXVII marc. arg. et VI[2] || sol. Jtem Ludekoni de Osterrodhe pro XVIIII[2] marc. arg. puri XXVI marc. arg. VI solidis || minus. Jtem Jordano ex parte Johannis de Dhetten pro XVII marc. puri XXIII marc. arg. || et IIII sol. Jtem Bertrammo genero Johannis de Biwende pro XVIII[2] marc. arg. puri XXIIIII marc. arg. solido minus. Pro istis hominibus promiserunt Johannes et Hinricus dicti de Schepenstede, quod veri sint nuncij.[3]

*Nach zwei Pergamentblättern, auf der Trese.*

## MXIV.

***Johann Kaiser legt Rechnung ab über die von ihm geleisteten Zahlungen für einen im Auftrage der Stadt Lübeck gebauten Damm. O. J. (Um 1290.)***[4]

Hec est computacio facta de aggere, in cuius expositorem statutus fuit Johannes Cesar.|| Vnde notum esse volo, quod ego Johannes Cesar ex parte ciuitatis in quarta feria ante festum || Philippi et Jacobi istam computacionem primo incepi. Et exposui in ipsa quarta feria ad ipsum || aggerem primo et principaliter III marc. den. et VII sol.

Jtem in sexta feria consequenti XIX sol.
Jtem in quarta feria consequenti III marc. den.
Jtem in quarta feria consequenti IIII$^{or}$ marc. den.
Jtem in sabbato consequenti V$^{que}$ marc. et III sol.
Jtem in quarta feria consequenti V$^{que}$ marc. den.
Jtem in sexta feria consequenti II marc. et III sol.
Jtem in tercia feria consequenti XXX$^{a}$IIII$^{or}$ sol.
Jtem in quarta feria consequenti IIII$^{or}$ marc den.
Jtem in sabbato consequenti VI marc. et XV den.
Jtem in sabbato consequenti IIII$^{or}$ marc. et III sol.

1) Die mit Strich und Sternchen bezeichneten Stellen sind durchstrichen. 2) Die letzte Zahl halb verlöscht. 3) Auf demselben Blatte unten, von der umgekehrten Seite angefangen, steht: Nicolao Stalbuc tenemur de bonis in Pole LXX [ein drittes X ausgestrichen] marc. arg. [et XII sol. ausgestrichen] vna marc. minus.

4) Es scheint sich diese Rechnung auf den spätestens 1290 angelegten Mühlendamm beim Hüxterthore zu beziehen. Vgl. I. No. 552. S. 499. No. 576—80. Joh. Kaiser kommt in den Ober-Stadtbüchern zuerst 1287, Arnold Scotelmund zuletzt 1303 vor.

Jtem in quarta feria consequenti III marc. den.
Jtem in sabbato consequenti XXX$^{a}$VI sol.
Jtem in quarta feria consequenti V$^{que}$ marc. et III sol.
Jtem in sabbato consequenti IIII$^{or}$ marc. et III sol.
Jtem in quarta feria consequenti III marc. et V$^{que}$ sol.
Jtem in sabbato consequenti XXX$^{a}$VI sol.
Jtem in quarta feria consequenti IIII$^{or}$ marc. pro pilis et V$^{que}$ sol. ad aggerem.
Jtem in sabbato XX$^{ti}$VII sol. consequenti.
Jtem in quarta feria consequenti II marc. et VI sol.
Jtem in sabbato consequenti VI$^{que}$ marc. [et][1] III sol. minus.
Jtem in quarta feria consequenti III marc. III sol. minus.
Jtem in sabbato consequenti III marc. et VI sol.
Jtem in quarta feria consequenti XX$^{ti}$IX sol. et IIII$^{or}$ den.
Jtem in sabbato consequenti XX$^{ti}$I sol.
Jtem in quarta feria consequenti XIX sol.
Jtem in sabbato consequenti XX$^{ti}$I sol.
Jtem in quarta feria consequenti IIII$^{or}$ marc.
Jtem in tercia feria consequenti et vltima exposui VI$^{que}$ marc. II$^{bus}$ sol. minus.
Jtem dedi duobus inscisoribus, videlicet sagere, II sol.

---

Summa tocius exposicionis expense in ipso aggere tenet LXXXX$^{a}$ marc. den. et IIII$^{or}$ marc. den. vno den.[2]

[3]Sciendum, quod ego Johannes Cesar ad computacionem aggeris primo sustuli de Thoma VII marc. den.

Deinde sustuli ab eodem Thoma XII marc. den.
Deinde mutuaui in cambio V$^{que}$ marc. den.
Deinde iterum mutuaui in cambio III marc. den.
Deinde presentauit michi idem Thomas IIII$^{or}$ marc. den.
Deinde sustuli de Hinrico de Sconeberg X marc. den.
Deinde de domino Arnoldo Scotelmund X marc. den.

---

Summa huius recepcionis siue sublacionis continet quinquaginta marc. cum vna marc. den., quorum (!) III marc. den. indatiue iacent adhuc in sista mea.

Et quidquid expositum est supra summam istam, illud exposueram de mea propria pecunia, videlicet quadraginta marc. den. et VI marc. den. et vnum den.[4]

*Nach einem Pergamentblatte, auf der Trese.*

1) Das Wort ist stehen geblieben, weil früher eine andere Zahl unter dem Folgenden stand. 2) *minus*, welches dahinter stand, ist ausradirt; nach der unten folgenden Gegenrechnung ist zu lesen: *et vnum den.* 3) Rückseite. 4) Nachträglich übergeschrieben. S. Anm. 2.

## MXV.

*Testament des Gewandschneiders Constantin. 1292. Febr. 6.*[1]

Jn nomine Domini amen. Ego Constantinus Dei gratia compos mentis, sensus, rationis et corporis, sic facio meum testamentum, si morte pre‖ventus fuero. Lego vxori mee cum duobus pueris eius CCCC marcas denariorum super dotem eius. Filie mee vidue Elyzabeth C marcas argenti. Filio meo ‖ Hinrico D marcas argenti. Generi (!) meo Gerardo Wlvmen CCCC marcas denariorum. Filio meo Gozschalco CC marcas argenti. Filio meo Dithlevo CC marcas argenti.‖ Filio meo Nicolao XII marcas denariorum reddituum in Goznowe sub domino Johanne de Cernin militi (!). Cognato meo Constantino de meis bonis tantum, quod ei fiat vicaria XV marcarum denariorum, primo anno faciendi (!) post meum obitum. Cognato meo Hildebrando X marcas argenti. Quicquid de mei(s) bonis superfluum fuerit, hoc mei procuratores dabunt meis pauperibus amicis et alijs pauperibus, vbi eis melius videbitur exspedire. Procuratores constituo Radekinum de Travenemunde et Hinricum Wilden jvvenem, Hinricum Wndengvt, Hinricum meum filium, et ille mea bona tollet et debitum meum persoluet, et Gerardvm Wlvme. Testes sunt domini consules dominus Vromoldus de Vifhvsen et dominus Johannes Thartarus atque dominus Johannes Thodonis. Jstum ratum seruari volo, donec eis (!) notorie contradicam. Actum anno Domini M̊CC̊LXXXXII̊, proxima feria quarta post Pvrificationem beate Marie virginis.

*In dorso:* Testamentum Constantini pannicide.

*Nach dem Originaltestamente, auf der Registratur.*

## MXVI.

*Zwei Aufzeichnungen über den Werth der von Bürgern gestellten Streitrosse und Pferde, und über diejenigen Bürger, welche verpflichtet sind, Streitrosse zur Disposition des Vogts zu halten. 1292.*[2]

A.

Jn vigilia Walburgis, anno LXXXXII.

Equorum valor:
Domini Aluini XI marc.
|*Domini Volmari XIIII marc.|[3]
Johannis de Hadersleue XXII marc.
Vrbani. Quilibet ex istis habuit dextrarium et II alios equos.

1) Ein anderes nachträglich gefundenes Testament des Jacobus de Store vom 28. Febr. 1300 ist unerheblichen Inhalts. Die beglaubigenden Rathmänner sind Bertram Stalbuc und Albert von Warendorp.

2) B. hängt offenbar mit A. zusammen, da viele gleiche Namen in beiden vorkommen. Einige der in B. aufgezählten Bürger reichen über das Jahr 1302 nicht hinaus.

3) Durchstrichen.

Johannis Hamer XIIII marc.
Johannis Piscis XX marc.
Hermanni Nigri X marc. pro sagittario.
Gerardi de Bocholte XIIII marc.
Meinrici de Lapide XIIII marc.
Thiderici Vorrat XX marc.
Johannis Todonis XII marc.
Alberti de Bardewic XVI marc.
Brunonis XII marc.
Sifridi de Bocholt X marc.
Hinrici Rufi X marc.
Volquini VII fratrum XIII marc.
Bernardi de Cusfelde XII marc.
Jordani Pingwi(s) XIX marc.
Marquardi Hildemari XII marc.
Gotschalci Campsoris XIX marc.
Gerardi de Bremis VIII marc. sine aliis equis pro sagittario.
Hinrici de Reuele XVI marc.

Johannes Clendenst dextrarius XV marc., equus VII marc., et equus alter V marc. Otto Roderoc secum. Actum Laurencij.

Thidericus Dorinc conterus[1] I marc.
Johannes Caluus tenet equum ciuitati de X marc. et IIII sol. Jntrauit Pentecostes.
Hinricus Vnrowe conterus IIII marc. Jtem dedimus ex parte sua Rod(olpho) Gold(oghe) VI marc. den. Jtem habet III marc. et IIII marc. Jtem habet V marc., et similiter habet totum pro equis et stipendio.

[2]Johannes de Bardewic |*et Cunradus de Stendale| habet dextrarium de XX marc. et equum de IIII marc.
Cui Cunradus de Stendale tenet equum de X marc. den. Actum Viti.
Habent totum s(ine?) VIII marc.

Dextrarius Jacobi Gold(oghe) et II equi simul constant XXIX marc. Actum in die sancti Viti.

Bernardus Schildere et Johannes Wullen-

Euerardus et Thidemannus dicti de Alen dextrarius et equi XXIII marc. et IIII sol. Actum Viti.

1) Ist wohl hier und nachher *canterus* zu lesen, indem nur zur Bequemlichkeit die gewöhnliche Abbreviatur für *con* gebraucht ist. 2) Andere Seite.

(punt) habent dextrarium de XXI marc., et I equum de VII marc., et I equum de IIII marc. Actum Viti. |*Habent XV[1] marc. IIII[1] sol. minus, et sic habent totum. Schotelmunt dedit eis.|

Gozschalcus Zwirre et frater dextrarius XII marc., et duo equi VIII marc. Actum Pentecostes.

Hermannus Albus et Hermannus Hoppe et Johannes de Lippe dextràrius XVIII marc., et alij equi XII marc. Actum VIII diebus post Vrbani.

Dhethardus Sprincintgot dextrarius XXX marc., duo equi XI marc. Actum Processi et Martiniani.

Johannes Strobuc et Smidhusen dextrarius XIX marc., duo equi X marc. Actum Processi et Martiniani. Habent totum s(ine) XI marc. et IIII sol.

Magerman seruit cum equo. Jntrauit Johannis Baptiste. Habet I marc. et I marc. et II marc.

Thidericus Ekeren XXII marc. et I equus III marc., et I equus V marc. Actum in Assumptione. Habet totum s(ine) IX marc.

Johannes de Verda et Godeke Ruce dextrarius XVI marc., et I equus VII marc., et I equus V marc. Actum Jacobi. H. Schon'. dedit eis totum s(ine) IX mr. den.

Alebrandus dextrarius XIIII[2] marc. et IIII sol., et I equus V marc. et IIII sol., et I equus V marc. et II sol. Actum Vincula Petri.

Laurencius de Zimeze dextrarius XVIII marc., et I equus V marc. et VI sol., et I equus IIII marc. Pentecostes intrauit. Habet totum s(ine) XV mr. IIII sol. minus.

Johannes de Puteo dextrarius XX marc., vnus equus V marc. IIII sol. minus. Quarta feria ante Laurencij intrauit.

Nicolaus Molenstrate dextrarius XVII marc., vnus equus IIII marc. et III sol., alter IIII marc. II sol. minus. Jacobi intrauit.

Holt Rufus dextrarius, constat XXIIII marc., vnus equus VII marc., et alter equus IIII marc. Actum feria quarta post Bartholomei.

[3]De illis denariis l(ubicensibus?) nobis datis dedimus domino Henrico de Reuele X marc. Reinekoni de Luneborg IIII marc. et IIII sol. Stephano institori XVI marc. Radolfo Pramman IX marc. Volquino VII fratrum V marc. IIII sol. minus. Cunrado filio Westfali IX marc. Ottoni Roderoc et Johanni Clendenst XVI marc. Hermanno de Molne XVI marc. Sifrido de Kolke X marc. Johanni Hamer IIII marc.

1) Uebergeschrieben: XII et VI, was auch wieder durchstrichen ist. 2) Uebergeschrieben, durchstr.: XVI. 3) An das Pergamentblatt, auf dessen beiden Seiten in zwei unregelmässigen Columnen alles Vorhergehende verzeichnet worden, ist ein fast dreimal so langer Streif mit Pergamentbändchen angeheftet zur Fortführung des Verzeichnisses, auf welchen die letzten Zeilen beider Seiten auch hinüber laufen. Sonst ist er ganz leer, nur in der äussersten Ecke steht, umgekehrt angefangen, der letzte obige Absatz, welcher den Namen nach mit dem vorstehenden Verzeichnisse zusammenhängt.

## B.

[1]Jsti tenebunt dexstrarios falleratos ciuitati Lubicensi ad mandatum aduocati:

Hermannus Holt et frater suus Johannes dextrarium falle(r)atum cum duobus equis. Werner Hune et suus dominus || dextr. fall. cum duobus equis. Jacobus Goldogo dextr. fall. Mattias Sabel [et Somer][2] dextr. fall.|| Bertrammus Stalbuc dextr. fall. Walewanus et frater suus dextr. fall. Godico Vrecup et || Siffridus de Bucken dextr. fall. Bernardus Scildere et Johannes Wollenpunt dextr. fall. Johannes de Puteo et suus cognatus Hinricus Wittenborg dextr. fall. Ruffus Holt dextr. fall. Hinricus Springintgut et frater dextr. fall. Johannes de Bardewic et Conradus de Stendal dextr. vall. Johannes Sweime dextr. fall. cum fratribus suis. Hermannus Friso et Godico de Billerbeke dextr. fall. Smithusen et suus dominus dextr. fall. Gert de Dalo et Tidemannus Eckeren dextr. fall. Hinricus Flanderuare et Bortoldus (!) de Vnna dextr. Albertus Langherame et frater, et Johannes Vorrat dextr. fall. Limburg et Arnoldus Strobuc dextr. Gerert (!), Tidemannus Longus et Alebrant dextr. Heidico de Segeberghe et Gert de Gralo [Gert Colko][2] dextr. Gosico de Clingheberg et Otto de Billerbeke dextr. Costin et gener suus dextr. Gert Friso dextr. Hinricus Hildemari dextr. Laurencius de Simitse dextr. Willikinus Hanenstert dextr. Johannes Crispus et suus cognatus dextr. fall. Fratres de Molendino et Swineborg dextr. |*Johannes Bacghine|[3], Werner Crighelant, Brote, Radolfus Kedinc dextr. Hermannus de Berichoue, Tidemannus de Cusuelde et Baghine dextr. Euert de Alen et Johannes et Tideman de Alen dextr. Johannes de Lapide, Tidemannus Obulus, Hermannus de Huxore dextr. Werner Hudecopere et frater dextr. Herman et Johannes Hoppe et Hermannus Albus dextr. Nicolaus de Scheninghen et Johannes de Spinen dextr. Swirre et frater dextr. Hinricus Hoppe et Nicolaus Piscator dextr. Johannes Albus et gener suus et Lubertus de Parghen dextr. Luder de Holthusen, Marquart Rapesouer[4] et Hauerbeckere dextr. Godico Ruse et Johannes de Verda et Diues dextr. ....[5] Branick dextr. Nicolaus et Re(i)nico dicti Morneweg dextr. fall. Johannes Clendenest et Otto Roderoc dextr.

*Nach zwei Pergamentblättern, auf der Trese.*

---

1) Aufschrift der Rückseite von derselben Hand. 2) Uebergeschrieben. 3) Wieder ausradirt. 4) Rapesoluer? 5) Unleserlich.

## MXVII.

*Aufzeichnung über aus dem Marstalle der Stadt an einzelne Bürger verkaufte Pferde. O. J.*[1]

Notum sit, quod Johannes Cesar emit de‖stabulo equum, qui nominatus est Hilghegest,‖pro XX marcis den. Hermannus Mornewech‖emit duos equos de stabulo, equum, qui dicitur Grope, et equum, qui dicitur Ketenize, ambos pro XL marc. den. Gerardus Kil emit griseum equum ambulantem pro XIII marc. den. Quidam humularius emit duos equos pro VIII marc. den. Ludeco ante valuam et Herderus emerunt communi manu equum Olrici de Salem pro III marc. den. Tidemannus de stabulo emit vnum equum pro duabus marc. cum dimidia, quem rodebat vermis. Dominus Arnoldus Pape tenetur XXX marc. pro tribus equis, videlicet pro equis dictis Grotehus to Segeberg et Prestentin, et equo Dowendege.

[2]Sifridus de Bucken IX marc. pro equo. Marquardus Boytin IIII marc. Hermannus Mornewech IIII marc. Johannes Petersberg III marc. Albertus de Hattorpe I marc. den.[3]

*Nach einem Pergamentblatte, auf der Trese.*

## MXVIII.

*Eduard I., König von England, antwortet dem Könige Adolf auf dessen Schreiben wegen Freigebung der in England angehaltenen Güter Lübeckischer Kaufleute. 1295. (Jan. 24.?)*[4]

Edward par la grace de Dieu roy dEngleterre, seigneur dJrlande et duc dAquitaine. Au roy dAlemagne etc. saluz. Nous receumes vos lettres, par les queles vous nous priastes pur vos cyteins de Lubik'., qe leur biens et leur marchandises en nostre royaume arestez feissoms deliuere.[5] Donc nous vous fesoms a sauoir, qe nostre entente nest pas ne ne feust, qe leur biens ne leur marchan-

1) Auch diese Aufzeichnung gehört ungefähr derselben Zeit an, wie No. 1016. Die in der Urkunde genannten Gerhard Kiel und Albert Rufus kommen nur bis zum Jahre 1302 in den Stadtbüchern vor. 2) Von hier an andere Hand. 3) Mit Ausnahme der beiden letzten Zeilen ist die ganze Seite durchstrichen. Die letzte Zeile ist wieder von einer andern Hand. Auf der Rückseite stehen folgende Namen: Tidericus de Alen. Gherardus de Bocholte bis. Albertus de Warendorpe. Hildemarus. Gherardus Langerame. Johannes Straceburch. Hi(n)ricus Consta(n)tin. (ausgestrichen). Hinricus Plescowe. Albertus Rufus. Hinricus Scardemule.

4) So von Dr. R. Pauli datirt, mit Beifügung des Ausstellungsortes Aberconway. 5) So geschrieben, obgleich durch Correctur etwas undeutlich. Dr. P.

dises en nostre royaume feussent arestez, mes voloms, quil achatent et vendent par my nostre royaume e facent de leur biens a leur volunte. Mes pur ce qe aucuns mariners de vostre poer, qe furent venuz en nostre royaume, voleient leur neefs mener hors de nostre royaume, e ne voleient (dire?) a queles parties il voleient aler, nous ne les suffrimes partir, tantqe il ne eeut troue seurte, qil ne aillent en le poer le roy de France. E pur ce qe les vns de eux ne poeent seurte trouer en nostre royaume, nous vous priames par nos lettres, qe vous feissez prendre la seurte en vos parties, e quele heure qe vous nous mandez que vous auez la seurte prise, nous les ferroms bonement deliurer, qe, si damage y auenist, il serreit commyn ausi bien a vous come a nous, la queu chose nous ne vodrions en nule manere.

*Privy Seals 23. Edw. I. No. 4., im Tower.*

## MXIX.

*Guido, Graf von Flandern und Markgraf von Namur, erlässt eine Bekanntmachung an seine Beamten in Betreff der den Kaufleuten von Lübeck ertheilten Freiheiten. 1298. Mai 10.*[1]

Ghuid graue van Vlaendren ende marchgraue van Namuir. Tote allen onsen bailiuwe, onderbailiuwe, gherechten ende serianten in onser graefscept || van Vlaendren saluit. Wie doen ju tewetenne, dat wie den rade ende den porters ende der ghemeente van der port van Lubeke omme de minne || ende den joenste, die wie hebben te hemwaerd, so hebben wie ghegheuen ende [2]gheorloft somichghe vrieden in al onse lant van Vlaendren te || allen tijden, dat hem ghelieft tecomenne, also als onse lettren, die hier up ghemaecht ziin, vulmaecteleker ouden. Ende onder die vorseden vrieden so hebben wie hem gheorloft, dat allen dewijlen[3], dat zij sullen comen in onse lant[4], so nemen wie hem[5] leden, hare mesnieden ende har goet in onse beschermenesse ende in onse seker ghelede. Noch waredatsake dat zij mesdaden in enighen caes, die niet so svaer neware, datter de dot of verminte van enighen lede derof na mochte volghen, dat zie bi[6] goeder zekerhede ende ghenoeghelic mochten bliuen, sonder tewesenne gheleit in vanghenesse. Ende dat negheen cnape van dien vorseden porters omme neghene mesdaet, die hie mochte doen, ne zij sake omme sine mesdaet, daer hie in vallen mochte, waerbi dat goet van sinen meister of van sinen here schuldich zij tewesene ghearrestert, no die cnape ne maechs niet verdiene, sidatsake dat siin meister of zijn here

1) Vgl. I, 687. 2) Ausgestrichen: gheotroiert. 3) of tijden. 4) vorsede. 5) si. 6) met.

mach proeuen, dat goet zij sijn. Noch hebben wie gheorloft binne allen onsen auenen[1] van Vlaendren, of tSuin of elrealso svilke, vriede, als die van Amburgh hebben, van ons ende van onsen vorders. Noch hebben wie hem gheorloft dat sij no[2] hare mesniede no hare goet ne moeghen wesen ghearresteit no[2] gheouden in onse graefsceepe omme enighe vorworde of scult, die elhiemene van den coenich rike van Alemaenge sculdich sij, ens si also dat si siin principael sculdaers of borghe. Ende wie biede ende ghebiede ju allen ende elkerlijc van ju, dat ghi den vorseden porters in alle den tijde, dat sijs sullen hebben tedoenne, die vorsede vrieden out ende doet ouden vasteleke, ende sonder die vorsede vrieden in enighe sticken tebosenne of daer tieghen teghaenne in suilker maniere, dat sileden nemoeghen hebben enighe materie hem tebeclaghene van desen sticken van ju of van hiemen van ju tote ons, ende dit ne laet in neghere maniere, also lief als ghi hebt onse pais. Dit was ghegheuen tYpre, tSaterdaghes vor Ascensions daghe, in tjaer ons Here, als men screef M̊CC ende X̊CVIII̊.

*Nach einer gleichzeitigen oder wenig späteren, mehrfach durchcorrigirten Abschrift, auf der Trese. Ebendaselbst befindet sich eine gleichlautende lateinische Abschrift, von derselben Hand geschrieben, welche aus der obigen flandrischen Ausfertigung übersetzt zu sein scheint.*

## MXX.

***Die Ritter Bertold und Johann Schulte ersuchen den Rath zu Lübeck, den Ueberbringern des Briefes ihren hofhörigen Mann Ludolf auszuliefern und sicher wegführen zu lassen. O. J. (Ende des 13. Jahrhunderts.)[3]***

Hon(estis) viris et dominis, . . consulibus in Lubeke, Bertoldus ac Johannes milites fratres dicti Schulten || ad queuis placita se paratos. Vestre hon(estati) transmittimus fideles nuncios nostros, presencium exhibitores, scilicet || Hermannum et Ludekinum, suppliciter exorantes, quatenus ipsis Ludolphum, nostrum litonem, iubeatis presentari, || facientes sic, quemadmodum litteris vestris nobis missis plenius continetur, promouentes et iuuantes eosdem nuncios nostros, vt ipsi dictum Ludolphum secure deportent pre omnibus adherentibus vestre voluntati. Quod cupimus promereri, si aliqua vestra peticio ad nos vmquam fuerit deuoluta. Datum in castro nostro Horneborch, sub sigillis et litteris nostris apertis, sequenti die Policarpi martiris.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

1) Corrigirt aus: met alle onser macht. 2) of.

3) Dafür sprechen Handschrift und Siegel. Johannes et Bertoldus dicti Sculteti kommen 1289 vor (vgl. No. 70), Johann Scultetus 1281 (Schlichthorst Beitr. zur Gesch. der Herz. Bremen u. Verden. III, 267), Bartoldus Schultetus 1284 (Pratje Herz. Bremen und Verden. VI, 134), Johannes Scultetus de Lüh 1272. (Ebend. 132).

## MXXI.

*König Albrecht befiehlt dem Bischofe Burchard von Lübeck, von seinem Verfahren gegen die Stadt abzustehen. 1300. Jan. 19.*[1]

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. Venerabili Lubicensis ecclesie episcopo, principi suo dilecto, graciam suam et omne bonum. De dampnis et grauaminibus, que tu cum amicis tuis viris prudentibus, ciuibus Lubicensibus, nostris fidelibus dilectis, intulisti, reuera toto animo turbati, sinceritatem tuam rogamus plenissimo cum affectu, mandantes tibi nichilominus seriose, quatenus pro reuerentia nostra reuoces et retractes integraliter sine mora, quicquid in eorundem ciuium preiudicium attemptasti. Alioquin vias et modos querere nos oportet, quibus predictos ciues possimus contra tua et tuorum amicorum grauamina defensare. Datum apud Vlmam, XIIII Kalendas Februarii, regni nostri anno secundo.

*Nach einem auf der Trese befindlichen, mit den anhängenden beiden Siegelbändern noch versehenen, gleichzeitigen Vidimus der Minoriten und Predigermönche zu Lübeck.*

## MXXII.

*Der Procurator der Stadt bei der römischen Curie (Magister Johannes Felix) weiset dem Lübeckischen Stadtschreiber Heinrich von Wittenborn den im Streit mit dem Bischofe zu befolgenden Prozessgang an, rügt begangene Fehler und theilt die neuesten politischen Vorgänge aus Rom mit. O. J. (Nach 1300. Jun. 14.)*[2]

Proponendum est ex parte consulum et vniuersitatis Lubicensis, quod littere inpetrate ex parte episcopi et capituli Lubicensis || sunt inpetrate tacita veritate, videlicet, quod fuisset ex parte dictorum consulum et vniuersitatis ad sedem apostolicam appellatum super || negocio, super quo dicte littere sunt obtente. Et meliores curie dicunt istam excepcionem esse bonam. Tamen circa huiusmodi excepcionem vacillat Jnnocencius extra de rescriptis. ex parte S.;[3] de maioritate et obedientia. dilecti;[4] de officio delegati. ex litteris;[5] de appellacione. oblate.[6] Jtem proponendum est, quod, exquo appellatum est per consules et vniuersitatem sic hunc annum ad prosequendum appellacionem, quod pars episcopi et capituli non potest petere, quod procedatur virtute dictarum litterarum, nisi circa finem anni per vnum mensem, ut

1) Vgl. I, 716. 2) Vgl. No. 106, und unten S. 947. Anm. 1; 948. Anm. 1. 2. 3) Cap. 12 X de rescriptis (I, 3). 4) Cap. 13 X de maioritate et obedientia (I, 33). 5) Cap. 29 X de officio et potestate judicis delegati (I, 29). 6) Cap. 57 X de appellationibus (II, 28).

C. de temporibus appellacionum: authentica appellatore;[1] et nota de hoc, quod Jnnocencius in dicta docet oblate.[2] Jtem aduertendum est, quod sentencia interdicti lata fuit in ciuitatem Lubicensem, ut aparet ex tenore sentencie, et in dicta littera ex parte episcopi et capituli inpetrata dicitur, quod lata fuit in consules et vniuersitatem, quod est falsum. Nam aliut est interdicere ciuitatem, quo casu eciam extranei ibidem celebrare non possunt, aliut est interdicere consules et vniuersitatem, quo casu, illis exclusis consulibus et illis de vniuersitate, illi, qui non sunt de vniuersitate, celebrare possunt ibidem. Hoc eciam colligitur in decretis Gregorii extra de vsuris vsurarum,[3] vbi habetur, quod, licet collegium seu vniuersitas fuerit interdicta, non tamen eorum terra. Et in constitucionibus domini Bonifacii de sentencia excommunicacionis. si sentencia.,[4] vbi loquitur de interdicto lato in clerum et populum, et capite sequenti. si ciuitas.,[5] vbi loquitur de interdicto lato in ciuitate, castro uel villa.

Pro fratribus possunt allegari predicta. Jtem potest allegari, quod, cum ex illa controuersia, que pendet, videlicet, vtrum dicta appellacio valeat necne, pendeat, vtrum dictum interdictum teneat, et an debeat obseruari. Pendente prima controuersia non est procedendum super secunda. Pro hoc facit extra de inintegrum restitucione C. II ad finem;[6] C. de libera causa. si tibi.,[7] de iniuriis. siquidem.[8] Jtem potest allegari, quod, cum fratribus constet de appellacione dictorum consulum et vniuersitatum ex causis probabilibus intergecta et de eius prosecucione, in dubio magis tenentur appellacioni deferre, quam sentenciam obseruare; extra de appellatoribus dilectis ad finem,[9] vbi hoc dicit textus quidquid notetur[10] ibidem, nec dictos appellatores et appellacionem prosequentes debent in extraiudicialibus euitare; extra de sentencia excommunicacionis. solet.,[11] et C. quia periculosum.,[12] et notatur ibidem per Jnnocencium. Cetera suppleat discrecio proponentis.

Jste videtur modus procedendi: Dili(g)enter respiciatis litteras contra uos et contra fratres inpetratas, et petatis copiam litterarum, per quas dicunt monicionem factam et interdicti sentenciam pro spoliacione in consules et vniuersitatem promulgatam. Nam credo hoc esse falsum, et eos super hoc litteras non habere. Et secundum hoc, si vobis uidebitur exspedire, petatis libellum, diem ad deliberandum et respondendum, saluo uobis iure in omnibus quantum ad locum, iudices et

1) Auth. ei, qui appellat C. de temporibus appellat. (VII,63). 2) Vgl. S. 945. Anm. 6. 3) Cap. 1. de usuris in VI° (V, 5). 4) Cap. 16. de sententia excommunicationis in VI° (V, 11). 5) Cap. 17. ibid. 6) Cap. 2 X de restit. in integr. 7) L. 23. C. de liberali causa (VII, 16). 8) L. 10. C. de injuriis (IX, 35). 9) Cap. 55 X de appellationibus. 10) Lies: quodque notatur. 11) Dies scheint ein falsches Citat zu sein, statt Cap. 2. de sent. excomm. in VI°. 12) Cap. 4. de sententia excommunicationis in VI° (V, 11).

rescripta, et tunc proponatis excepciones, que vobis uidebuntur exspedire ad hoc, una et raciones multiplices aducendo, et causam modis omnibus quibus potestis protra(h)atis.

Jtem procuretis, quod interlocutoria super excepcionibus proponendis pro uobis ferantur, qualitercunque possitis, nec curetis de appellacione partis aduerse. Omnes tamen interlocutarias protra(h)atis, inquantum plus potestis, et, si potestis, interlocutorias per quascunque cauillaciones et cautelas usque in aduentum meum prorogetis. Nam video meam presenciam magis esse necessariam in Alemania, quam in curia, exquo cause sunt in partibus agitande.[1]

Jtem sciatis, quod appellacio de nouo post recessum meum interposita salua vestri gracia non est bona. Nam sciatis, quod in actibus extraiudicialibus potest appellari nullo grauamine illato uel comminato; sic intelliguntur multa iura in titulo de electione, et est ista appellacio quedam prouocacio ad causam. Jn actibus autem judicialibus non potest appellari, nisi grauamine illato uel comminato. Est eciam certum, si iudex michi precipiat uel mandet, quod aliqua delicta, que dicit me perpetrasse, infra certum terminum emendem, alioquin contra me, inquantum de iure poterit, procedet, quod hic grauamen non est illatum uel comminatum. Nam hoc iudex ex suo officio facere potest, sed debeo infra terminum coram iudice comparere et dicere: Domine, talia michi precepistis, de quibus sum inculpabilis, que eciam non sunt notoria neque vera; vnde contra me procedere non debetis nec potestis, cum sim paratus legittime stare iuri. Vnde peto, ne sic contra me procedatis. Et eo ipso iudex me grauat, quod me non admittit, et est locus appellacioni a grauamine illato. Si autem simpliciter proponam nulla peticione interiecta, et iudex non obstantibus per me propositis comminatur se contra me processurum, ab hac comminacione erit locus appellacioni. Sic intelliguntur iura multa in titulo de appellacionibus. Non autem est statim appellandum, si iudex michi precipiat, quod de hoc uel de hoc satisfaciam infra certum terminum, alioquin comminatur se, inquantum fuerit iuris, processurum. Et rogo, quod in istum modum decetero fieri faciatis appellaciones. Rogo eciam, ut inposterum de appellacionibus, inquantum possibile fuerit, caueatis, ne appellaciones per partem et iudices aprobentur. — Noua curie sunt hec, quod dominus papa miserat pro domino de Cicato, qui erat dominus et princeps quasi per totam Campaniam. Cum ad eum venisset, detinuit ipsum adeo grauiter captiuatum, quod totam terram ad manus domini pape resi-

1) 1300, März 15. waren Abt Thomas von Kalve zu Lüneburg, Domprobst Heinrich zu Ratzeburg und Domscholaster Ulrich zu Naumburg mit der Entscheidung der bischöflichen Streitsache vom Pabst beauftragt. U. B. des Bisth. I, 371.

gnauit. Hanc cum resignasset, misit ipsum in perpetuum carcerem, quem vivus numquam exibit. Cum hec Columpnenses percepissent, qui in vno loco stare promiserant, inde nullatenus recessuri, nisi de speciali licencia domini pape, quadam nocte tacite recesserunt. De quorum recessu papa doluit supramodum, qui tandem ipsos in pristinam retrusit sentenciam, quam relaxauerat, cum se gracie obtulissent, et clericos ab omnibus ordinibus sacris et minoribus degradauit.[1] Preterea sciatis, quod dominus papa magnum congregauerat excercitum, quem misit [quem misit] contra Fridericum, fratrem regis Arrogonie, qui iam longo tempore pro terra Cecilie cum domino papa litigauit. Cui excercitui obuiauerunt Genuenses cum viginti sex galeidis, et in qualibet galeyda ducenti armi(g)eri, qui omnes fuerunt de parte Friderici. Conflictum habe[be]ntes cum illis de parte domini pape tandem subcubuerunt et omnes capti fuerunt.[2] Cum dominus papa hoc percepisset, fecit magnum festum fieri in signum triumphi. Nepotes enim domini pape cum omnibus eorum militibus et familia et potencioribus ciuitatis Ananie per terminum in ciuitate cursitauerunt induti et equis eorum valleratis cindato varii coloris, et cum vexillis, que proiecerunt inter populum. De wlgaribus autem semper duodecim et duodecim equaliter se festiuerant (!) cindato uel alio panno. Juerunt tripudiando per totam ciuitatem, et omnes tur(r)es ciuitatis plene erant posite candelis incensis. Cum hoc alie ciuitates per totam Tuscaniam constitute percepissent, ob reuerenciam domini pape hoc idem festum solempnius peregerunt.

*In dorso:* Magistro Heinrico de Witenburn.

*Nach dem mit den Einschnitten für das durchgezogene Siegelband versehenen Originale, auf der Trese.*

---

1) Muratori Annali d'Jtalia anno MCCXCIX: Jmperocchè Bonifazio fece destramente proporre il perdono ai Colonnesi, e liberalissimo di promesse, rimase d'accordo ch'essi in veste nera andassero a gittarsi a' piedi suoi. — — Così fecero. Avuta che ebbe il papa in sua mano Palestrina, lungi dal rimettere in pristino i Colonnesi, — — fece spianare quella città. — — — Cacciò ancora prigione Giovanni da Ceccano degli Annibaldeschi lor parente. — Villani Jstorie Fiorentine VIII, 21: Nelli anni di Cristo MCCXCVII del mese di Maggio addì tredici tenendosi papa Bonifazio molto gravato da' signori Colonnesi di Roma, — — — contra a loro fece processo — — e privò tutti quelli della casa della Colonna cherici e laici d'ogni beneficio ecclesiastico e secolare e scomunicolli etc. — VIII, 23: Nel detto anno MCCXCVIII — — — i detti Colonnesi vennero a Rieti e gittaronsi a piè del detto papa *(dann, wie oben, in Bezug auf Palestrina)*. J Colonnesi trovandosi ingannati, — — — innanzi che compiesse l'anno, si rubellarono dal papa, e 'l papa gli scomunicò da capo.

2) Muratori anno MCCC: Uscirono i Siciliani colla lor flotta di ventisette galee, comandata da Corrado Doria, Giunsero sino all' isola di Ponza. — — Ruggieri di Loria *(Führer der päbstlich-neapolitanischen Flotte)* con quarantotto galee andò poscia in traccia dell' armata siciliana, la quale volle azzardare una battaglia. Fu questa nel dì 14 di Giugno, e secondo il costume i più vinsero i meno.

## MXXIII.

*Rath und Gemeinde der Stadt Lübeck bestellen in der Appellationssache der Stadt gegen den Bischof Burchard und dessen Capitel den Magister Johann Felix, Canonicus zu Magdeburg, zu ihrem Procurator bei der päbstlichen Curie. 1301. Aug. 9.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Bonifacio sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici, Bernardus de Cuffolde,[1] Bruno de Warendote,[2] Johannes Runosen,[3] Seghebode de Crespin,[4] Volmarus de Atendern, Johannes de Dowaco, Erbertus[5] Kuro, Johannes Albus, Gerardus de Bremen, Johannes Piscis, Sifridus de Bocholte, Albertus de Bardewit,[6] Johannes Hamer, Johannes Keyser, Alexander de Luneburg, Bertamus Stablut,[7] Johannes de Vhuen',[8] Gothscalcus Campsor, Radulphus de Lapide, Albertus de Warendorpe, Arnoldus Pape, Halbertus de Haccorpe,[9] Wedechinus de Breualia,[10] Hinricus Wrot, Johannes Clendenst, Marquardus Vorrat, Hirricus de Plosetove,[11] Hinricus de Videburg,[12] Meynricus de Lapide, Tidericus de Alen, Pluinus[13] Grope, Johannes de Gasterowe[14] consules, et commune ciuitatis Lubicensis cum omnimoda reuerentia pedum oscula beatorum deuota. Sanctitati uestre notum facimus et esse cupimus per presentes, quod nos, in consistorio ciuitatis nostre ad sonum campane, pro ut est moris, congregati, in quo quidem consistorio plus quam due partes ex nobis consulibus et commune ciuitatis eiusdem existebant, facimus, ordinamus et constituimus magistrum Johannem Felicem, canonicum ecclesie sancti Nicolai Magdeburgensis, exhibitorem presentium, nostrum uerum et legitimum procuratorem, sindicum seu actorem in curia sanctitatis uestre in causa appellationis seu appellationum et negotij principalis, quam uel quas habemus uel habituri sumus contra venerabilem patrem dominum Bo(r)chardum episcopum et capitulum ecclesie Lubicensis, ad agendum, defendendum, excipiendum et replicandum, litem contestandum, terminos et dilationes petendum et recipiendum, iuramentum de calumpnia seu de ueritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum in animas nostras prestandum et iurandum, ad opponendum crimina, defectus siue delicta, et ea probandum, et ad petendum beneficium absolutionis ad cautelam et restitutionis in integrum, principaliter uel etiam incidenter, et ad faciendum omnia alia, que mandatum exigunt speciale, ponendum, positionibus respondendum, testes, acta et instrumenta producendum et alterius partis reprobandum, sententiam uel

1) l. Bernardus de Cusfelde. 2) l. Warendorpe. 3) l. Runese. 4) l. Crispin. 5) l. Ecbertus. 6) l. Bardewic. 7) l. Bertrammus Stalbuc. 8) l. Vlsen. 9) l. Albertus de Hattorpe. 10) l. Reualia. 11) l. Hinricus de Plessecowe. 12) l. Wittenborg. 13) l. Aluinus. 14) l. Gusterowe.

sententias audiendum, appellandum, appellationem seu appellationes prosequendum, expensas petendum et recipiendum easdem, et generaliter ad omnia et singula faciendum, que merita causarum requirunt, et que nosmetipsi uel quilibet facere posset uerus et legitimus procurator, dantes eidem procuratori nostro[1] loco sui alium uel alios procuratorem seu procuratores substituendi et in se procvrationis officium reuocandi, quandocunque et quotiens uisum fuerit expedire, gratum et ratum habituri, quicquid per dictum procuratorem nostrum uel substitutum aut substitutos ab eo factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum. Et quia uolumus sepedictum procuratorem nostrum et substitutum uel substitutos ab ipso a satisdandi onere releuare, promittimus sub obligatione omnium bonorum nostrorum de iudicio sisti et iudicatum solui, et quod tempore dande sententie in iudicio aderit uel aderunt, si opus fuerit et comode fieri poterit, et quod omnia soluet et dabit uel soluent et dabunt aduersarijs suis, que in condempnatione continebantur[2], nisi fuerit prouocatum, et hec omnibus, quorum interest seu interesse poterit, cupimus esse notum. Jn cuius rei testimonium presentes litteras ciuitatis nostre sigillo fecimus communiri. Actum et datum Lubeke, anno Domini millesimo CCCI, in uigilia beati Laurentij, presentibus fratre Johanne priore fratrum predicatorum, fratre Theoderico guardiano, et fratre Johanne lectore fratrum minorum nostre ciuitatis, nec non Johanne et Alexandro notarijs nostris, testibus ad hoc specialiter uocatis et rogatis.

*Nach der Abschrift in einem bei dem Prozesse der Stadt an der römischen Curie vom Jahre 1301 an geführten Protokolle, welches auf der Trese bewahrt wird.*

## MXXIV.

***Die Ritter Volrad Schele und Detlev Lupus urkunden über den Inhalt eines zwischen der Stadt Lübeck und dem Bischofe und Capitel daselbst geschlossenen Compromisses auf den Herzog Otto von Braunschweig und Lüneburg. 1302. Oct. 28.[3]***

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Volradus dictus Schele et Dhetleuus Lupus milites || salutem in Domino. Ad cuiuslibet noticiam volumus peruenire, quod inter illustrem dominum Ottonem || ducem de Luneburg et suos ex vna, et consules et vniuersitatem ciuitatis Lubicensis parte ex altera inter || cetera in composicione inter eos facta placitata nobis presentibus est condictum, quod

1) Füge hinzu: plenam autoritatem. 2) l. continebuntur? 3) Vgl. No. 154. Anm. 1.

episcopus et canonici et clerus Lubicensis ex vna, et dicti consules et vniuersitas ex parte altera materias et causas suarum dissensionum ponent in manus dicti domini ducis Luneburgensis tali modo, quod inter ipsas partes debeat ad faciendum perpetuam concordiam fideliter cum consensu parcium laborare. Quam si forte ita, quod ipsis partibus vtrobique placeat, ordinare nequiuerit, extunc eas tam episcopus, canonici et clerus, quam consules et vniuersitas predicti secundum cursum juris canonici, prout inceperunt, in Romana curia persequentur, nec propter hoc debet composicio inter ducem et consules predictos facta in aliquo perturbari. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M̊CC̊C secundo, ipso die beatorum Symonis et Jude apostolorum.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängenden beiden wohl erhaltenen Siegeln.*

## MXXV.

***Johann, Dechant, und gesammtes Capitel der Lübeckischen Kirche ersuchen den Rath der Stadt, zu verfügen, dass die Schlüssel der Geldkiste, worin sich die Subsidiengelder für das heilige Land befinden, dem Bevollmächtigten des mit deren Erhebung beauftragten päbstlichen Nuncius ausgeliefert werden. 1304. Oct. 18.***

Honestis viris, consulibus Lubicensibus, Johannes decanus, vices gerens domini B(urchardi) episcopi,|| totumque capitulum ecclesie Lubicensis debitam in Domino karitatem. Petimus, vt ordinetis,|| quod vestri burgenses, apud quos sunt claues ciste continentis pecuniam deputatam || subsidio terre sancte, ipsas claues presentent fratri Johanni, lectori Susaciensi ordinis fratrum predicatorum, ad manus domini Gabrielis, nuncij sedis apostolice, quod ipse lector inde tollat nomine eiusdem domini Gabrielis et ipsius apostolice sedis terre sancte dictam pecuniam, que iuuenta fuerit. Dicti viri custodes ipsarum clauium, vos et vestri burgenses inde quiti omnino permanebitis et liberi ac soluti. Quod presentibus protestamur. Datum Vthin, anno Domini M̊CC̊CIIII̊I, Luce euangeliste.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel des Capitels* ad negocia.

---

1) Vgl. No. 183. Anm. 1.

## MXXVI.

***1. Johann II. und Albrecht III., Herzöge von Sachsen, Engern und Westphalen, verwenden sich bei König Philipp IV. von Frankreich wegen Bestätigung und Vermehrung der Freiheiten der Lübeckischen Kaufleute in seinem Reiche. O. J. (1302—5.)***[1]

Jnclito ac sublimi principi, Ph(ilippo) Francie regi magnifico, Jo(hannes) et A(lbertus) Dei gracia Saxonie, Angarie, Westphalie duces ‖ cum promptitudine seruitutis expositam ad queque beneplacita voluntatem. Licet nulla meritorum pre-

1) Die unter No. 1026 zusammengestellten Empfehlungsschreiben, zu welchen auch zwei früher vereinzelt abgedruckte (I, 584. II, 160) gehören, sind bei derselben Veranlassung ausgefertigt worden. Ausser der gleichen Fassung spricht dafür, dass sie sich zusammen in einen Winkel des Archives zurückgelegt und grösstentheils noch mit der alten Siegelung verschlossen vorfanden. Dieser letzte Umstand bezeugt, dass sie nie abgegeben sind, dass also die Gesandtschaft, welche sie mitnehmen sollte, nicht zu Stande kam, daher es für ihre chronologische Bestimmung unerheblich ist, nach den durch sie erlangten Privilegien u. s. w. zu fragen. Die Datirung kann allein nach den vorkommenden Persönlichkeiten geschehen. Den sichersten Anhalt gewähren die sächsischen Herzöge, Johann II. und Albrecht III. († 1308) von Lauenburg. Sie übernahmen zugleich mit Gerhard II. von Holstein 1301 auf drei Jahre die Schirmvogtei von Lübeck; an der darüber ausgestellten Urkunde (No. 142) hängt dasselbe seit 1292 (vgl. I, 598. u. o.) gemeinsam von ihnen geführte Siegel, welches die beiden obigen Briefe schloss. Ein anderes gemeinsam gebrauchtes kleines Reitersiegel hängt mit jenem zugleich an I, 720—22, a. d. J. 1300. Seit der Landestheilung führen sie jeder für sich ein grosses Reitersiegel, in unserm Urkundenbuche zuerst in einem recht bezeichnenden Falle v. J. 1305 (II. 190 fg.) Vgl. v. Kobbe Gesch. des Herz. Lauenburg. II, 41. Nach dieser Zeit ist Johann II. auch den Lübeckischen Interessen mehr abgewandt und Holstein zugeneigt (seine Gemahlin Elisabeth war Schwester Gerhard's des Grossen), so dass 1306 die Erneuerung des Schirmvertrags, zugleich gegen Holsteins Bedrückungen, durch Albrecht III. allein mit dem jüngsten Bruder Erich I. geschieht. Dass der Letztere, der überhaupt als früherer Geistlicher vor 1306 mehr zurücktritt und nur in allgemeinen, namentlich Grund und Boden cedirenden Urkunden genannt wird, in den obigen Briefen fehlt, liefert einen neuen Beweis für die Ausfertigung vor 1305. Die Schreiben können aber nicht vor 1302 verfasst sein, weil Herzog Otto der Strenge von Braunschweig erst in diesem Jahre sich mit Lübeck versöhnte (II, 141. 154), und fortan in einer so freundlichen Stellung blieb, dass in dem Streite mit dem Bischofe die Stadt auf ihn compromittirte (No. 1024), und die Beseitigung der Plackereien, welche Holstein und Mecklenburg von Travemünde aus gegen den Lübeckischen Handel verübten, ihm 1306 von König Albrecht übertragen ward (No. 200). Da nun Graf Gerhard II. von Holstein, 1301—4 Mitschirmvogt von Lübeck, obige Briefe nicht mit ausstellte, so wird man die Abfassung derselben vielleicht möglichst nahe an das Jahr 1305 heranrücken müssen. Man könnte die Schreiben auch in die letzten Jahre des 13. Jahrhunderts verlegen, um oder kurz nach Albrecht's II. Tod (1298), doch scheint Otto von Braunschweig, der freilich seit 1292 im Verhältnisse zu Lübeck stand (I, 589-91), damals noch nicht so befreundet gewesen zu sein, und die in den Jahren 1297-99 erwähnte Schutzvogtei der jungen Herzöge von Sachsen mag sich mehr auf die von ihrem Vater Johann I. ererbten Ansprüche an die Kaiser- und Reichsgefälle, als auf einen besonderen Schirmvertrag, beziehen. (I, 662. 667. 685. 695. 698.) Ihres Oheims Albrecht's II. Ansprüche erbt dessen Wittwe (II. 140 fg.). Nach 1301 sind also auch wahrscheinlich die Urkunden I, 713–15 anzusetzen. Ein nicht unbedingt zwingender Grund, die Briefe nicht über 1300 zurückzuschieben, ist endlich das früheste Vorkommen des Rathsherrn Johann von Uelzen im Jahre 1300 (I, 726.).

cesserit qualitas, || vestre tamen sublimitatis serenitas securum prestat aditum deprecandi. Cum itaque ciuitatem Lubeke in nostre tuicionis || recepimus presidium, vestre sublimitatis magnificencie preces fundimus multiformes, quatinus ciues prefate ciuitatis in vestrorum terminorum districtibus fouere et tueri dignemini in gracijs, juribus et libertatibus, sicut hijs ibidem meliori modo fruuntur alique ciuitates aliarum terrarum, ea nichilominus prenotatis ciuibus, siquibus poteritis, emendantes de gracia singulari. Pro quo vestre excellencie nos obligamus ad obsequia et mandata, volentes hominibus vestre terre, si casus similis se obtulerit, grata vicissitudine respondere.

*In dorso:* Jnclito principi, domino Ph(ilippo) Francorum regi magnifico.

### *2. Gleiches Schreiben derselben an den Herzog von Brabant.*

Jnclito principi, . . duci Brabancie, Jo(hannes) et A(lbertus) Dei gracia Saxonie, Angarie, Westphalie duces promptam || ad ipsius beneplacita voluntatem. Licet nulla meritorum precesserit qualitas, attamen, de vestra ingenu||itate confisi, propositum petendi audacter assumimus, supplicantes affectu quo possumus ampliori, || vt, cum ciuitatem Lubeke in nostre tuicionis et gubernacionis presidium receperimus, ciues prefate ciuitatis in vestrorum terminorum districtibus fouere et tueri dignemini in gracijs, juribus et libertatibus, sicut hijs ibidem meliori modo fruuntur alique ciuitates aliarum terrarum, ea eciam nostri intuitu obsequij, vbicunque poteritis, dictis ciuibus emendantes de gracia singulari. Petimus insuper, vt dictos ciues Lubicenses in portubus et in omnibus locis terrarum vestrarum teneatis in eo jure, sicut meliori modo in terris Flandrie et Hollandie huc usque ab antiquo habiti sunt, et eciam coram rege Anglie magnifico ipsorum nunctios in suis negocijs dignemini graciosius promouere. Pro quo vestris obtemperare volumus beneplacitis et mandatis.

*In dorso:* Jllustri principi, . . duci Brabancie.

### *3. Gleiches Schreiben des Herzogs Albrecht von Braunschweig an den König Philipp IV. von Frankreich.*

Magnifico ac glorioso domino Ph(ilippo), dilecto consanguineo suo, domino regi Francie[1], Al(bértus)[2] Dei gracia dux in Brunswich || cum sincero affectu obsequium in omnibus voluntarium[3] et paratum. Rogamus, quatenus ciues Lubicenses, [4]ami||cos nostros speciales[4], in vestrorum terminorum districtibus fouere et tueri dignemini in graciis, juribus et liberta||tibus, sicut hiis ibidem fruuntur meliori modo

1) Magn. ac gl. dom., dilecto consanguineo suo, domino Edwardo regi Anglie. 4. Magn. ac gl. dom., . . duci Brabancie. 5. 2) Henricus. 4. 5. 3) beniuolum. 5. 4) Fehlt. 4. 5.

alique ciuitates aliarum terrarum, et quod ea eciam dictis ciuibus, si poteritis, emendetis de gracia singulari[1]. Pro quo vestre in omnibus nos[2] conformabimus voluntati, [3]volentes hominibus vestre terre, si casus similis euenerit, grata vicissitudine respondere[3].

*In dorso:* Magnifico ac glorioso domino Ph(ilippo), consangwineo suo dilecto, regi Francie[4].

*4. Gleiches Schreiben des Herzogs Heinrich von Braunschweig an Eduard I., König von England.*

*5. Gleiches Schreiben desselben an den Herzog von Brabant. (Sind bis auf die angegebenen Abweichungen gleichlautend mit No. 3.)*

*6. Gleiches Schreiben des Herzogs Otto von Braunschweig und Lüneburg an den König von England.*

*7. Gleiches Schreiben desselben an den Herzog von Brabant. (Sind bis auf die Zuschrift und geringe Abweichungen gleichlautend mit I., 584.)*

*8. Der Rath von Lübeck schreibt zur Beglaubigung seiner Gesandten, der Rathmänner Johann Runese und Johann von Uelzen, an den Grafen Eberhard von der Mark.*

Nobili ac sublimi domino E(uerhardo), comiti de Marke, consules Lubicenses sue possibilitatis obsequium semper || promptum. Ad excellenciam vestre dominacionis consules nostros Johannem Runesen et Johannem de Vlsen, presencium || exhibitores, transmittimus, subplicantes, quatenus eorum verbis ex parte nostra probatis[5] fidem adhibere || dignemini creditiuam per omnia, sicut nostris, facere curantes, quemadmodum nostro nomine requisiti fueritis per eosdem, vt illud in omnibus, quibus potuerimus, deseruire tocius fidei et deuocionis diligencia teneamur.

*In dorso:* Nobili ac excellenti domino E(uerhardo), comiti de Marke

*9. Gleiches Schreiben an den König Philipp IV. von Frankreich.*

*(Gleichlautend mit II, 160, bis auf die Zuschrift des Briefes:* Phil(ippo) regi Francorum, *und den hier fehlenden Zusatz:* in omnibus nostre possibilitatis.)

*Sämmtliche Schreiben, mit aufgedrückten, mehr oder minder erhaltenen Siegeln versehen, befinden sich auf der Trese.*

1) ea eciam predictis ciuibus, in quibuscumque poteritis, nostrorum interuentu meritorum emendantes ex gracia speciali. 4. 5. In 5. der Zusatz: Jnsuper petimus etc. (wie 2.) 2) pro quo nos vestre. 4. pro quo vestre in omnibus, quibuscumque poterimus, nos. 5. 3) Fehlt. 4. 5. In 4. der Zusatz: Jnsuper rogamus, ut prefatos ciues fouere dignemini in gracias quasi (l. *graciis, quas in*) multis articulis olim habuerunt in Anglia temporibus vestri patris. 4) Consanguineo suo karissimo, . . regi Anglie 4. Magnifico ac glorioso principi, duci . . Brabancie. 5. 5) II, 160: prolatis.

## MXXVII.

*Schöffen und Rathmänner von Magdeburg erwiedern dem Rathe zu Lübeck auf eine Anfrage desselben wegen einer vom Hamburgischen Rathe zu feindlichen Zwecken in Magdeburg nachgesuchten Anleihe. (Ende des 13. oder Anfang des 14. Jahrhunderts.)*[1]

Honorabilibus uiris et amicis suis dilectissimis, domino aduocato, scabinis, consulibus et vniuersis ciuibus in Lubeke, ‖ [2]scabini, consules in Magdeburch vniuersi[2] cum intima dilectione et uoluntate sincera obsequium beniuolum et paratum. Jn litteris uestris nobis missis cognouimus, quod burgenses de ‖ Hamburch ad inpedimentum domini uestri ducis et uestrum in nostram uenissent ciuitatem, quoddam mutuum contrahendum.‖ De quorum factis siue negociis penitus ignoramus. Sed scire debetis, quod omnia promouere uolumus, sicut merito debemus, que ad honorem uestrum peruenire possunt pariter et perfectum.

*In dorso*: Burgensibus in Lubeke vniuersis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den Siegelbandeinschnitten und Spuren des aufgedrückt gewesenen Siegels.*

## MXXVIII.

*Die Brüder von Sandberg urkunden über den unter Vorbehalt des Lehnsnexus geschehenen Verkauf der Dörfer Eckhorst und Steinrade an den Lübeckischen Bürger Dietrich von Alen. 1305. Dec. 6.*[3]

Nos Marquardus et Albanus[4] milites, et nos Johannes et Emeke famuli, fratres dicti de Sandberghe. Presentium testimonio recognoscimus et ad omnium notitiam tam presentium qvam futurorum volumus pervenire, nos communicato consilio et consensu nostrorum amicorum et eorum omnium, qvorum ad ista consensum reqvirere debebamus, vendidisse rite ac rationabiliter Thiderico de Alen, burgensi Lubicensi, et suis veris heredibus natis et nascendis villas nostras Eckhorst et Stenrode cum omnibus eorum attinentijs in omni jure, sicut nobis actenus pertinebant, ut eis perfruantur generaliter cum agris cultis et incultis, aqvis aqvarumque decursibus, pratis, pascuis, paludibus, lignis, rubis et nemoribus, exitibus et regressibus, et communiter sicut ad nos sunt hucusque a nostris progenitoribus

1) Dafür sprechen die Schriftzüge, auch kann der *vester dux* kaum ein andrer, als einer der sächsischen Herzöge, der damaligen Schirmvögte von Lübeck, sein. Vgl. die Anm. zu No. 1026.

2) Ist nachträglich zwischen die Zeilen geschrieben. 3) Vgl. No. 198. 4) Albernus?

devoluta. Coloni qvidem nunc in villis hujusmodi residentes eo jure ibidem in bonis suis fruantur, qvod hurland dicitur in vulgari. Jus pheodale, qvod in his bonis a nobilibus dominis nostris, Holsacie comitibus, possidemus, in nostra potestate retinebimus, qvousque dicti burgenses vel eorum seqvaces illud ab ipsis dominis nostris comitibus vel eorum posteris valeant optinere. Jn qvo consequendo nos eos tenemur efficaciter, in qvantum unqvam possumus, promovere. Super premissis omnibus firmiter observandis nos personaliter et nobiscum amici nostri, domini milites Dhetlevus Wutseke, Elerus de Kuren, Hermannus Wiresrodhe, Luderus de Plone; item famuli Hinricus de Tralowe, Otto Sandbergh, Vike de Krempa, Marqvardus Stokeled, Otto de Kuren et Godscalcus de Kuren, vt, si defectum in eis aut in aliqvo premissorum passi fuerint ipsi burghenses, nos et qvilibet ipsorum promissorum in oppidum et munitionem cuilibet viciniorem ad jacendum intrare debeamus, non exituri exin, qvin omnia premissa sint integraliter observata, in solidum et fide media promisimus. Unde pro testimonio omnium premissorum presens scriptum cum sigillis nostris presentibus communivere[1]. Datum anno Domini M°C°C qvinto, Nicolai.

*Nach einer vidimirten Abschrift des vorigen Jahrhunderts, auf Papier, im Archive zu Trenthorst. Der beglaubigende Notar Friedr. Wilh. Schumacher bemerkt dazu, dass 7 als Originalien kenntliche Siegel noch an der Urkunde gehangen, an 6 Stellen blosse Riemen vorhanden gewesen seien.*

## MXXIX.

*Anna, Wittwe des Markgrafen Hermann von Brandenburg, quittirt den Lübeckischen Rath über an den Vormund ihres Sohnes Johann V., Markgrafen Waldemar, gezahlte fällige Reichssteuer von 600 Mark Lüb. Pf. 1308. Jun. 9.*

Nos Anna Dei gratia quondam Brandenburgensis et Lusacie marchionissa || dominaque de Hennenberg. Recognoscimus et ad singulorum peruenire cupimus || notionem, quod honesti viri ac prouidi, consules ciuitatis Lubek, || illustri principi marchioni Woldemaro, filij nostri marchionis Johannis tutori, sexcenta talenta lubecensium denariorum ex parte eiusdem filij nostri marchionis Johannis dilecti in festo Pentekostes proxime preterito plenarie persoluerunt, et predictos consules ab huiusmodi persolutione, videlicet dictorum denariorum anni supradicti, liberos dimittimus penitus et solutos. Jn huius facti euidentiam ampliorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Arneburch, anno Domini M°C°CVIII, in die sancte et indiuidue Trinitatis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

1) l. communivimus.

## MXXX.

*Waldemar, Herzog von Jütland, urkundet über die abseiten der Stadt Lübeck geschehene Zahlung des dem Könige Erich von Dänemark schuldigen Schutzgeldes von 375 Mark Pf. an dessen Bevollmächtigten, den Ritter Jacob Fleep. 1308. Nov. 15.*

Waldemarus Dei gracia dux Jucie. Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in || Domino. Tenore presencium notum facimus vniuersis, quod laudabiles viri, . . consules ci||uitatis Lubicensis, presentauerunt ad manus magnifici domini nostri Erici, || Danorum Slauorumque regis illustris, honesto militi, domino Jacobo dicto Fleep, ad hoc per ipsum dominum nostrum specialiter deputato, quadringentas marcas denariorum lubicensium viginti quinque marcis eiusdem monete minus, eidem domino nostro regi pro tutela ciuitatis Lubicensis predicte in festo Natiuitatis Domini exnunc proximo persoluendas. Obligamus igitur nos ad hoc, quod sepedicti domini nostri litteras quitacionis patentes super dicta summa pecunie circa dictum festum Natiuitatis Domini nunc proximum procurare modis omnibus debeamus, pro testimonio, quod dicti consules sint de huiusmodi summa liberi et soluti. Jn cuius rei testimonium nostrum sigillum appendi fecimus huic scripto. Datum Lubeke, anno Domini M̊CC̊C octauo, feria sexta post festum beati Martini proxima.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## MXXXI.

*Burchard, Bischof, und gesammtes Capitel der Lübeckischen Kirche beschweren sich bei dem Rathe der Stadt über verschiedene Punkte, in welchen der zwischen ihnen geschlossene Vergleich nicht gehalten sei, und bitten namentlich, dem Volke bekannt machen zu dürfen, dass die vom Rathe angestellten Geistlichen sofort noch vor Rückkehr des Bischofs und des Capitels ihre Functionen einzustellen haben. O. J. (Nach 1308.)*[1]

Borchardus Dei gratia episcopus ac capitulum ecclesie Lvbycensis. Honorabilibus viris, consulibus ciuitatis eiusdem. Noueritis, nos ex relatione || veridica intellexisse, quedam verba esse exorta de vestra ciuitate, ignorantes quo auctore, scilicet, quod inter nos et vos per compositionem sit || conuentum, quod clerici, qui

1) Vgl. No. 237.

celebrauerunt diuina et nunc celebrant, possint licite diuina celebrare in ciuitate Lubicensi vsque ad nostrum || introitum et aduentum ad ciuitatem predictam. Sed cum in forma compositionis hoc non contineatur, quia, quod possint celebrare diuina vel manere in ciuitate, non est in compositione expressum, sed de recessu eorumdem expresse in compositione continetur, qvare multum miramur, quo auctore talia verba processerunt. Ne igitur auctoritate nostra et consensu populus ciuitatis incurrat periculum animarum incaute occasione rumoris predicti, intendimus populo ciuitatis denunciare, vt tenemur, quod numquam venit in compositionem, quod predicti clerici intrusi per potestatem laycalem possint celebrare diuina officia et ecclesiastica sacramenta ministrare vsque ad nostrum aduentum. Cum id facere in ciuitate non possumus, in locis ad hoc oportunis faciemus. Absit enim a cordibus fidelium, quod tali facinori prestaremus consensum, cum dubium non sit, quod illi clerici per potestatem laycalem intrusi sint excommunicati et irregulares, et in mortali peccato celebrent et amministrent ecclesiastica sacramenta. Propter quod cum chori Dathan et Abyron, qui sibi sacerdotium volebant vsurpare propria temeritate, cum non essent vocati a Domino, tamquam Aaron, quos terra cum tota sua familia morte inconsueta viuos deglutiuit, hos clericos, nisi penituerint, cum omnibus sibi consentientibus auctoritatem prestantibus infernus viuos deglutiet eternaliter cruciaturos. Quare rogamus discretionem vestram, vt pro malo non habeatis, quod ista per nos publicantur populo ciuitatis Lubicensis, quia ad hoc diligenter debemus intendere, ne sanguis gregis dominici nobis commissi de manibus nostris in extremo iudicio requiratur, sed errantem debemus ad caulas humeris reuocare, ne errans faucibus lupi rapacis deglutiatur. Preterea alia in ciuitate vestra publicantur, que cedunt in obprobrium ecclesie et personarum: quod nos debeamus sumptibus nostris et expensis causam deducere de curia, cum contrarium in compositione contineatur. Jtem vobis intimamus, quod agros nostros seminastis et fructus collegistis post habitam compositionem. Jtem fenum collegistis de nostris pratis et ligna succidistis, cum tamen termini, super quibus fuit questio, secundum formam compositionis per vos non sint obtenti. Jtem ducentas marcas de molendino edificato in fundo nostro Premeze et ecclesie non soluistis, cum tamen illud, quod simpliciter promittitur, in continenti debeatis. Nec soluistis censum quatuordecim marcarum lubicensis monete de predicto molandino, cum secundum legales sanctiones tempus solutionis pensionis predicte interpellet pro nobis. Jtem post compositionem habitam possessiones nostras vacuas, scilicet ecclesias et scolas, occupastis, in locum illorum clericorum et magistrorum, qui recesserunt ab eis, alios intrudendo, cum tamen in compositione contineatur, quod ammodo non debeatis nos in possessionibus nostris molestare.

Jn hiis articulis et in aliis vobis nuper notificatis non est dubium vos contra compositionem expresse et directe venisse, cum nos semper parati fuerimus obseruare ipsam compositionem, nec venimus contra compositionem verbo vel facto, sed in omnibus seruauimus vestre ciuitatis honorem.

*In dorso*: Honorabilibus viris, consulibus ciuitatis Lubycensis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, welches noch die ursprüngliche Faltung, die Einschnitte für das Siegelband und die Spuren des aufgedrückten Wachssiegels zeigt.*

## MXXXII.

***Eduard II., König von England, Herr von Irland und Herzog von Aquitanien, verfügt auf die Vorstellung eines deutschen Kaufmanns Jacob Fisch zu London in Betreff dreier wegen eines an ihm begangenen Seeraubs zu seinem Besten mit Arrest belegten Hamburgischen Schiffe. 1309. Jun. 15.***

A nostre seignor le roi, que Deu gard, moustre Jacob Fissh de Alemayne, son marchaunt de Loundres, qe, come le roi par son bref de la chauncelerie aye comaunde au moire e as viscountes de Loundres de arester troys nefs de Hamburgh.' en le port de Loundres e les biens e les chateux dedenz trouez pur vne roberie, qe li fut fait de biens e de chateux par ceaux de Hamburgh.' a la mountaunce de sis cenz mars a passez XII aunz, e meymes ceaux biens furent amenez en Escoce as memys nostre seignor le roi par les diz robeours, e ceaux, qi sount a Loundres de la affinite e de la haunsse de Alemaigne, sount les alliez de ceaux de Hamburgh.', issint qe nule enqueste poet passer, si ceaux aduersayrs ne y soient icynt, si prie le dit Jacob a nostre seignur le roi, qe le roi voille maunder au meyr e as viscountes de la cyte de Loundres par son bref, qe les dites nefs ensemblement od les biens, qi sount arestez par cele encheisoun, demoergent par comaundement du roi, deqes utaunt qe il eyent amende a nostre seygnur le roi, e ne gre pleynement soit fait al dit Jacob'.

Edward par la grace de dieu roi dEngleterre, seigneur dJrlande e ducs dAquitaine. Al honorable pere . . . J. par la meisme grace euesque de Cicestre, nostre chauncelor, saluz. Nous vous enueoms une peticion . . . . . cestes lettres, que nous est baillee de part Jacob Fissh de Alemayne, marchaunt de Loundres, e vous mandoms, que . . . . . vous les justices et les autres de nostre conseill', qui vous verrez, que y facent a appeller examinez et auisez . . . . . contenue en meisme la peticion et sur ceo facez faire audit Jacob la grace, que nous li enpoiroms faire

en bonne manere et saunz mesprendre. Donnee souz nostre priue seal a Langele, le XV iour de Juyn, lan de nostre regne second.

*Privy Seals 2. Edw. II. No. 2, im Tower.*

## MXXXIII.

***Burchard, Bischof und gesammtes Capitel der Lübeckischen Kirche quittiren die Bevollmächtigten der Stadt Lübeck wegen Zahlung einer Conventionalstrafe von 500 Goldgulden. 1310. Sept. 25.***[1]

Vniuersis presentia visuris Bor(chardus) Dei gratia episcopus, Hinricus decanus et capitulum ecclesie Lubicensis salutem perhennem et rei geste agnoscere veritatem. Venientes ad nos || nuncij seu procuratores consulum et communis ciuitatis Lubicensis, inter magistrum Wilhelmum de Bardewich, Conradum de Atenderen consulem et Alexandrum notarium || ciuitatis eiusdem ex parte vna, ac dominum Johannem Bulen, canonicum et procuratorem nostrum in causa, que inter nos et dictos consules et commune in Romana curia vertitur, ex altera, || conuentum et ordinatum fore taliter asserebant, quod prefati magister Wilhelmus, Conradus de Atenderen ac Alexander eidem domino Jo(hanni) Bulen procuratoria ad compromittendum super eodem negotio eis sub certa forma per copiam tradita sub sigillis ipsorum consulum et communis procurare, apportare et exibere in Romana curia vsque ad Kalendas Octobris venturas proxime sponte et libere promiserunt: alioquin quingentos florenos de Florentia eidem procuratori nostro uel nobis nomine pene infra predictum terminum expedite soluere et pagare. Verum quoniam dicti Wilhelmus, Conradus et Alexander procurare et optinere non poterant procuratoria memorata, nobis quingentos florenos predictos infra eundem terminum optulerunt, et[2] quia nobis de conuentione et causa huiusmodi per instrumenta autentica legitime non constabat, pecuniam eandem recepimus, et quatenus eam nobis dixerunt debitam, prefatos magistrum Wilhelmum, Conradum et Alexandrum quitamus et omnes, quorum interest, non intendentes per hanc quitationem potestatem dicti procuratoris nostri in alijs reuocare. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum in Vthin, anno Domini M̊CC̊C decimo, septimo Kalendas Octobris.

*Nach dem in duplo vorhandenen Originale, auf der Trese, mit anhängenden Siegeln des Bischofs und Capitels.*

1) Ist die S. 274, A. 1. erwähnte Quittung, welche, obschon sie eigentlich in das Urk.-Buch des Bisthums gehört, neben den andern, den Streit der Stadt mit Bischof Burchard betreffenden Urkunden, hier nachträglich Platz finden mag. 2) sed. 2.

## MXXXIV.

*Johann Stolzenberg, Bürger zu Cöln, ersucht den Rath zu Lübeck, die ihm für Rechnung des Marschalls von Westphalen noch schuldigen 2180 Mark dem Ueberbringer des Briefes, seinem Verwandten Willekinus, auszuzahlen. 1310. Nov. 10.*[1]

Viris prudentibus et discretis, . . consulibus ciuitatis Lubecensis, Johannes dictus || de Stolzenberg, ciuis Coln.', paratum obsequium et salutem cum noticia veritatis. Dis||crecionem vestram rogamus et monemus, quatenus pecuniam, in qua michi tenemini ex parte || . . marschalci Westfalie, sicut scitis, videlicet duo milia marcarum ducentas marcas et quinquaginta marcas, de quibus michi ex parte dicti marschalci septuaginta marcas persoluistis, residuas Wilkino, cognato meo, exhibitori presencium, pro me et nomine meo assignetis et persoluatis expedite. Ego enim de dicta pecunia tamquam michi soluta vos quitos clamo et liberos de eadem, et extunc huiusmodi litteram vobis reddi volo. Jn cuius rei testimonium et firmitatem sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum Nuz, anno Domini MCCC decimo, in vigilia beati Martini hyemalis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem wohl erhaltenen Siegel.*

## MXXXV.

*Friedrich von Wildenberg, Comthur des deutschen Ordens in Königsberg, ersucht den Rath der Stadt Lübeck um die Freilassung zweier daselbst mit ihren Gütern angehaltenen Königsberger Bürger. O. J. (1309—12.)*[2]

Laudabilibus viris ac prouidis et honestis, magistro consulum ceterisque consulibus nominande ciuitatis || Lubeke, frater Fre(dericus) de Wildenberg, commendator in Kunigesberg, orationum suarum humilium plenitudinem obsequij||que promptitudinem et salutem in omnium saluatore. Ex relatu quorundam auribus nostris insonuit, duos || nostre ciuitatis ciues et dilectos inhabitatores esse oc(c)upatos vna cum rebus siue bonis suis in partibus vestre habitationis, videlicet Got. dictum Cornelium et H. Ducem, de quorum turbatione aut impedimento non letamur, quia hij idem nostris ciuibus in Kunigesberg longo tempore commanserunt, nobis nichilo-

1) Hängt das Schreiben mit No. 108 zusammen? 2) Friedrich von Wildenberg war 1311 und noch im August 1312 Comthur von Königsberg; im letzteren Jahre ward er oberster Spittler und Comthur von Elbing. Bis 1309 war Comthur zu Königsberg Eberhard von Virneburg. Voigt Gesch. Preussens. IV. S. 258. 278. 279. A. 1. 295. 321.

minus vt fide digni suis obsequijs adheserunt. Vnde dignum duximus vestre caritati, de qua presumimus, nostras has patentes litteras destinare, in quibus protestamur verissime, predictos viros nostre ciuitatis Kunigesberg fuisse et esse ciues, vbi ipsi et suo iure ciuili et priuilegio gaudent libertatis. Quapropter vestram affectuose petimus beniuolenciam multipliciter nobis exhibitam, quatenus ob diuini amoris intuitum nostrarumque precum interuentum dignemini pro iam dictorum liberatione elaborare apud tales, qui ipsos in rebus suis turbare nitebantur, vt bonis suis libere vti possint et ad propria redire cum leticia et honore. Quod circa vestram clemenciam promereri cupimus in simili vel maiori. Valete in Christo.

*Nach dem Originale, auf der Treue, mit aufgedrücktem Siegel.*

## MXXXVI.

***Aufzeichnung über die erfolgte Bezahlung des Procurators und anderer in Sachen der Stadt bei der päbstlichen Curie in Avignon thätigen Personen. 1310—12.***

Anno Domini M̊CC̊C decimo Matheus procurator consulum et vniuersitatis Lubicensis in vigilia Simonis et Jude apostolorum per magistrum Guilhelmum de Bardewic pagatus est de toto in Auinione, et terminus futurus sue solucionis incipit in festo Omnium Sanctorum proximo sequenti, et sibi dantur XX floreni in anno.

Magister Thadeus pagatus est ante festum beatorum Simonis et Jude apostolorum anno supradicto Auinione per magistrum Guilhelmum de XXX florenis, que sibi dantur in anno.

Dominus Vbertinus aduocatus pagatus est de toto anno ab anno Domini M̊CC̊CXI dominica, qua cantabatur Judica, uel circa, de XXX florenis.

Dominus Andreas pagatus est de toto eodem anno, vt supra, proxime ante Carnispriuium, de XXX florenis.

Dominus Germerius pagatus est de XXX florenis.

Dominus Germerius pagatus est de XV florenis, in Maio, anno Domini M̊CC̊CXI.

Jtem Rogerius pagatus est de anno XI usque ad festum beate Marie Assumpcionis, et debet habere XVI florenos pro procuratorio ad duos annos.

Jtem Rogerius pagatus est in Natale Domini anno XII pro duobus annis proxime subsequentibus.

*Nach einer Aufzeichnung in dem zu No. 1023 angeführten Protocolle.*

## MXXXVII.

*Eduard II., König von England, befiehlt dem Sheriff von Norfolk und Suffolk, die Personen und Güter von Kaufleuten aus Lübeck, Hamburg, Cöln und Campen, die wegen eines an Engländern begangenen Seeraubes festgenommen worden, gegen angemessene Sicherheitsleistung wieder in Freiheit zu setzen, da diese sich von der Schuld reinigen und mit den Klägern auseinander setzen zu wollen versprochen hätten. 1311. Jul. 10.*

Rex vicecomiti Norff' et Suff' salutem. Licet nuper ad querelam Johannis de Bliton', Walteri de Baiocis, Henrici de Seuerby, Ricardi de Scarle, Walteri de Ebor', Roberti de Oxon', ciuium et mercatorum nostrorum ciuitatis nostre Lincolnie, et Nicholai de Thymelby de Lyndeseya, suggerencium nobis, quosdam malefactores de partibus Estland', videlicet de villa de Lubyk', Hamburgh', Colon' et de Campen ac aliunde de partibus illis, quandam nauem, quam predicti Johannes, Walterus et eorum socii predicti apud sanctum Botulphum frettauerant et lanis ac aliis bonis ad valenciam mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum onerauerant, ac sic oneratam per gentes suas versus partes Brebanc' ad negociandum inde ibidem et suum commodum faciendum transmiserant, in costera maris inter Lenn' et Brunham die Natiuitatis beati Johannis Baptiste proxime preterito hostiliter intrasse, et lanas ac omnia alia bona predicta violenter cepisse et abduxisse, precepimus tibi per breve nostrum, quod malefactores predictos et omnes alios de villis predictis, quos infra balliuam tuam tam infra libertates quam extra inueniri contingeret, per corpora sua vna cum omnibus bonis et mercimoniis suis sine dilacione qualibet attachiares, et ipsos cum bonis et mercimoniis illis absque aliqua diminucione seu distractione de iisdem facienda sic attachiatos custodires, quousque aliud inde a nobis haberes in preceptis; quia tamen ex parte diuersorum mercatorum de villis predictis et aliunde de regno Alemannico, quos vna cum bonis et mercimoniis suis virtute mandati nostri predicti infra balliuam tuam, vt dicitur, arestasti, nobis est omni instancia supplicatum, quod, cum ipsi de roberia predicta culpabiles non existant nec eidem in aliquo concessissent, ipsos sic attachiatos deliberari et bona sua sic arestata dearestari et sibi liberari faciamus ad commodum suum inde faciendum: nos, certis de causis predictis mercatoribus Alemann' super supplicacione sua predicta gratiam ad presens volentes facere specialem, tibi precipimus, quod, accepta ab eisdem mercatoribus Alemann' bona et sufficienti securitate de respondendo prefatis Johanni et Waltero et eorum sociis predictis de lanis et bonis suis ab ipsis, vt premittitur, ablatis, quatenus per ius et racionem

conuinci poterit quod ad hoc racionabiliter teneantur, omnes mercatores predictos per te virtute mandati nostri predicti attachiatos ab attachiamento huiusmodi deliberes, nec non bona et mercimonia sua predicta per te similiter occasione predicta arestata sine dilacione qualibet dearestari, et ipsos per securitatem predictam deliberari facias indilate ad commodum suum inde faciendum, prout sibi melius viderint expedire. T(este), vt supra, X die Julii, apud Berwic' super Twedam.

Consimiles littere diriguntur subscriptis, vicecomiti Ebor', vicecomiti Lincoln', vicecomiti Notingh'.

*Rot. Claus. 5. Edw. II. 31, im Tower.*

## MXXXVIII.

***Rath und Gemeinde von Lübeck betheuern dem Könige Eduard II. von England, dass ihre Bürger an dem ihnen zur Last gelegten grossen Seeraube unschuldig seien, und deuten auf Leute von Campen als auf die geständlichen Urheber hin. O. J. (Zwischen dem 10. Jul. 1311 und 16. Nov. 1313.)***

Glorioso et magnifico domino Edwardo, regi Anglie, domino Hibernie et duci Aquitanie, aduocatus, consules et vniuersitas ciuitatis Lubicensis cum tocius fidei puritate possibilitatis sue seruicium beniuolum et paratum. Celsitudinis vestre litteras ea, qua decebat, reuerencia recipimus, continentes, quod Johannes Bligon̄, Walterus de Baloc̄ et eorum socii, ciues vestri Lincolnienses, in vestra presencia querimoniam mouerint dicentes, quod quidam de nostra ciuitate et de Campen et de Hamburg quandam nauem, in qua dicti Johannes, Walterus et eorum socii ad sanctum Botulphum fretauerant et lanis ac aliis bonis onerauerant, hostiliter intrauerint et lanas ac omnia alia bona predicta rapuerint et abduxerint violenter. Super quo sublimitati vestre facimus manifestum, quod mentibus nostris concipere non possumus, quo motu coram vestra dignitate ista sint proposita, cum teste Deo raptores et quoslibet malefactores non solum prosequamur et odio habeamus, sed eciam pro ipsorum destruccione infinitas expensas faciamus et labores, nec intrare debet corda fidelium, quod raptores manutenere velimus ac fouere, quodque dampna seu perdiciones bonorum subditorum vestrorum scire velimus aliqua racione, immo honorem ipsorum nitimur satis viribus promouere. Verum de vestra et felicis recordacionis illustrium [vestrorum] progenitorum vestrorum gracia nostri mercatores et conciues vbilibet in regno vestro promocione fideli et quiete pacifica hactenus de innata vobis virtuositate sunt gauisi. Excellenciam vestram qua possumus instancia deprecamur, quatinus dictos mercatores Lincolnienses super predictis audire

non velitis, inducentes eos, quod nostros conciues non offendant in aliquo vel molestent, quod ad vestri culminis seruicia fideliter teneamur. Super eo exhibuimus enim nuncio uestras litteras apportanti, quod, si aliquem apud nos inueniret, qui dictum maleficium perpetrasset, vellemus equitate suadente contra ipsum procedere et strictissime judicare. Dicitur eciam nobis, quod quidam de Campen confiteantur se sine aliorum adiutorio dictum facinus perpetrasse, et ideo curetis prohibere, ne illud nostris conciuibus inpingatur, cum sint coram Deo et hominibus innocentes. Jlli eciam de Campen longe distant a nobis, nam ipsi apud mare occidentale morantur, nos vero prope mare orientale residemus.

*Aufschrift:* Glorioso domino Edwardo, regi Anglie illustri.

*Nach dem unbezeichneten Originale mit Spuren des grossen Siegels, im Tower.*

## MXXXIX.

***Eduard II., König von England, befiehlt den Zollbeamten von Lynn, ein Schiff aus Dortrecht, an welchem Jacob von Lübeck betheiligt sei, freizugeben. 1313. Jan. 10.***

Rex balliuis suis de Talbotha de Lenn'. Cum nuper ad prosecucionem Walteri le Flemyng', ciuis et mercatoris nostri Ebor', nobis suggerentis, Willelmum filium Johannis et Bodekinum le Bawer ac quosdam alios malefactores de partibus Holandie et Selandie dudum bona et mercimonia ipsius Walteri in quadam naui existencia prope Berewycum super costeram maris Anglie ad valenciam quadraginta et quatuor librarum vi armata cepisse et abduxisse, pro eo quod comes Holandie et Selandie et dominus Frisie dicto Waltero super premissis ad requisiciones nostras pluries sibi inde factas iusticiam facere recusavit, vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum de terra et potestate dicti comitis, que infra balliuam vestram inueniri contingeret, vsque ad valorem quadraginta et quatuor librarum arestari et saluo custodiri faceretis, quousque aliud inde a nobis haberetis in mandatis, ac vos nobis retornaueritis, quod virtute mandati nostri predicti arestastis quandam nauem vocatam la Blithelef', inuentam in possessione Jacobi de Lubyk', mercatoris de Alemannia, qui dictam nauem asseruit suam esse, et quod per inquisitionem inde per vos in presentia attornati prefati Walteri et prefati Jacobi captam compertum est, quod predicta nauis cum atilio, que appreciata est ad sexdecim libras, est cuiusdam Petri Edemunde de Durdragh' de dominio prefati comitis, et quod dictus Jacobus conduxit nauem illam in par-

tibus transmarinis de predicto Petro, sub tali condicione, quod si nauem illam non reduceret vsque Durdragh', tunc prefato Petro triginta libras in proximo reditu suo ad partes illas soluere teneretur, quam quidem nauem cum atilio adhuc taliter sub aresto facitis arestari: nos, nolentes, quod prefatus Jacobus pretextu mandati nostri predicti, cum de dominio prefati comitis, vt premittitur, non existat, dampnum incurrat seu indebite molestetur, vobis precipimus, quod nauem predictam cum atilio per vos premissa occasione, vt premittitur, arestatam sine dilatione dearestari et prefato Jacobo liberari faciatis. Teste rege, apud Wyndesore, X die Januarii.

*Rot. Claus. 6. Edw. II. 16, im Tower.*

## MXL.

***Eduard II., König von England, befiehlt dem Sheriff von Lincoln, unter Einziehung des Erlasses vom 10. Juli 1311, da die in Betreff des fraglichen Seeraubes nach London gekommenen Abgesandten der Stadt Campen sich, ohne die Sache zu erledigen, heimlich wieder entfernt hätten, nunmehr Beschlag auf die Güter der Kaufleute von Campen, Lübeck und Hamburg bis zu einem gewissen Betrage zu legen. 1313. Nov. 16.***

Rex vic. Linc.' salutem. Querelam dilectorum mercatorum nostrorum Johannis de Bliton', Walteri de Baiocis, Henricus (!) de Seuerby, Ricardi de Scarle, Walteri de Ebor' et Roberti de Oxon', ciuium ciuitatis nostre Linc', et Nicholai de Thimelby de Lyndes' nuper, dum eramus in expedicione guerre nostre Scocie, recepimus, continentem, quod quidam malefactores, set pocius depredatores de villis de Campen, Lubik' et Hamburgh' et aliunde de partibus Estland' quandam nauem, quam predicti Johannes et Walterus ac eorum socii predicti apud sanctum Botulphum frettauerant et lanis ac aliis bonis suis ad valenciam mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum onerauerant, et sic oneratam per gentes suas versus partes Brabancie ad negociandum inde ibidem et suum commodum faciendum transmiserant, die statuto sancti Johannis Baptiste, anno regni nostri quarto, in costera maris nostri prope terram nostram hostiliter intrauerunt, et lanas ac omnia alia bona predicta vi et armis ceperint (!) et eciam abduxerunt. Propter quod nos subsequenter post reditum nostrum Lond' a partibus Scocie supradictis, habita super facto predicto cum illis de consilio nostro deliberacione pleniori, inquisicionem inde fieri fecimus diligentem, per quam euidenter compertum extitit et existit, quod predicti Johannes et Walterus et socii eorundem

depredati fuerunt die predicto in costera maris nostri in partibus Norff' iuxta Cromere prope terram per malefactores, mercatores, marinarios et alios de dictis villis de Campen, Lubik et Hamburgh', de lanis ac aliis bonis suis ad valenciam mille ducentarum quadraginta quatuor librarum et decem solidorum predictorum, et quod malefactores illi se ad dictas villas de Campen, Lubik' et Hamburgh' cum bonis predictis diuerterunt et ibidem receptantur, quodque malefactores illi manutenebantur per mercatores villarum predictarum infra regnum nostrum commorantes et ibidem ac alibi cum bonis malefactorum eorundem ad campi partem (?) mercimonia exercentes. Et licet mercatores villarum predictarum de Campen, Lubik' et Hamburgh' infra nostrum dominium conuersantes distrinxisse potuissemus equitate suadente, quousque mercatoribus nostris predictis de bonis suis predictis ac dampnis, que illa occasione sustinuerunt, esset plenarie satisfactum, nos tamen, mercatoribus ipsis parcentes ex benignitate regia in hac parte, consules et scabinas *(sic)* predictarum villarum de Campen, Lubik et Hamburgh' rogauimus per nostras litteras separatas, vt mercatoribus nostris predictis vel eorum attornatis seu attornato super recuperacione lanarum et bonorum suorum predictorum vel valoris eorundem ac etiam dampnorum, que occasione predicta docere se possent incurrisse, exhiberent celeris iusticie complementum. Qui nichil inde facere curauerunt, hoc dumtaxat excepto, quod scabini et consilium predicte ville de Campen nobis suas litteras transmiserunt rogando, vt ipsis oppidanis seu nunciis ipsorum veniendi in Angliam et morandi nobiscum et cum consilio nostro super dampnis et iniuriis prefatis mercatoribus nostris illatis tractatum habendi nostras vellemus concedere litteras de conductu, adiciendo in eisdem litteris suis, quod oppidanis seu nunciis suis tales habere vellent, qui mercatoribus nostris de omni dampno ipsis illato satisfacere deberent, prout ordo iuris requireret et dictaret. Et quia ad instantiam et rogatum scabinorum et consilii predictorum pro oppidanis ville predicte vel eorum nunciis, quos ad nostram presenciam ex causa predicta ipsos contingeret destinare, litteras nostras de conductu in forma debita fieri fecimus vsque ad certum terminum duraturas, ita quod iidem scabini et consilium tales nuncios ad nos mitterent, qui super negocio predicto ad plenum instructi et informati essent, et qui ad satisfaciendum super premissis mercatoribus nostris predictis haberent plenariam potestatem, prout littere nostre tunc ipsis inde misse plenius continebant, et iidem scabini et consilium durante termino conductus predicto Willelmum dictum Diuitem et Henricum filium Eynoldi, consules ville predicte de Campen, pro prefato negocio ad nostram presenciam in nuncium transmiserunt, qui nobis litteras de credencia detulerunt, et qui postmodum coram nobis in cancellaria nostra personaliter constituti asseruerunt,

se ad informacionem super negocio predicto suscipiendam tummodo missos esse, vt inde cum aliis oppidanis ville sue predicte post reditum suum ad propria possent consulere et tractare, petendo, vt ipsis super negocio illo dilacionem vsque ad triennium vel biennium seu alias ad voluntatem nostram concedere curaremus, qua quidem peticione sic pendente, iidem nuncii, non satisfacto in aliquo dictis mercatoribus nostris de lanis, bonis et dampnis predictis, nec ipsorum aduentu ad curiam nostram, quos ibidem ex causa predicta venire fecimus, expectato, latenter et contemptibiliter recesserunt, non petita super hoc a nobis recedendi licencia nec obtenta: nos, ad premissa consideracionem habentes et aduertentes, quod nuncii predicti ad nos cum sufficienti potestate satisfaciendi super premissis mercatoribus nostris predictis, prout scabinis et consilio predictis mandauimus, non venerunt, et quod ipsi mercatores nostros predictos a recuperacione lanarum, bonorum ac dampnorum predictorum per excusaciones et dilaciones friuolas nituntur pro viribus defraudare, necnon nondum (?) recessus dictorum nunciorum a curia nostra iugiter ponderantes, tibi precipimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum predictarum villarum de Campen, Lubik' et Hamburgh, que infra balliuam tuam poterunt inueniri, vsque ad valenciam quadringentarum et quatuordecim librarum sexdecim solidorum et octo denariorum in parte satisfactionis mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum predictorum sine dilatione qualiter arestari et saluo custodiri facias, donec mercatoribus nostris predictis de quadringentis et quatuordecim libris sexdecim solidis et octo denariis predictis in partem satisfactionis totalis summe predicte, vt predictum est, ac etiam de dampnis, que se in hac parte docere poterunt incurrisse, fuerit satisfactum, vel aliud super hoc a nobis habueris in mandatis. Et quid inde feceris, et que et cuiusmodi bona virtute istius mandati per te contigerit arestari, et quorum fuerint, ac de precio eorundem, necnon de toto facto tuo in hac parte nos reddas distincte et aperte certiores, remittens nobis hoc breue. Mandatum enim per diuersa breuia nostra vicecomitibus nostris Norff.' et Ebor.', quod ipsi bona et mercimonia hominum et mercatorum dictarum villarum de Campen, Lubik' et Hamburgh', que infra balliuas suas poterunt inueniri, vsque ad valorem octingentarum viginti et nouem librarum trium solidorum et quatuor denariorum residuorum arestari et saluo custodiri faciant in forma predicta. Teste rege, apud Westmonasterium, XVI die Nouembris, per consilium.

*Rot. Claus. 7. Edw. II. 18, im Tower.*

## MXLI.

*Der Ritter Johann Rosendal von Plesse ersucht den Rath von Lübeck um die Auszahlung der dem Herrn Heinrich von Mecklenburg schuldigen von diesem ihm angewiesenen 375 Mark Lübisch. 1314. Mai 20—24.*[1]

Famosis viris et discretis, dominis consulibus ciuitatis Lubeke, Jo(hannes) Rosendal || de Plesse miles suum seruicium indefessum. Mittimus amicicie vestre exhybitorem || presencium, Reymbernum de Plesse militem, nostrum fratrem dilectum, rogantes, vt tres||centas septuaginta quinque marcas lubicenses, quas dominus noster Hinricus Magnopolensis nobis ad vos assignauit in proximo festo Johannis baptiste tollendas, predicto domino Reymberno nomine nostro presentetis. Quo facto dimittimus vos de tanto liberos et solutos. Jn huius rei testimonium sigillum nostrum presencium (!) est appensum. Datum anno Domini M̊CC̊C̊XIIII̊, feria[2] ante Pentecostes.

*Nach dem Originale, mit anhängendem grösstentheils zerstörten Siegel, auf der Tresse.*

## MXLII.

*Gerhard, Herr von Hörne, Altena und Pernweis, sichert den Lübeckischen Kaufleuten, nach Beseitigung der über sie entstandenen Beschwerden, Schutz in seinem Gebiete zu. 1315. Mai 16.*

Honestis viris et discretis, consulibus et communi ciuitatis Lubicensis, Gerardus dominus de Hoerne, de Althena || et de Pernweys, quicquid potest promotionis et honoris cum salute. Jntellectis hijs, que nobis scripsistis, || vos scire cupimus, quod vestros conciues ab omni querimonia occasione vecture bonorum suorum et ab || omni delicto seu forefacto in toto dominio nostro, uel vbique locorum hoc fuerit, quitos et absolutos clamamus et pronunciamus penitus per presentes, et cum hoc vestros conciues in omnibus suis agendis coram nobis fauorabiliter et graciose volumus promouere. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Wyerthe, anno Domini M̊C̊C̊C̊ decimo quinto, feria sexta post festum Penthecostes.

*Unten aufgeschrieben von anderer Hand*: Hanc litteram procurauit vobis Liborius, vester hospes in Riocto.[3]

*Nach dem Originale, auf der Tresse, mit anhängendem kenntlichen Siegelrest.*

1) Vgl. No. 328. 2) Die Ordinalzahl fehlt. 3) Der Name *Liborius* ist nicht ganz sicher, sondern nur zu entziffern: *Libr.* mit der gewöhnlichen Abbreviatur für *us*, das sehr verzogene *b* kann noch eine Abbreviatur enthalten. Vom Ortsnamen ist nur zu lesen: *Riocto*, mit der gebräuchlichen Abbreviatur für *ua* oder *ra* über dem *i*.

## MXLIII.

*Eduard II., König von England, befiehlt denen, welche Gelder eines gewissen Hermann Clipping von der deutschen Hanse, der kürzlich in Ipswich wegen eines grossen Vergehens gefangen genommen worden, aber wieder entflohen sei, unter sich haben, dieselben zur einstweiligen Beschlagnahme auszuliefern. 1316. Febr. 19.*

Rex dilecto sibi Willelmo atte Gote de sancto Botulpho et Agathe uxori eius salutem. Quia Hermannus dictus Clippyng' nuper apud Gippeswycum per Gilbertum Roberd et socios suos, balliuos nostros eiusdem ville, pro quadam magna transgressione nobis per eundem Hermannum et complices suos dudum apud Aberden in Scocia illata arrestatus et per predictum Gilbertum et Thomam Stace vsque Lincoln ad parliamentum nostrum ibidem ductus, extra custodiam eorundem Roberti et Thome maliciose et fraudulenter euasit, vobis precipimus, quod omnes denarios predicti Hermanni penes vos in deposito existentes prefatis Roberto et Thome vel vni eorum per indenturam inter vos et ipsos vel eorum alterum inde faciendum (!) liberetis custodiendum, quousque aliud inde a nobis habuerint in mandatis. Et hoc nullo modo omittatis. Teste rege, apud Lincoln', XIX die Februarii.

*Rot. Claus. 9. Edw. II. 16, im Tower.*

## MXLIV.

*Eduard II., König von England, befiehlt, die dem Hermann Clipping von der deutschen Hanse genommenen Gelder wieder herauszugeben. 1316. Mai 13.*[1]

Rex dilecto sibi Willelmo de la Gotere de sancto Botulpho. Cum Hermannus Clippyng', mercator de hansa Alemannie, nuper in villa nostra de Gippewyco per quandam transgressionem, quam ipsum nobis apud Aberden' in Scocia fecisse dicebatur, per balliuos nostros predicte ville de Gippewyco arrestatus et Gilberto Roberde et Thome Stace, burgensibus eiusdem ville, ad ducendum vsque Lincoln' ad parliamentum nostrum liberatus fuisset, iidemque Gilbertus et Thomas triginta et sex libras sterlingorum de denariis prefati Hermanni secum inuentas in transeundo per villam de Sancto Botulpho versus Lincoln' tibi sub sigillis eorum

1) S. den Schluss der Urkunde. Die Ueberschrift derselben war, wie bei No. 1045, Mai 18., was zu der gleichen Signatur stimmen würde.

liberassent in deposito custodiendas, nosque postmodum pro eo, quod datum fuit nobis intelligi, quod predictus Hermannus a custodia predictorum Gilberti et Thome fraudulenter euasit, prefatis balliuis de Gippewyco precepimus, quod omnia bona et mercimonia predicti Hermanni infra balliuam suam inuenta sine dilatione arrestari et sub arresto custodiri facerent, donec aliud a nobis inde haberent in mandatis, et tibi similiter mandauerimus, quod denarios predictos sic penes te depositos prefatis Gilberto et Thome liberares custodiendos, cumque prefatus Hermannus, ad curiam nostram iam[1] personaliter accedens, nobis instanter supplicauerit, vt sibi super iniusta detentione pecunie predicte [1]et aliorum denariorum suorum sibi per quosdam homines de Gippewyco detentorum[1] et aliis [2]iniuriis sibi illatis[2] celerem iusticiam fieri faceremus, et nobis inuenerit manucaptores, videlicet Thomam de Maydenstan de comitatu Kancie, Ricardum de Gretford' de Kyngeston' super Hull' de comitatu Ebor', et Johannem le Lung' de ciuitate London', Johannem Broud' et Johannem de Langele de eadem ciuitate, qui manuceperunt, videlicet quilibet eorum corpus pro corpore, habere prefatum Hermannum coram nobis ad mandatum nostrum ad respondendum nobis[3] de transgressione predicta, cum versus eum inde loqui voluerimus, [4]necnon de denariis predictis, sic penes te existentibus, si eos nobis tanquam forisfactos[4] imposterum contigerit abiudicari[5]: nos, nolentes prefatum Hermannum aut alios mercatores alienigenas de amicitia nostra existentes, cum bonis et mercandisis suis infra regnum nostrum ad mercaturas ibidem exercendas venientes, taliter per arrestacionem corporum aut bonorum et mercimoniorum suorum contra iusticiam pregrauari, tibi[6] precipimus, quod eidem [7]Hermanno triginta et sex libras predictas ea occasione per prefatos Gilbertum et Thomam in custodia tua depositas integre[7] absque distractione aliqua sine dilacione deliberari facias[8] per manucaptionem predictam ad commodum suum inde faciendum. [9]Et hoc nullatenus omittas[9]. Teste rege, apud Westmonasterium, XIII[10] die Maii.

*Rot. Claus. 9. Edw. II. 7, im Tower.*

---

1) Fehlt in No. 1045. 2) No. 1045 fährt fort: iniuriis et dampnis ei tam in villa nostra predicta quam alibi in regno nostro illatis. 3) fehlt. 4) necnon de omnibus bonis et catallis suis in villa nostra predicta et alibi in regno nostro de mandatis nostris arrestatis, si ea ad nos tanquam nobis forisfacta. 5) adiudicari. 6) vobis. 7) Hermanno totam pecuniam et omnia alia bona et catalla sua in villa nostra predicta, in quorumcumque manus fuerit (!), ea occasione arrestata et detenta integre. 8) faciatis. 9) fehlt. 10) XVIII.

## MXLV.

*Eduard II., König von England, befiehlt den Bailifs von Ipswich, alle dem Kaufmann Hermann Clipping von der deutschen Hanse daselbst mit Beschlag belegten Gelder demselben nunmehr wieder herauszugeben. 1316. Mai 18.*

Rex balliuis suis de Gippewyco salutem. Cum Hermannus Clyppyng', mercator de hansa Alemannie, nuper piscem et alia mercimonia ad villam nostram predictam de Gyppewyco duci fecisset ad negociandum et commodum suum faciendum de eisdem et ea diuersis hominibus eiusdem ville pro certis pecuniarum summis sibi soluendis vendidisset, nosque postmodum, non satisfacto eidem Hermanno de pecunia supradicta, pro eo quod datum fuit nobis intelligi, quod ipse nuper in villa nostra de Gippewyco predicta pro quadam magna transgressione, quam ipsum nobis apud Aberden' in Scocia fecisse dicebatur, per vos arestatus et Gilberto Roberd' et Thome Stace ad ducendum vsque Lincoln' ad parliamentum nostrum liberatus fuisset, extra custodiam eorundem Roberti et Thome fraudulenter euasit, vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia predicti Hermanni infra balliuam vestram inuenta sine dilacione arestari et super arresto custodiri faceretis, donec a nobis inde haberetis aliud in mandatis, ac iam prefatus Hermannus (*das Folgende, bis auf die wenigen angeführten Abweichungen, gleichlautend mit No. 1044*).

*Rot. Claus. 9. Edw. II. 7, im Tower.*

## MXLVI.

*Eduard II., König von England, befiehlt dem Sheriff von Lincoln, wegen eines an einem Londoner Kaufmann Wilhelm von Widdeslade von Leuten des Grafen von Holland und aus neun Hansestädten, darunter Lübeck, verübten Raubes, die dort befindlichen Güter von Kaufleuten aus den gedachten Orten bis zum Betrage von 160 Pfund mit Beschlag zu belegen. 1316. Sept. 30.*

Rex vic. Linc.' salutem. Cum nuper ad prosecutionem Willelmi de Widdeslade[1], ciuis et mercatoris nostri London', nobis suggerentis, ipsum quedam bona et mercimonia sua de auerio ponderis ad valenciam trescentarum librarum in quadam naui Laurencii Pollessone[2] de Brabanc'[3] apud Lesclus in Flandr'[4] posuisse vsque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda[5], et quosdam malefactores,

1) Wydesladi. No. 1048. Wydeslade. No. 1053. 2) Pollesson.' 1048. 3) Brabancia. 1048. 1053. 4) Flandria. 1053. 5) ducendum. 1048.

tam de dominio et potestate comitis Hanonie, Hollandie[1] et Selandie ac domini Frisie quam de partibus Alemannie, marinarios in dicta naui existentes in costera maris prope Wyntrington'[2] in comitatu Norf' armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta naui tunc existentibus abstulisse et secum[3] eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerunt[4], transtulisse, bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter adhuc[5] detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam, prefato comiti ac burgimagistris, scabinis, consulibus ac balliuis de certis villis dictarum parcium Alemannie, videlicet de Colonia, Dortmond', Rikelinghous, Lubyk[6], Osenbrugg', Menstr'[7] Grippeswold', Sussalt et Hamburgh' plures per litteras nostras rogauerimus speciales, vt dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitam restitutionem vel competentem satisfactionem ac de dampnis, que sustinuit in hac parte, emendas rationabiles fieri facerent, nostrorum rogaminum interuentu, et licet predictus mercator noster litteras nostras inde deprecatorias per Johannem de Rothewell', attornatum suum in hac parte, prefato comiti directas eidem comiti liberauerit, ac eciam diuersas alias litteras prefatis burgimagistris, scabinis, consulibus et balliuis eis directas similiter liberauerit ex parte nostra, ipsosque comitem, burgimagistros, scabinos, consules et balliuos pluries ac instanter requisierit ex parte nostra, vt sibi tanquam attornato prefati mercatoris nostri in hac parte restitutionem vel satisfactionem de bonis et mercimoniis predictis ac emendas rationabiles de dampnis predictis fieri facerent iuxta nostrarum continentiam litterarum: iidem tamen comes, burgimagistri, scabini, consules et balliui receptis dictis litteris nostris eis, vt premittitur, directis ad dictos rogatus nostros nichil inde facere curarunt, set dicto mercatori nostro in exhibicione iusticie totaliter defuerunt, sicut maior et communitas ciuitatis nostre predicte per litteras suas patentes communi sigillo suo consignatas nobis plenius significauerunt. Nos igitur, qui singulis de regno nostro tenemur in huiusmodi oppressionibus suis subuenire, vlterius dissimulari nolentes, quin prefato mercatori nostro prouideamus de remedio oportuno, tibi precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum, tam de dominio et potestate prefati comitis quam mercatorum, quos tibi legitime per informationem dicti mercatoris nostri[8] vel eius in hac parte attornati seu per inquisitionem per te inde[9], si necesse fuerit[10], faciendam[11] constare poterit[12] esse de dictis villis Colonie[13], Dortmond', Rikelinghous, Lubyk, Osenbrugg', Menstre, Grippes-

1) Holandie. 1048. 1053. 2) Wyntryngton'. 1048. Wynterton. 1053. 3) se cum. 1048. 1053. 4) voluerint. 1048. 5) Fehlt. 1048. 1053. 6) Lubyk'. 1048. 1053. 7) Menstre. 1048. 1053. 8) per reformacionem prefati Willelmi. 1048. 9) inde per te. 1048. 10) foret. 1048. 11) faciendum. 1048. 12) posset. 1048. 13) de Colonia etc. (mit Auslassung der anderen Namen) 1048.

wold', Sussalt et Hamburgh', vel earum aliqua vsque ad summam centum et sexaginta librarum ac eciam dampnorum, que dictus mercator noster vel eius attornatus coram te docere poterit[1] euidenter eundem[2] mercatorem nostrum occasione dicte depredacionis[3] sustinuisse, infra balliuam tuam sine dilacione aliqua arestari et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliua tua in hac parte non suspectorum in presentia illorum, quorum fuerit[4], appreciari et ea sic appreciata saluo absque distractione aliqua custodiri facias[5], quousque eidem mercatori nostro de predictis trescentis[6] libris [7]et dampnis, que ea occasione sustinuit[7], fuerit[8] satisfactum. Et[9] nos de toto facto tuo in hac parte, et que et cuiusmodi bona arestari feceris, et de precio eorundem, et quorum bona et mercimonia illa fuerint, reddas nos sigillo tuo distincte et aperte certiores. Mandauimus enim vicecomiti nostro Norf', quod ipse bona et mercimonia predictorum mercatorum vsque ad summam centum et quadraginta librarum, que infra balliuam suam inueniri contigerit, similiter faciat arestari. Teste rege, apud Ebor', XXX die Septembris.

Consimile breue dirigitur vicecomiti Norf' de centum et quadraginta libris.

*Rot. Claus. 10. Edw. II. 25, im Tower.*

## MXLVII.

***Eduard II., König von England, befiehlt auf eine Vorstellung der deutschen Kaufleute zu London, aus Köln, Dortmund, Recklinghausen, Lübeck, Osnabrück, Münster, Greifswald, Soest und Hamburg, ihre auf Klage Williams de Widdeslade mit Beschlag belegten Güter freizugeben, seinem Kanzler, den Sheriff von Lincoln dahin anzuweisen. 1316. Oct. 28.***

A nostre seigneur le roi et a son conseil priuut ses marchauntz dAlemaigne, que sont del haus (!) des marchauntz de mesme la terre en Loundres, cest a sauoir des viles de Coloigne, Dertemounde, Reclingeouse, Lubike, Osenbrigg', Menstre, Grippeswold', Susak' et Hamburgh', que, come lur biens sont arestuz a la seint Botulph' par bref, qest issu hors de la chauncellerie a la soeute William de Wodeslade de Loundres par la reson dune roberie, que fu faite nadgaires sur mer par larouns et gentz vtlaghez de Seland et de Fresland et dEscoce a lauantdit William et plusurs autres, et auxint as aucuns autres de meismes les villes auaunt nomes, cest asauoir de Fraunk' de Coloigne C liuerez despeyes, et de Henri de

1) posset. 1048. 2) ipsum. 1048. 3) depredacionis predicte. 1048. 4) quorum bona essent, si premuniti vellent interesse. 1048. 5) faceres custodiri. 1048. 6) centum et sexaginta. 1048. 7) et de dampnis predictis. 1048. 8) esset debite. 1048. 9) et quod. 1048.

Wakguthorp' de Lubik' C marche de poison, et a Johan de Menstre XL liuere de poison, et a la quele roberie faire nulle des dites villes nestoient, la quele chose ils sont prestz dauerrer, par quant que la court le roy voudra a garder: que plese a nostre seigneur le roi et a son conseil comaunder, que cel areste soit deliure, de sicome il entendount estre en la proteccion nostre seigneur le roi, sicome les autres de le dit haus sont, et il ne ount rien trespasse, par quey il ne deyuent ioier de sa proteccion, et il sont toutz iour prestz de seruir au roy e a son roialme en marchaundise et en autre chose a lur poair.

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre, seigneur dJrlaunde e ducs dAquitaine. Al honorable piere en Dieu, J. par la meisme grace . . èslit de Wyncestre confermez, nostre chauncellier, salutz. Nous vous enueoms ci dedeinz enclose vne peticion, que nous feust baillee depar marchandz dAlemaigne, touchante vn arrest, qest fait sur lour niefs et marchandises a la seint Botolf' par bref' de nostre grant seal a la suyte William de Wydeslade, marchand de Londres, et pur ce que les attornez des ditz marchandz nous ount fait entendantz, qil sont prestz dauerrer, par quantque nostre court voudra agarder, qe nul des villes, dont il sont, nestoit a la roberie, par quele le dit arrest est agarder, et qil sont del haus des marchandz dAlemaigne en Londres, parquoi il ne lour biens et marchandises ne doient estre arrestuz pur dette, dont il ne soient plegges ne principalx dettours, ne por autri trespas, a ce qest dit, vous mandoms, que, regardee meisme la peticion, facez assigner suffissantz gentz du contez de Nicole a receiure le dit auerrement, sil le voillent attendre, et facez mander par bref' de nostre dit seal au visconte de Nicole, qil, prise des ditz marchantz suffisante seurete de respondre au dit William de sa demande, sil faillent en lour dit auerrement, il soeffre meismes les marchantz en dementers marchander de lour biens et marchandises et faire lour profit sanz nulle desturbance. Donnee souz nostre priue seal, a Neuburgh', le XXVIII iour dOctobre, lan de nostre regne disme.

*Privy Seals 10. Edw. II. 9, im Tower.*

## MXLVIII.

***Eduard II., König von England, befiehlt dem Sheriff von Lincoln, die in Folge Befehls vom 30. September mit Beschlag belegten Schiffe und Güter Lübeckischer, Münsterscher und Soester Kaufleute wieder frei zu geben. 1316. Nov. 14.***

Rex vic.' Lincoln.' salutem. Licet — manifestam (*wie No. 1046.*), ac eciam pro eo, quod testificatum fuit nobis per litteras patentes maioris et communitatis

ciuitatis nostre London', quod prefatus comes ac eciam burgimagistri, scabini, consules ac balliui de certis — Hamburgh (*wie No. 1046.*), quibus pluries super hoc litteras nostras transmisimus speciales, — interuentu (*wie No. 1046.*), ad dictos rogatus nostros nichil facere curauerunt, set dicto mercatori nostro in exhibicione iusticie super premissis totaljter defuerunt, tibi precepimus, quod — bona arestari (*wie No. 1046.*) faceres, et quorum fuerint, ac de precio eorundem nos sub sigillo tuo distincte et aperte redderes certiores, ac tu nobis retornaueris, quod virtute breuis nostri tibi de arestacione facienda directi arestasti apud sanctum Botulphum mercimonia quorundam mercatorum de Lubyk, Menstre et Sussalt, et quod bona illa in presencia mercatorum illorum appreciari fecisti iuxta tenorem breuis predicti, videlicet vnam nauem Stephani Kyng' de Lubyk' precii decem librarum, et vnam nauem Henrici de Whitiburgh' de Lubyk' precii decem librarum, et similiter vnam navem Herberti de Hergerwych' de Lubyk' precii decem librarum, ac eciam vnam nauem Marioti Cat' de Lubyk' precii duodecim librarum, item tria millia et octoginta de stokefissh Johannis de Menstre precii decem et nouem librarum, item duo millia et octingenta alterius generis piscis eiusdem Johannis precii triginta et quinque librarum, item septingenta alterius generis piscis eiusdem Johannis precii quinque librarum et quinque solidorum, item duo millia et quingenta piscis Conradi de Wyse de Lubyk' precii viginti et nouem librarum, item mille et octingenta piscis Johannis de London' de Menstre precii viginti et vnius librarum et duodecim solidorum, ac insuper duodecim barellos de calibe Johannis le Clerk' de Sussalt precii triginta et sex librarum, prout in returno tuo predicto plenius continetur: ob aliquas tamen certas causas tibi precipimus, quod omnia bona et mercimonia dictorum mercatorum de Lubyk, Menstre et Sussalt, que pretextu mandati nostri predicti, vt premittitur, arestasti et adhuc ea occasione detines sub aresto, illis, quorum fuerint, vel eorum attornatis de arestacione predicta hac vice quieta deliberes indilate ad commodum suum inde faciendum, prout sibi melius viderint expedire. Et qualiter hoc preceptum nostrum fueris executus, nos reddas distincte et aperte sine dilatione qualibet certiores, remittens nobis hoc breue. Teste rege, apud Ebor', XIIII die Nouembris, per ipsum regem et consilium.

*Die Signatur fehlte in der Abschrift, welcher jedoch die Notiz beigefügt war, dass sich ähnliche Schreiben an die Sheriffs von London,* apud Wodestok', XXVIII die Januarii (membr. 13.), apud Clarend', XXII die Marcii (membr. 11.) *im Tower vorfänden.*

## MXLIX.

*Eduard II., König von England, befiehlt den Sheriffs von London, da zwei Lübecker Bürger den Schuldforderungen eines Londoner nicht genügt und auch die Stadt Lübeck trotz wiederholter Vorstellungen dem Letztern nicht zu seinem Rechte verholfen habe, die Güter der Lübecker bis zu einer gewissen Summe mit Beschlag zu belegen. 1316. Dec. 30.*

Rex vicecomitibus London.' salutem. Cum nuper ad frequentem querimoniam dilecti nobis Hugonis de Wygorii, ciuis ciuitatis predicte, nobis suggerentis, se dudum in eadem ciuitate quasdam merces suas Henrico de Hacthorp', Johanni Stater, Teutonicis de villa de Lubyk', pro quaterviginti libris eidem Hugoni certis terminis, iam diu est preteritis, soluendis, prout in ipsorum litteris obligatoriis, quas idem Hugo penes se habet, plenius continetur, vendidisse, et eosdem Henrico et Johanni (!) receptis mercibus predictis se a regno nostro Anglie clam et latenter transtulisse ad dictam villam de Lubyk', non satisfacto in aliquo prefato Hugoni de debito supradicto, rogauimus pluries per nostras litteras speciales burgimagistros, aldermannos et balliuos dicte ville de Lubyk', quod prefatos Henricum et Johannem, si infra potestatem suam reperti fuissent, ad satisfaciendum dicto Hugoni vel eius attornato seu procuratori dictas litteras nostras deferenti de debito predicto ac de dampnis, que racione retardacionis solucionis eiusdem debite coram eis docere se posset incurrisse, secundum iuris exigenciam compellerent, et nos de eo, quod inde ad nostrum rogatum facere curarent, per latorem earundem litterarum redderent certiores, et licet idem Hugo dictas litteras nostras prefatis burgimagistris, aldermannis et balliuis per attornatos suos transmisisset, iidemque attornati easdem litteras eis liberassent, et penes ipsos cum diligencia instetissent pro iusticia super premissis optinenda, iidem tamen burgimagistri, aldermanni et balliui nichil inde ad rogatum nostrum facere curauerunt, quamuis prefatus Henricus in eadem villa tunc presens esset, set eis omnino defuerunt in iusticia super premissis exhibenda, sicut per litteras patentes maioris et communitatis ciuitatis predicte communi sigillo suo signatos nobis inde missas plenius nobis constat. Nos igitur, vlterius dissimulare nolentes, quin prefato Hugoni super recuperacione debiti predicti subueniamus iuris remedio oportuno, vobis precipimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum de dicta villa de Lubyk', que infra balliuam vestram inueniri contigerit, vsque ad valorem dictarum quaterviginti librarum sine dilatione arestari et sub aresto huiusmodi saluo et secure absque distractione custodiri facia(ti)s, donec prefato Hugoni de dicto debito ac de dampnis, que premissa occasione racionabiliter docere

se poterit incurrisse, plenarius fuerit satisfactum, vel aliud inde a nobis habueritis in mandatis. Et que et cuiusmodi bona seu mercimonia premissa occasione arrestari feceritis, et quorum fuerint, ac de valore eorundem nobis sub sigillis vestris distincte et aperte constare faciatis, remittentes nobis hoc breue. Teste rege, apud Clipston, XXX die Decembris.

*Rot. Claus. 10. Edw. II. 18. im Tower.*

## MI.

***Eduard II., König von England, verweist die Petition eines Bürgers aus Berwick, der von Schiffern aus Lübeck, Stralsund, Rostock u. s. w. beraubt worden war, an seinen Kanzler. 1317. Febr. 6.***

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre, seigneur dJrlande et ducs dAquitaine. A lonorable piere en Dieu, Johan par la meisme grace euesque de Wincestre, nostre chauncellier, saluz. Nous vous enueoms cy deinz enclose vne peticion, que nous feust baillée depart nostre bien amez Richard de Skendelby, burgeys de nostre ville de Berewik', sur aucuns trespas, que faitz luy sount par gentz de Estlond et de Flaundres, a ce qest dit, et vous maundoms, que, regardee la dite bille et en plenier auisement, sur ce que y est contenuz, en ordeinez tien remedie pour le dit Richard par lettres souz nostre graunt seal, come vous verrez que facez a faire par reson, et selonc ce que ad este vsez auant ces houres en semblable cas. Donnee souz nostre priue seal, a Claryndon', le VI iour de Feurier, lan de nostre regne disme.

A nostre seigneur le roi et a son conseill' moustre le son lige homme Richard de Skendelby, burgeys de Berewyk', que, comme le dit Richard le Mardy prochein a pres la Pasch' darrayn passe fust pris sur la mere par gentz de Estlond' et par Flemyngges, que furent en lour compeigny, en vne neef, que fust appelle le Berthelemeu de Lenne, ceste asauoir, par gentz de Lubyk', Stralsound', Rostok', Campe, Eluynge et Suthenk', la quele neef fust charge des vitailles a la mountaunce de CC marchez et de plus, enueaunt vers vostre dite ville de Berewik' pur sustenaunce de la dite ville, et le dit Richard et les vitailles amenerent en Escoce, et les mariners tuerent, et le dit Richard fist son raunsomz pur L mars, par quoy le dit Richard pri pur Dieu a nostre seigneur et a son conseill', qil voille de sa grace granter sa lettre au dit Richard, qil puisse arester les mesfesours et lour chateux, en quiel part quil soyent trouez par les costez de la mere en le pouer nostre seigneur le roi, ieskes a tant quil ount fait restitucioun au dit Richard de ces chateux en tiel manere en portez.

*Privy Seals 10. Edw. II. No. 3, im Tower.*

## MLI.

*Mayor und Sheriffs von London lassen auf einen königlichen Befehl vom 17. Mai 1318 durch eine Jury erkennen, dass das Schiff Adams le Clerk von Lynn von Heinrich von Recklinghausen und Leuten aus Greifswald, Stralsund und Lübeck geplündert worden sei, und dass die Behörden dieser Städte Genugthuung verweigert hätten. 1318. Mai 27.*[1]

Dominus rex mandauit maiori et vicecomitibus Londoniensibus breue suum in hec verba: Edwardus Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie et dux Aquitanie. Maiori et vicecomitibus suis Londoniensibus salutem.

Cum nuper ad prosecutionem Ade le Clerk de Lenne mercatoris, nobis suggerentis, quod ipse quandam nauem suam vocatam la Plente de Lenne pretii trescentarum librarum sterlingorum sale de Peytou, lampredis de Nantis ac quibusdam balis de Bugei et aliis diuersis mercimoniis ad valenciam ducentarum librarum eiusdem monete in partibus de Peytou onerari fecit, ex inde vsque ad villam nostram sancti Johannis (de) Perth in Scocia pro commodo suo inde faciendo et in auxilium sustentationis hominum nostrorum tunc in munitionem (!) eiusdem existencium ducendam, et quod Henricus de Reklingous et quidam alii malefactores villarum de Grippeswold, Lubyk et de Strelessund, nauem illam in eundo versus dictam villam sancti Johannis in costera maris prope Jernemutam hostiliter ingredientes, in homines et mercatores in eadem naui existentes insultum fecerunt et ipsos nequiter occiderunt ac nauem et bona predicta ceperunt et abduxerunt in ipsius Ade dispendium non modicum et depauperationem manifestam, rogauerimus scabinos et probos homines dictarum villarum de Grippeswold, Lubik et Strelessund per diuersas litteras nostras speciales, quatenus, audita querela ipsius mercatoris nostri per ipsum vel eius attornatum in (h)ac parte eis super premissis exponenda, sibi super restitutione nauis et bonorum suorum predictorum vel valore eorumdem ac satisfactione dampnorum, que occasione depredationis predicte sustinuit, fieri facerent nostris precibus debitum festiuum (!) justicie complementum, ita quod pro defectu iusticie non oporteret nos sibi de alio remedio prouidere, ac iam ex parte Ade nobis sit iterato ostensum, quod, licet ipse versus scabinos et probos homines villarum predictarum diu cum instancia stetisset, ut sibi remedium facerent in hac parte, iidem tamen scabini et probi homines nichil inde ad rogatum nostrum facere curarunt, sed dicto mercatori nostro in iusticia totaliter defuerunt exhibenda, sicut idem mercator asserit

1) Vgl. No. 412. — Das obige Document ist sehr mangelhaft abgedruckt in Jules Delpit Collection génér. des docum. Franç., qui se trouvent en Angleterre. I. 1847. p. 51.

se paratum esse per mercatores et marinarios forinsecos et indigenas in ciuitate nostra predicta nunc existentes et veritatem facti predicti plenius scientes racionabiliter edocere, et quia tam super transgressione predicta, quam utrum scabini predicti prefato mercatori in iusticia in premissis exhibenda defuerunt necne, volentes plenius cerciorari: vobis mandamus, quod per sacramentum tam mercatorum et marinariorum forinsecorum et indigenarum in ciuitate predicta existencium quam aliorum proborum et legalium hominum de balliua vestra, per quos rei veritas melius sciri poterit[is], diligenter super premissis ac super vero valore nauis et bonorum predictorum, necnon super diligencia per ipsum mercatorem versus predictos scabinos ad iusticiam exequendam apposuit (!), et aliis circumstanciis premissa tangentibus inquiratis plenius veritatem, et de eo, quod inde inueneritis, nos sub communi sigillo vestro ciuitatis predicte in forma debita certificetis indilate. Teste me ipso, apud Westmonasterium, septimo decimo die Maii, anno regni nostri undecimo.

Virtute cuius breuis Johannes de Wanegraue, maior Londoniensis, venire fecit coram se probos et legales homines tam mercatores et marinarios forinsecos quam indigenas in ciuitate predicta existentes, per quos rei veritas melius sciri poterit, et de premissis in breui contentis inquirere fecit, videlicet per Willelmum de Leyton, Willelmum de Durem clericum, Adam Hontentan, Johannem Cosyn, Henricum Attehuch, Willelmum Jecour, Walterum de Donewyk, Johannem de Bradefelde, Rogerum Accatour, Johannem dictum Lelitle, Willelmum de Pykeveich, Thomam de Kemle, Thomam de Stocfeld, Johannem de Berlingham, Walterum Lehurer et Stephanum Attegate, juratos, qui dicunt super sacramentum suum, quod die sabati proxima ante festum sancti Petri ad Vincula, anno regis nunc quinto, predictus Henricus de Riklengheus et quidam alii malefactores villarum de Gryppeswold, Lubyk et Strelessund predictam nauem Ade le Clerk de Lenne mercatoris vocatam la Plente de Lenne precii centum librarum sterlingorum sale de Peytou, lampredis de Nanntis ac de quibusdam balis de Buge et aliis diuersis mercimoniis ad valenciam ducentarum librarum eiusdem monete, quam in partibus de Peytou onerari fecit, exinde usque ad villam sancti Johannis (de) Perth in Scocia pro commodo suo inde faciendo et in auxilium sustentationis hominum domini regis Anglie tunc in municione eiusdem existencium ducenda, in costera maris inter Gernemutam et Blakeneye hostiliter ingressi fuerunt eandemque nauem et bona predicta depredarunt pluresque homines in eadem inuentos hostiliter occiderunt ac nauem eandem, bona et mercimonia predicta usque Aberden in Scocia secum abduxerunt salemque, lampridas et predicta mercimonia ac robas et pannos predictorum hominum occisorum ibidem vendiderunt et postmodum predictam nauem usque

Strellessund duxerunt et voluntatem suam inde fecerunt. Dicunt etiam, quod, cum prefatus Adam curiam domini regis Anglie adiuisset ac litteras scabinis et probis hominibus dictarum villarum de Grippeswold, Lubyk et Strellesund per predictum dominum regem directas impetrasset, quatinus, audita querela ipsius Ade per ipsum vel eius attornatum in hac parte eis super premissis exponenda, sibi fieri facerent nauis et bonorum suorum predictorum vel valoris eorundem restitutionem ac dampnorum suorum satisfactionem, litterasque easdem per Galfridum Altefelde, attornatum suum, predictis scabinis et probis hominibus de iusticia in premissis consequenda transmisisset, ac idem Galfridus erga eosdem scabinos et probos homines dictarum villarum de Grippeswold, Lubyk et Strellessund de iusticia inde optinenda instanter prosecutus fuisset litterasque predictas predicti domini regis liberasset, predicti scabini et probi homines nichil inde ad rogatum domini regis facere curarunt, set litteras predictas reprobando contempserunt nec eas aperire curarunt, set eas eidem Galfrido sub cera inclusas retrodiderunt et predicto Ade et eius attornato in iusticia in premissis exhibenda defuerunt in ipsius Ade dispendium non modicum et depauperationem manifestam. Requisiti, qualiter hoc sciunt, dicunt, quod transgressio et depredatio predicte sunt inter ipsos marinarios et mercatores ita notorie, quod factum illud et dicti Ade prosecutionem ac omnia premissa sciunt. In cuius rei testimonium huic inquisitioni sigilla sua apposuerunt. Datum London' in Gyhalda, vicesimo septimo die Maii, anno predicti regis undecimo.

*Reg. E. fol. 75b, im City-Archive.*

## MLII.

***Eduard II., König von England, befiehlt den Bailifs von Boston, die auf Antrag des Adam le Clerk von Lynn mit Beschlag belegten Güter Lübeckischer Kaufleute freizugeben, da diese Kaufleute zur deutschen Hanse gehörten und für die etwaige Schuld der Eigner der arrestirten Güter Bürgen gestellt hätten. 1318. Dec. 9.***

Rex balliuis Johannis de Britannia comitis Richemundie de sancto Botulpho salutem. Licet[1] nuper ad prosecucionem[2] dilecti mercatoris nostri Ade le Clerk de Lenn'[3], nobis suggerentis ipsum[4] quandam nauem suam vocatam la[5] Plente de Lenne precii centum librarum sterlingorum sale de Paytou[6], lampredis de Nantes

1) Cum. No. 1058. 2) querimoniam. 1055. 3) Ade le Clerk' de Lenn', mercatoris nostri. 1058. 4) se. 1054. 1055. 1056. 5) le. 1054. 1055. 6) Poytou. 1054. 1055. Die Worte fehlen in 1056.

et quibusdam balis de Bugeye[1] et[2] aliis bonis et mercimoniis ipsius Ade ad valenciam ducentarum librarum eiusdem monete in partibus de Paytou[3] carcari[4] fecisse, exinde[5] vsque ad villam sancti Johannis de Pert in Scocia pro commodo suo inde faciendo et in auxilium sustentacionis hominum nostrorum in municione eiusdem ville[6] existencium[7] ducendo, ac[8] Henricum[9] de Rekelynghous et quosdam alios[10] malefactores villarum de Grippeswald, Strallesound' et Lubyk nauem illam velantem versus predictam[11] villam sancti Johannis[12] in costera maris inter villam nostram magne Jernemuth' et Blakenay depredasse et[13] plures homines in eadem naui inuentos hostiliter[14] occidisse eandemque[15] nauem bona et mercimonia predicta vsque Aberden' in Scocia secum[16] abduxisse, bona[17] illa et mercimonia, robas et pannos predictorum hominum occisorum ibidem vendidisse et postmodum nauem predictam exinde vsque[18] dictam villam de Strallesound' secum duxisse[19] et voluntatem suam inde fecisse, nauem bona et mercimonia predicta prefato mercatori nostro[20] detinendo ad graue dampnum ipsius Ade et status sui depressionem manifestam, pro eo quod scabini et probi homines[21] de Grippeswold', Strillesound' et Lubyk'[22], quos per litteras nostras separatim rogauimus[23] speciales, vt[24] prefato mercatori nostro super restitucione nauis ac[25] bonorum et mercimoniorum predictorum[26], si extarent, vel de valore eorundem, si non extarent, ad[27] satisfactionem dampnorum, que occasione depredacionis predicte sustinuit[28], fieri facerent nostris precibus[29] debitum[30] iusticie complementum, nichil inde ad rogatum nostrum[31] facere curarunt[32], set prefato Ade in iusticia sibi exhibenda totaliter defuerunt, sicut per litteras patentes sigillo communitatis ciuitatis nostre London' signatas, nobis inde porrectas nobis constat, vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum predictarum villarum de Grippeswold', Strallesound' et Lubik', que infra balliuam vestram[33] inueniri conti[n]gerit[34], vsque ad summam centum librarum sine dilacione

---

1) Bugge. 1054. Buge. 1055. Bugey. 1056. 2) ac. 1056. 3) Poytou. 1054. 1055. Peytowe. 1056. 4) onerari. 1054. 1055. 1056. 5) Fehlt. 1056. 6) ville tunc. 1054. 1055. 7) pro — existencium fehlt. 1056. 8) ducendis, et. 1054. 1055. 1056. ducendum, ac. 1058. 9) Henricus. 1058. 10) Fehlt. 1056. 11) dictam. 1054. 1055. 12) illam — Johannis fehlt. 1056. 1058. 13) depredatos fuisse ac. 1054. 1055. 1056. depredasse. 1058. 14) in — hostiliter fehlt. 1056. 15) Fehlt. 1056. 16) vsque — secum fehlt. 1056. 17) et bona. 1054. 1055. bona — manifestam fehlt in 1056, und es heisst dafür: et prefato Ade detinuisse. 18) vsque ad. 1054. 1055. 19) In 1058. heisst es statt: et plures — duxisse verkürzt: bona et mercimonia in eadem naui existencia, quo volebant, abduxisse. 20) Ade. 1058. 21) scabini et consules dictarum villarum. 1056. 22) Lubyk' et Strallessound'. 1056. 23) pluries rogauerimus. 1056. 24) quod. 1056. 25) Fehlt. 1058. 26) super recuperacionem nauis ac aliorum bonorum et mercimoniorum suorum. 1056. 27) in. 1058. 28) si extarent — sustinuit fehlt. 1056. 29) Fehlt. 1056. 30) debitum et festiuum. 1056. 1058. 31) huiusmodi rogatus nostros. 1056. 32) curauerunt. 1056. 1058. 33) suam. 1058. 34) contingeret. 1058.

arestari et saluo custodiri faceretis[1], quousque prefato mercatori nostro de centum libris in partem satisfactionis bonorum et mercimoniorum ac dampnorum predictorum esset satisfactum, vel aliud a nobis super hoc haberetis[2] in mandatis, cuius pretextu bona et mercimonia hominum et mercatorum subscriptorum arrestastis, videlicet de Johanne Scotdorp' mercatore de Lubyk' piscem durum ad valenciam viginti librarum, de Odberto Scriptore mercatore eiusdem ville piscem durum ad valenciam decem librarum, de Johanne Albo mercatore eiusdem ville piscem durum ad valenciam decem librarum, de Bernardo Florekyn mercatore eiusdem ville piscem durum ad valenciam decem librarum, de Damelt de Gostheuen mercatore eiusdem ville piscem durum ad valenciam decem librarum, de Gerardo Rauennouge mercatore eiusdem ville piscem durum ad valenciam viginti librarum, de Alberto Parlement mercatore (eiusdem ville piscem durum) ad valenciam decem librarum, et de Tidmanno de Monasterio mercatore eiusdem ville piscem durum ad valenciam decem librarum, sicut nobis retornastis, et quia dicti mercatores, in cancellaria constituti, asserunt se de hansa mercatorum Alemannie existere et (eo) pretextu bona eorum ad prosecucionem prefati Ade ea occasione arestari non debere, et inuenerunt nobis Johannem de Longe, Johannem de Lubyk', qui manuceperunt, videlicet quilibet eorum in solidum, pro predictis mercatoribus in Alemannia respondere et satisfacere prefato Ade le Clerk' vel alibi ad mandatum nostrum de predictis quadringentis libris, si per consideracionem curie nostre dictos mercatores de Alemannia inde contingat onerari: vobis precipimus, quod omnia bona et mercimonia dictorum mercatorum de Alemannia per vos ea occasione arestata sine dilacione dearrestari et prefatis mercatoribus de Alemannia liberari faciatis, ad commodum suum faciendum, prout sibi melius viderint expedire. Teste rege, apud Ebor', IX die Decembris, per consilium.

*Rot. Claus. 12. Edw. II. 17, im Tower. Ibid. membr. 9. 4. ähnliche Schreiben an die Bailifs von Ravensere. York, April 24. Juni 8.*

## MLIII.

*Eduard II., König von England, befiehlt den Sheriffs von London, die in Folge früheren Befehls (No. 1046.) mit Arrest beschlagenen Güter von Kaufleuten der deutschen Hanse wieder frei zu geben. 1319. Aug. 15.*

Rex vicecomitibus London' salutem. Cum — librarum (*wie No. 1046.*), videlicet quinque balas amigdalarum ad valenciam duodecim librarum et decem

1) facerent 1058. 2) haberent. 1058.

solidorum, et tria dolia, que continebant duo milia quadringentas quatuorviginti et octo libras zucri in pane ad valenciam centum quinquaginta et quinque libras (!) et decem solidorum, ac crocum ad valenciam decem et nouem librarum et duodecim solidorum et sex denariorum, necnon quibibes ad valenciam decem et septem librarum et octo solidorum, et eciam duas balas piperis ad valenciam decem et septem librarum et quindecim solidorum et sex denariorum, necnon unam balam brasilii ad valenciam decem et septem librarum tresdecim solidorum et sex denariorum, et claues gariophili ad valenciam triginta et vnius librarum et septem solidorum, ac eciam maces ad valenciam viginti et octo librarum et quatuor solidorum, in quadam — malefactores *(wie No. 1046.)*, tam de partibus Hanonie, Holandie et Selandie quam de villis Colonie, Dortmund', Rikelynghous', Lubik', Osenbrugg', Menstre, Grippeswold', Sussalt et Hamburgh', ac aliunde de partibus Alemannie— manifestam (*wie No. 1046.*), pro eo quod comes Holandie et Selandie per se, ac burgimagistri, scabini, consules et balliui de dictis villis Colonie, Dortmund', Rikelinghous', Lubyk', Osenbrugg, Menstre, Grippeswold', Sussalt et Hamburgh', quos per litteras nostras separatim rogauimus speciales, vt dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitum iusticie complementum ac de dampnis, que sustinuit ea occasione, emendas racionabiles fieri facerent, nichil inde ad rogatus nostros facere curauerunt, set eidem mercatori nostro super hoc defuerunt omnino in iusticia exhibenda, sicut maior et communitas ciuitatis nostre London' per litteras suas patentes communi sigillo suo signatas nobis significarunt, vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum dictarum villarum Colon', Dortmund', Rikelynghous, Lubyk', Osenbrugg', Menstre, Grippeswold', Sussalt et Hamburgh', que infra eandem ciuitatem inueniri contigerit, vsque ad summam dictarum trescentarum librarnm ac eciam dampnorum suorum predictorum legitime taxandorum arestari faceretis, protextu (!) cuius mandati nostri bona et mercimonia ad valenciam sexaginta et decem librarum super Hermannum le Skippere, mercatorem Alemannie, arestata prefato Willelmo in partem satisfactionis trescentarum librarum predictarum fecimus liberari, ac licet postmodum, volentes prefato mercatori nostro super recuperacionem residui dictarum trescentarum librarum, ac centum librarum, ad qua (!) dampna, que prefatus Willelmus sustinuit in hac parte, estimantur, subuenire, vobis precepimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum dictarum villarum Colon', Dortmund', Rikelynghous, Lubyk', Osenbrugg', Menstre, Grippeswold', Sussalt et Hamburgh', que infra balliuam vestram inueniri

contigerit, vsque ad summam ducentarum et triginta librarum, que adhuc restant leuande de dictis trescentis libris, necnon et dictarum centum librarum pro dictis dampnis estimatarum, vt est dictum, sine dilatione arestari et saluo custodiri faceretis, quousque prefato Willelmo de predictis trescentis et triginta libris ad plenum fuisset satisfactum, vel aliud a nobis super hoc haberetis in mandatis, sustencionis tamen nostre non extitit nec existit, quod vos pretextu eiusdem mandati nostri bona et mercimonia mercatorum aliquorum de hansa Alemannie infra regnum nostrum faceretis aliqualiter arestari: nos igitur, nolentes, quod mercatores de hansa predicta, quorum bona et mercimonia nuper in ciuitate predicta inuenta pretextu dicti mandati nostri arestari fecistis, ut accepimus, indebite pregrauentur, vobis precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum de hansa predicta, si que in ciuitate predicta pretextu mandati nostri predicti fecistis arestari, et sine dilatione dearestari et mercatoribus de hansa predicta, quorum sunt, liberari faciatis, bona et mercimonia mercatorum eorundem nullatenus arestando occasione supradicta, donec aliud a nobis super hoc habueritis in mandatis. Teste rege, apud Herefordebrigg', XV die Augusti.

*Rot. Claus. 13. Edw. II. 18, im Tower.*

## MLIV.

*Eduard II., König von England, befiehlt den Bailifs von Ravensere, die auf Antrag des Adam le Clerk von Lynn mit Beschlag belegten Güter Lübeckischer Kaufleute freizugeben, da diese Kaufleute zur deutschen Hanse gehörten und für die etwaige Schuld der Eigner der arrestirten Güter Bürgen gestellt hätten. 1319. Dec. 4.*

Rex balliuis suis de Raueneserod' salutem. Licet — manifestam (*wie No. 1052.*), rogauerimus — constat (*wie No. 412. Abweichungen: S. 361. Z. 17.* ipsius mercatoris. *Z. 17.* vel per eius. *Z. 18.* prefato Ade super restitucionem. *Z. 20.* satisfactionem. *Z. 21.* festiuum. *Z. 23.* Galfridum atte Feld'. *Z. 27.* prefato Ade. *Z. 28.* in hac parte totaliter. *Z. 29.* directas.), per quod nos, volentes prefato mercatori nostro super recuperacionem nauis et bonorum suorum predictorum vel estimacionis eorundem necnon satisfactionem dampnorum, que occasione predicta sustinuit, subuenire, vobis precepimus, quod omnia — occasione (*wie No. 412. Abweichungen: S. 361. l. Z. — 362. Z. 3.* Lubike, que infra libertatem vestram inueniri. *Z. 4.* de hansa Theutonicorum London' commorancium. *Z. 6.* custodire faceretis. *Z. 6.* de eisdem ducentis libris in partem satisfactionis. *Z. 8.* nobis inde haberetis.) aresta-

retis, nobis sub sigillis vestris distincte et aperte constare faceretis, ac vos pretextu mandati nostri predicti *quandam nauem Hermanni de Hamme magistri nauis sue de Lubike cum attilio eiusdem ad valenciam decem librarum, et durum piscem, bukeselle et coria Simonis de Minstre mercatoris de Lubike ad valenciam viginti librarum, et durum piscem Bernardi Flourkyn mercatoris de Lubik' ad valenciam quadraginta librarum, et durum piscem et coria Ludolphi Canfeld' mercatoris de Lubike ad valenciam viginti et septem librarum, et durum piscem, [de] bukfeld' et coria Cristiani de Celle mercatoris de Lubike ad valenciam sexaginta librarum, et oleum Albredi de Celle mercatoris de Lubike ad valenciam sexaginta solidorum, et coria Euerardi Pape mercatoris de Lubike ad valenciam sexaginta et decem solidorum arestastis, sicut per returnum vestrum plenius nobis constat, et predicti Ludolphus et Albredus pro se et sociis suis predictis, in cancellaria nostra constituti, asseruerunt se esse de hansa predicta et ipsorum bona et mercimonia predicta per vos ad sectam prefati Ade iniuste arestata fuisse, et hoc optulerunt se probaturos, prout curia nostra considerauerit in hac parte, prefato Ade per attornatum suum in dicto negocio contrarium asserente, super quo deliberare vlterius facere proponimus, quod fieri debet in hac parte, vobis precepimus, quod, si predicti Hermannus, Simon, Bernardus, Ludolphus, Cristianus, Albredus et Euerardus inuenirent nobis sufficientem manucapcionem, pro qua respondere velletis de respondendo prefato Ade de predictis centum sexaginta et tribus libris et decem solidis, ad que bona et mercimonia predicta sic arestata estimantur, videlicet quilibet illorum pro summa ipsum contingente, si contingat ipsos inde prefato Ade respondere debere, tunc bona et mercimonia predicta per vos sic arestata sine dilacione dearestari, et eisdem Hermanno, Simoni, Bernardo, Ludolpho, Cristiano, Albredo et Euerardo liberari faceretis ad commodum suum inde faciendum, de quo nichil hucusque actum existit, per quod partibus predictis postmodum coram nobis in cancellaria nostra comparentibus diem dedimus in parliamento nostro apud Eboracum in octabis sancti Hillarii proximo futuris summonito ad faciendum vlterius in negocio predicto et recipiendum, quod iusticia suadebit, et quia predicti Hermannus, Simon, Bernardus, Ludolphus, Cristianus, Albredus et Euerardus inuenerunt coram nobis in eadem cancellaria Johannem Rotenheryng' de Kyngeston' super Hull', Ricardum de la Pole de Kyngeston' super Hull', Willelmum de Barton' de Kyngeston' super Hull' et Nicholaum de Catton' de Ebor', qui manuceperunt pro eisdem Hermanno, Simone, Bernardo, Ludolpho, Cristiano, Albredo et Euerardo respondere prefato Ade de predictis centum sexaginta et tribus libris et decem solidis, videlicet pro quolibet eorum pro porcione ipsum inde contingente, si contingat per curiam nostram

considerari, quod pecunia illa eidem Ade debeat liberari: vobis precipimus, quod bona et mercimonia predicta per vos sic arestata sine dilacione dearestari et ea adeo integre, sicut arestata fuerunt, eisdem Hermanno, Simoni, Bernardo, Ludolpho, Christiano, Albredo et Euerardo vel eorum in hac parte attornatis sine dilacione deliberari faciatis per manucapcionem predictam et ad commodum suum inde faciendum. Et hoc nullo modo omittatis. Teste rege, apud Eboracum, quarto die Decembris.

*Rot. Claus. 13. Edw. II. 11, im Tower*

## MLV.

*Eduard II., König von England, befiehlt den Bailifs von Ravensere, ausser den zum Belauf von 163½ Pf. St. angehaltenen und bedingungsweise wieder frei gegebenen Lübeckischen Gütern, zur Schadloshaltung des Adam le Clerk bis zu 200 Pf. St. auch noch für die restirenden 36½ Pf. St. Kaufmannsgüter aus den betreffenden Städten mit Beschlag zu belegen. 1319. Dec. 5.*

*(Gleichlautend mit No. 1054. bis *, von wo es weiter heisst:)* diuersa bona et mercimonia Hermanni de Hamme, Simonis de Minstre, Bernardi Flourkyn, Ludolphi Caanfeld, Cristiani de Celle, Albredi de Celle et Euerardi Pape, mercatorum predicte ville Lubike, ad valenciam centum sexaginta et trium librarum et decem solidorum arestaueritis, sicut nobis retornastis: nos, volentes prefato Ade de triginta et sex libris et decem solidis residuis satisfieri, vt est iustum, vobis precipimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum predictarum villarum de Grippeswold', Strallessound' et Lubike, vltra bona illa per vos, vt est dictum, arestata, et que mandauimus prefatis mercatoribus de Lubik' per securitatem sub certa forma liberari, que infra balliuam vestram inueniri contigerit, exceptis mercatoribus, qui sunt de hansa predicta, ac bonis eorundem, vsque ad dictam summam triginta et sex librarum et decem solidorum residuorum sine dilacione arestari et saluo custodiri faciatis, donec eidem Ade de predictis triginta et sex libris et decem solidis fuerit satisfactum, vel aliud a nobis super hoc habueritis in mandatis. Et de bonis, que sic arestaueritis, et valore eorundem, et quorum et cuius fuerint, et de toto facto vestro in hac parte reddatis nos distincte et aperte per vestras litteras certiores, remittentes nobis hoc breue. Teste rege, apud Eboracum, V die Decembris.

*Folgt der vorigen Urkunde auf derselben Rolle.*

## MLVI.

*Eduard II., König von England, weiset die Bürgen der Lübeckischen Eigenthümer der auf Antrag des Adam le Clerk von den Bailifs von Ravensere arrestirt gewesenen Güter an, diese den neuen von den gedachten Kaufleuten gestellten Bürgen auszuliefern. 1320. Febr. 22.*

Rex dilectis sibi Johanni Rotenheryng' de Kyngeston' super Hull' et Ricardo de la Pole de Kingeston' super Hull', Willelmo de Barton' de Kyngeston' super Hull' et Nicholao de Catton' de Ebor' salutem. Licet — curauerunt (*wie No. 1052.*), preceperimus balliuis nostris de Rauenesrodd', quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum predictarum villarum de Grippeswold', Strallessound', Lubyk', que infra libertatem ville predicte inueniri contingeret, exceptis mercatoribus, qui sunt de hansa Teutonicorum London' commorantium, vsque ad summam ducentarum librarum sterlingorum arestari facerent et saluo custodiri, quousque eidem mercatori nostro de dictis ducentis libris in partem satisfactionis bonorum et mercimoniorum predictorum esset satisfactum, vel aliud a nobis inde haberent in mandatis, cuius quidem pretextu mandati dicti balliui quandam nauem Hermanni de Hamme de Lubyk' cum attilio eiusdem ad valenciam decem librarum, et durum piscem, buksel et coria Simonis de Minstre mercatoris de Lubyk ad valenciam viginti librarum, et durum piscem Bernardi Flurkyn mercatoris de Lubyk ad valenciam quadraginta librarum, et durum piscem et coria Ludolphi Canfeld' mercatoris de Lubyk' ad valenciam viginti et septem librarum, et durum piscem, buksel et corea Crispiani de Celle mercatoris de Lubyk' ad valenciam sexaginta librarum, et oleum Albredi de Celle mercatoris de Lubyk' ad valenciam sexaginta solidorum, et corea Euerardi Pape mercatoris de Lubyk' ad valenciam sexaginta et decem solidorum arestarunt, sicut per retornum dictorum balliuorum nobis plenius constat, que quidem bona et mercimonia per eosdem balliuos sic arestata per manucapcionem, quam predicti Hermannus, Simon, Bernardus, Ludolphus, Cristianus, Albredus et Euerardus eisdem balliuis ad mandatum nostrum per vos inuenerunt de respondendo prefato Ade de centum sexaginta et tribus libris et decem solidis, ad que bona et mercimonia predicta sic arestata estimantur, videlicet quilibet vestrum pro summa contingente, si contingeret ipsos mercatores inde onerari, in manibus vestris remanent, vt dicitur, custodienda iuxta formam manucapcionis supradicte. Quia tamen iidem Hermannus, Simon, Bernardus, Ludolfus, Cristianus, Albredus et Euerardus, in cancellaria nostra constituti, inuenerunt coram nobis in eadem cancellaria Gilbertum de Mordon', Johannem le Long, Ricardum Cube, Johannem Brond et Philippum

Lucas de ciuitate nostra London', qui manuceperunt pro eisdem Hermanno, Simone, Bernardo, Ludolfo, Cristiano, Albredo et Euerardo respondere prefato Ade de predictis centum sexaginta et tribus libris et decem solidis, videlicet quilibet eorum pro porcione ipsum inde contingente, si contingat per curiam nostram considerari, quod pecunia illa eidem Ade debeat liberari: vobis mandamus, quod bona et mercimonia predicta per predictos balliuos sic arestata et per dictam manucapcionem vobis tradita[m] prefatis mercatoribus vel eorum in hac parte attornatis integre et absque districtione aliqua liberetis. Volumus enim vos de manucapcione illa erga nos et prefatum Adam ex nunc exonerari. Teste rege, apud Westmonasterium, XXII die Februarii.

*Rot. Claus. 13. Edw. II. 8, im Tower.*

## MLVII.

***Ein Gemeinschuldner und dessen Ehefrau treffen eine vorläufige Uebereinkunft mit ihren Gläubigern. 1320. Oct. 28.***

Nos communes ac vniuersi debitores Nicolai ac vxoris eius domine Her‖derad in platea, que dicitur Clochgeyterstrate, recognoscimus ‖ presentibus, nos vnanimi consensu recepisse ab eis XXII marc. den. lubicen. ‖ pro debitis nostris, videlicet in hunc modum, quod eisdem plenum posse et facultatem conferimus, quod eorum hereditatem vendere possint et cum ea facere vel dimittere possint, quidquid eorum placuerit voluntati, ac eosdem in dicta hereditate in nullo impediemus seu aliquatenus molestemus. Preterea dicto Nicolao concedimus largum et liberum accessum infra hinc et festum Pasche proxime venturum in ciuitatem Lubicensem veniendi et manendi. Si vero excepta dicta hereditate aliquid perciperimus (!) de bonis eorum, vbicunque locorum existerint (!), illud impetere et arrestare possimus audacter, cum hoc non sumus neglecti. Jtem si auxilio Dei res eorum meliorentur, quod Deus det, extunc nobis persoluent pro eorum modulo possibilitatis, quidquid possint. Testes huius rei sunt domini consules, dominus Hinricus de Wittenborch et Hinricus de Plescowe. Actum anno Domini M̊CCC̊XX̊, Symonis et Jude apostolorum.

*In dorso*: Credencia domine Herderad in Clochgeyterstrate.

Litterae memoriales, *auf der Registratur.*

## MLVIII.

*Eduard II., König von England, verfügt, die Bürgen für die Lübeckischen Kaufleute, deren Güter auf Antrag des Adam le Clerk mit Beschlag belegt gewesen, da jene Kaufleute nunmehr dargethan, dass sie zur deutschen Hanse gehörten, ihrer Verpflichtungen zu entledigen. 1321. Febr. 8.*

Rex Johanni le Long' et Johanni de Lubyk' salutem. Cum nuper — constat (*wie No. 1052.*), preceperimus balliuis Johannis de Britannia comitis Richemund' de sancto Botulpho, quod ipsi — mandatis (*wie No. 1052*), dicti balliui pretextu mandati nostri predicti de bonis et mercimoniis Johannis Scoder' mercatoris de Lubyk' ad valenciam viginti librarum, Odberti Scriptoris mercatoris eiusdem ville ad valenciam decem librarum, Johannis Albi mercatoris eiusdem ville ad valenciam decem librarum, Bernardi Florekyn mercatoris eiusdem ville ad valenciam decem librarum, Danielis de Gosteuen mercatoris eiusdem ville ad valenciam decem librarum, Gerardi Rauenoge mercatoris eiusdem ville ad valenciam viginti librarum, Alberti Parlement mercatoris eiusdem ville ad valenciam decem librarum, et Tidemanni de Monasterio mercatoris eiusdem ville ad valenciam decem librarum arestauerunt, sicut nobis retornarunt, dictique mercatores, in cancellaria nostra constituti, asseruerint se esse de hansa mercatorum Alemannie et eo pretextu bona eorum occasione premissa arestari non debere, et inuenerunt coram nobis vos manucaptores suos, videlicet quemlibet vestrum in sol(idum), de respondendo et satisfaciendo prefato Ade le Clerk' de predictis quadringentis libris, si per consideracionem curie nostre dictos mercatores de Alemannia inde contingeret onerari, ac iam per recordum et processum coram nobis inde habitum et in cancellaria nostra de mandato nostro missum compertum sit, quod dicti mercatores ante diem arestacionis predicte et eciam die arestacionis illius et post fuerunt de hansa Alemannie et adhuc sunt, consideratumque sit, quod predictus Adam nichil capiat per querelam suam antedictam, et quod bona et mercimonia predicta dearestentur et dictis mercatoribus de Alemannia, in quorumcunque manibus ea inueniri contigerit, liberentur: nos, indempnitati vestre prospicere volentes in hac parte, de manucapcione vestra predicta pro predictis mercatoribus, vt est dictum, facta vos penitus exonerari et quietos esse iuxta consideracionem nostram supradictam, et quod bona et mercimonia predicta, in quorumcunque manibus ea inueniri contigerit, eisdem mercatoribus integre liberentur. Teste rege, apud Hauering' atte Boure, VIII die Februarii.

Eodem modo exonerantur Gilbertus de Mordon predictus, Johannes le Longe, Ricardus Cube, Johannes Brond' et Philippus Lucas de ciuitate London' de manu-

capcione, quam fecerunt pro predictis mercatoribus de Alemannia in cancellaria regis de respondendo prefato Ade le Clerk' de centum sexaginta et tribus libris et decem solidis, si contingeret etc., vt supra, de quodam aresto super dictos mercatores de Alemannia per balliuos regis de Rauenesrod' ad sectam dicti Ade facto. Teste, vt supra.

*Rot. Claus. 14. Edw. II. 10, im Tower.*

## MLIX.

***Eduard II., König von England, ersucht König Ludwig von Deutschland, da zwei Lübecker Bürger einem seiner Unterthanen eine klare Schuld nicht bezahlt hätten, den Behörden von Lübeck zu befehlen, Diesem die bisher versagte Rechtshülfe zu gewähren. 1321. Aug. 5.***[1]

Magnifico principi, domino H.[2] Dei gracia regi Almannie illustri, amico suo carissimo, Edwardus eadem gracia rex Anglie etc. salutem et successus ad vota prosperos ac felices. Querelam dilecti nobis Hugonis de Wircestre, ciuis ciuitatis nostre London', recepimus, continentem, quod, cum ipse dudum in eadem ciuitate quasdam merces suas Henrico de Hatthorp et Johanni Sater, Teutonicis de villa de Lubyk', que est de dominio vestro, pro quaterviginti libris eidem Hugoni certis terminis, iam diu est preteritis, soluendis vendidisset et merces illas eidem Henrico et Johanni liberasset, prout in ipsorum litteris, quas idem Hugo penes se habet, plenius continetur, iidem Henricus et Johannes, receptis mercibus predictis, non satisfacto eidem Hugoni in aliquo de precio earundem, a regno nostro Anglie clam et latenter recesserunt et ad dictam villam de Lubyk se, vt dicitur, transtulerunt. Et licet nos ad prosecucionem eiusdem Hugonis burgimagistros, aldermannos et balliuos dicte ville de Lubyk pluries rogauerimus per nostras litteras speciales, quod, audita querela ipsius Hugonis super premissis, ipsos Henricum et Johannem ad satisfaciendum ei vel eius attornato seu procuratori de debito predicto et dampnis, que occasione detencionis eiusdem docere se posset incurrisse, compellerent iusticia mediante, iidem tamen burgimagistri, aldermanni et balliui nichil inde ad huiusmodi rogatus nostros hucusque facere curauerunt in ipsius Hugonis graue dampnum et depauperacionem manifestam. Et quia prefato Hugoni, sicut ceteris subditis nostris, in suis oppressionibus subuenire tenemur, magnificenciam vestram affectuose requirimus et rogamus, quatenus prefato Hugoni super debito et dampnis predictis fieri

1) Vgl. No. 1049. 2) l. L(udovico).

iubeatis iusticie complementum, ita quod pro defectu iusticie non oporteat nos pro ipso de alio remedio prouidere, rescribentes nobis, si placet, quid inde ad nostrum rogatum duxeritis faciendum. Teste rege, apud Westmonasterium, V die Augusti.

*Rot. Claus. 15. Edw. II. 36. dorso, im Tower.*

## MLX.

***Wessel, genannt vom Berge, verlässt vor dem Lübeckischen Rathe dem St. Johannis-Kloster Alles, was er etwa in dem Dorfe Wulfsdorf besitzen möchte. 1321. Dec. 14.***

Notum sit, quod Wezcelus dictus de Monte coram dominis consulibus Lubicensibus pro se et suis heredibus || et eorundem posteris in perpetuum simpliciter resingnauit dominabus claustralibus sancti Johannis ciuitatis || Lubicensis omnia bona sua, si qua fortassis sibi conpetebant in villa Wuluestorp, siue consistant || in aliqua curiarum aut domorum dicte ville, aut in agris aut in ortis, pratis, pascuis, terris cultis [cultis] et incultis, lingnis, aquis aut rebus alijs quibuscunque ad dictam (villam) Wuluestorp pertinentibus, ita quod ipsi Wezcelo et suis heredibus aut eorum posteris in perpetuum pro bonis ad dictam villam pertinentibus nulla deinceps accio vel peticio conpetere poterit aut debebit. Actum anno Domini M̊CC̊C vicesimo primo, in crastino sancte Lucie virginis. Testes sunt domini consules, dominus Hinricus de Plezcecowe et Johannes de Gustrowe.

*In dorso:* Protestacio facta inter Wezcelum dictum de Monte et dominas claustrales sancti Johannis coram consulibus.

Litterae memoriales, *auf der Registratur.*

## MLXI.

***Johann, Probst, und ganzer Convent zu Segeberg ersuchen den Rath zu Lübeck um Freilassung ihres Müllers Eler. O. J. (1308—1323.)***[1]

Viris honorabilibus et discretis, dominis Seg(hebodoni) et Brun(oni) proconsulibus, ac vniuersis consulibus || in Lubeke, Johannes Dei gracia prepositus totusque conuentus Segebergensis ecclesie cum omni beniuolencia || oraciones in Domino. Cum de vobis omnibus et singulis tocius boni ac promocionis plenam habeamus

1) Segebodo Crispin, welcher als Bürgermeister seit 1308 genannt wird, starb 1323, Apr. 3. (Quasimodog.) Probst Johann zu Segeberg findet sich 1305, Jul. 6. und 1310, Jul 26.; 1300 ist Conrad daselbst Probst, 1324 Heinrich. Vgl. No. 266. Urk.-B. des Bisth. Lüb. I. No. 366. 408. 511. S. 630.

confidenciam et magnam partem profectus ecclesie nostre in vos reponamus, vniuersitatem vestram nobis in Domino vere dilectam requirimus humiliter et rogamus, quatinus propter Deum et nostras preces Elerum molendinarium et famulum nostrum, quem, sicut audiuimus, detinetis captiuum, beate Virgini, cuius seruus est, et nobis dare liberaliter et dimittere dignemini liberum et solutum, adtendentes, quod, quandocumque, quocienscumque et ad quecumque volueritis, fuerimus et simus beniuoli vobis omnibus et parati.

*In dorso*: Honorabilibus viris, consulibus in Lubeke.

*Nach dem Originale auf der Trese, mit aufgedrücktem Siegel des Probstes, welches den Brief schloss.*

## MLXII.

***Otto, Graf von Hoya, erklärt, wegen der einem seiner Ritter in Lübeck von einem dortigen Bürger widerfahrenen Beleidigung mit der Stadt ausgesöhnt zu sein. O. J. (1310—23.)***[1]

Otto Dei gracia comes in Hoya. Prouidis viris et honestis, . . consulibus ciuitatis || Lubicensis, sincere dilectionis et promocionis incrementum. Accedens ad nos Jo(hannes) dictus de Hattorpe, || noster dilectus hospes, vester conciuis, nobis declarauit sub verbis creditiuis affirmans, quod ob||probrium seu contumelia, que nobis in uestra ciuitate per vestrum burgensem in milite nostro contingebat, vobis sit et fuerat molestum supra modum, quod non solum verbis, sed acerrimis uindictis, sicuti nobis narrauit, demonstratis: pro qua causa predictus Jo(hannes), noster hospes, nos attentissime deprecabatur, ut eam dimitteremus, quod tandem facere nos oportebat. Vnde scire debetis, quod in honorem vestrum et ob preces suas omnem iram propter dictam causam in nobis concitatam penitus dimisimus et presentibus dimittimus, nolentes amplius recordari, sed vobis prompti et beniuoli esse uolumus omnem uestram uoluntatem pro nostra possibilitate adinplendam, et vestros burgenses singulos et vniuersos promouere uolumus, ubicunque et quandocunque necesse habuerint, quemadmodum nostros proprios viros et uasallos. Ceterum vestram honestatem prouidam et discretam attentioribus precibus deprecamur, quatenus Euerhardum, uestrum conburgensem, in uestra graui indignatione ob nostram causam, ut intelleximus, constitutum, ad graciam uestram recipere dignemini, ipsi

1) Der Rathmann Johann de Hattorp kommt im Ober-Stadtbuche 1310—36 vor, Graf Otto von Hoya 1286—1323; 1324 stellt sein Sohn Gerhard ohne den Vater eine Urkunde aus, 1326 Otto's Wittwe Ermgard, Tochter des Grafen Adolph zu Holstein-Schauenburg.

misericordiam talem facientes, quod preces nostras sibi sentiat efficaciter profuisse, quod inter nos et uos erit in perpetuum mutue amicicie certitudo ex parte nostra iugiter obseruanda. Jn uigilia Margarete, datum in Leuenowe. Cetera lator.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem in seinem unteren Theile erhaltenen Reitersiegel.*

## MLXIII.

### *Otto, Graf von Hoya, antwortet dem Rathe zu Lübeck auf dessen Klage wegen eines Handels mit einem seiner Unterthanen. O. J. (Vor 1323.)*[1]

Otto Dei gracia comes de Hoya. Honorabilibus viris et discretis, consulibus ciuitatis Lubicensis, ‖ omnis affectus plenitudinem et honorem. Scitote, quod de Cristiano dicto Buccr'[2], de quo nobis scripsistis, ‖ nichil cum ipso facere amplius habuimus nec habemus, sed rogati ipsi litteras petitorias, sicut dominorum est facere, ‖ dedimus generales. Vnde quod ipse justiciam et equitatem facere recusat, nobis indignum et irracionabile putabitur et videtur, et de omnibus vestris iniurijs et offencionibus condolemus.

*Nach dem Originale, auf der Trese, an welchem ein Stück des Siegelbandes, die Einschnitte für dasselbe und eine schwache Spur an der Stelle, wo das Siegel aufgedrückt gewesen, noch vorhanden sind.*

## MLXIV.

### *Graf Berthold von Henneberg empfiehlt die Bürger von Lübeck dem besonderen Schutze des Grafen Burchard von Mansfeld. O. J. (1325—27.)*[3] *März 24.*

Nobili viro, domino Burchardo comiti de Mansvelt, amico suo karissimo, Bertoldus ‖ Dei gracia comes de Hennemberg desideriosum in omnibus animum complacendi. Ciues vni‖uersos et singulos ciuitatis Lubecensis nobis sincere dilectos et specialiter a domino Ludowico Roma‖norum rege commissos vobis fideliter duximus conmittendos, rogantes affectuose, quatenus eos vobis sic conmissos, cum ab ipsis requisiti fueritis, in omnibus suis agendis promoueatis ipsosque cum omni diligencia pro suis indigenciis tueri et defendere nostri intuitu studeatis, in quo nobis voluntatem exhibebitis vtique promerendam. Datum Slevsungen, in vigilia Annunciacionis beate Virginis, sub sigillo nostro presentibus atergo appresso.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Spuren eines aufgedrückt gewesenen Siegels.*

---

1) Vgl. No. 1062. Ob die obige Urkunde denselben Ritter betrifft, was sonst wahrscheinlich wäre, ergeben Inhalt und Namen nicht. 2) Bucer, Butener?

3) Seit dem Jahre 1324 erscheint Graf Berthold von Henneberg als königlicher Gesandter, seit 1325 als Vogt in Beziehung zur Stadt Lübeck. Vgl. No. 451. 453. 455. 462. Detmar I, 218. 1328, 17. Jan. ward Ludwig zum Kaiser gekrönt, welcher in obiger Urkunde noch römischer König genannt wird.

## MLXV.

*Eccard, Probst, Johann, Prior, und gesammtes Capitel der Ratzeburger Kirche quittiren über den Empfang der ihnen aus dem Lübeckischen Zolle zukommenden 27 Mark Pf. 1327. Nov. 17.*[1]

Echardus Dei gracia prepositus, Johannes prior totumque capitulum ecclesie Raze‖burgensis. Vniuersis presencia visuris salutem in Domino. Puplice presentibus protesta‖mur, nos vigintiseptem marcas den. lubicen. bonorum et legalium nobis ex te‖loneo ciuitatis Lubicensis debitas de anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo recepisse, dimittentes ab ipsarum solucione ciuitatem ipsam Lubicensem pro anno predicto quitam pariter et solutam. Jn cuius rei testimonium sigillum nostri capituli presentibus est appensum. Datum anno Domini M̊C̊C̊C̊ vicesimo septimo, feria tercia proxima post festum beati Martini.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit anhängendem zur Hälfte erhaltenen Siegel.*

## MLXVI.

*Karl Næskonungsſon, königlicher Vogt in Finnland, schreibt dem Rathe zu Lübeck, dass bei einem in der Nähe von Reval verübten Seeraube keine Finnländer sich betheiligt hätten. O. J. (1327—29.)*[2]

Vos reuerendos viros et honestos, consules ciuitatis Lybycensis, Karolus Næskonunxſon ‖ terrarum Finlandie capitaneus, quidquid honoris poterit, cum salute perhenni. Quia in ‖ litteris vestris nuper intellexi uos asserentes, quod quidam homines de terris et finibus, ‖ quorum prouisionem et ordinacionem habeo, quasdam naues et bona plurimorum mercatorum in aquis prope Rewaliam rapuerunt, significo uobis, nullas de dominio, cuius prouisionem gero, uestris uel aliis quibuscunque per rapinam iniuriam aliquam intulisse, nec aliquis uobis uel uestris me uolente uel me sciente amodo dampna inferat, prout in me est ullo modo. Jn Christo valete, pro uero scientes, me commodis uestris intendere et honori, quod michi meisque per uos spero fieri econuerso. Scriptum Lyncopie, quinta feria proxima ante beati Andree apostoli.

*In dorso:* Discretis uiris, consulibus ciuitatis Lybycensis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit den Einschnitten für das Siegelband und Spuren des aufgedrückten Siegels. Es trägt die alte Signatur des Lüb. Archives:* Karl Nickelsſon.

1) Vgl. No. 380. 2) Karl Næskonungsſon wird 1327, 22. März Capitaneus Finlandensis, und 1330, 23. Jul. Advocatus super Finlandiam et Alandiam genannt. Sein Vorgänger Matthias Hætilmundsſon ist 1326 oder 1327 gestorben; am 27. Nov. 1330 wird schon Karl Heraldsſon als Cap. Finland. angeführt. Hildebrand. Dipl. Svecan. IV, I. 10. 170. 188.

## MLXVII.

*Der Lübeckische Bürger Nicolaus von Alen urkundet über den Verkauf und die Verlassnng des Dorfes Eckhorst und der Hölzung, die Wüstenei genannt, an seinen Bruder Eberhard von Alen. 1332. Jul. 20.*[1]

Notum sit, quod ego Nicolaus de Alen, accedente consensu omnium, quorum consensus fuerat requirendus, ‖ vendidi et resignaui dilecto meo fratri Euerhardo de Alen meam villam Eychorst et curiam ‖ in ipsa jacentem in agris cultis et incultis, pratis, pascuis, paludibus, cespitibus, vijs et inuijs ‖, rubetis et nemoribus, aquis aquarumque decursibus et cum omnibus alijs, que infra campimarchiam sita sunt, cum proprietate, libertate, possessione, comoditate, necnon cum omni jure, vtilitate ac emolimentis, prouentibus et redditibus, prout pater ipsius et meus dominus Thidemannus de Alen pie memorie tenuit et possedit. Hec igitur omnia transtuli in dictum meum fratrem Euerhardum suosque veros in heredes ac cessi ad habendum, tenendum et possidendum, et quicquid ipsi placuerit, cum eis perpetuo faciendum. Vendidi etiam dicto meo fratri Euerhardo meam partem et portionem lignorum, que dicuntur Wostenyghe, cum omnibus distinctionibus, sicut jacent, que similiter ipsi ad tenendum et habendum ea perpetuo resignaui. Testes huius sunt domini consules, videlicet Jordanus de Tribbeses et Hermannus de Wickede, qui has litteras testimoniales ad se de jussu dominorum consulum receperunt. Actum anno Domini M̊CCĈXXXII̊, feria secunda ante diem beate Marie Magdalene proxima.

*In dorso:* Testimonialis littera Euerhardi et Nicolai fratrum de Alen.

Litterae testimoniales, *auf der Registratur.*

## MLXVIII.

*Johann, Herzog von Lothringen, Brabant und Limburg, ersucht den Rath von Lübeck um Ausantwortung des Nachlasses eines daselbst verstorbenen Brüsseler Bürgers. 1334. Sept. 30.*

(*Bis auf Eingang und Schluss und einige unwesentliche Abweichungen gleichlautend mit No. 588.*)

*Original auf der Trese, mit anhängendem Siegel.*

---

1) Vgl. No. 1028.

## MLXIX.

*Die Richter des Harlinger Landes schreiben dem Rathe von Lübeck in Betreff eines an ihrer Küste gescheiterten Schiffes. 1335. Oct. 30.*

Viris omni laude dignis, judicibus ac consulibus Lubicensis ciuitatis, Rembertus Wir‖digan, Pubeko in Vtle, Hayo Ernedigan ceterique judices terre Herlingie pacis in‖cre(me)ntum et totius iusticie complementum. Cvm quedam nauis aput nos naufrigio (!) ‖ fuit conquassata ex irriequieto (!) maris feruore et ex assidua fluctuum iactione, que ad vos pertinere videbatur, in qua XXXIII vasa satis valida per nos fuerunt saluata et XXXIIII$^{or}$ masse ceree reperte, de quibus bonis duas partes rehabere potestis, ita tamen, quod tercia pars aput nos remaneat, laborantibus pro eisdem satisfaciendo secundum decreta et statuta terre nostre. Verumptamen, si vobis placere videbitur, nouem centenaria marcarum nostri ponderis inventoribus continuo transmittetis, dum modo omnia bona saluata cupitis rehabere, hoc prenotato, quod litteram vestre ciuitatis vestro sigillo sigillatam et apertam nobis destinetis, ne in posterum aliqua litis contentio inter nos et vos suboriri videatur, siue hec bona sint de Flandria uel de aliqua alia ciuitate, nos indempnes semper reseruando. Datum Herlege, anno Domini M̊CCC̊XXXV̊, in die duorum Ewaldorum.

Beyno et Mammo.

*In dorso:* Detur judicibus ac consulibus Lubicensis ciuitatis.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit Resten des Siegelbandes und des den Brief schliessenden grossen elliptischen Siegels.*

## MLXX.

*Otto und Barnim, Herzöge zu Stettin, Pommern, Slavien und Cassubien, beglaubigen beim Rathe von Lübeck den Prior Albert von Stettin als ihren Bevollmächtigten zu einem Geldgeschäfte. O. J. (1338?)*[1]

Nos Otto et Barnim Dei gracia Steytinenses, Pomeranorum, Slauie et Cassubie duces. (Viris prouidis et disc)retis, . . magistris ‖ consulum ac consulibus ciuitatis Lubecensis, quantum poterat promptitudinis famulatus cum . . . . . Dominum Albertum, ‖ priorem nostre ciuitatis Steytinensis, familiarem nobis et

1) Am wahrscheinlichsten hängt diese übrigens alles Anhaltes ermangelnde Urkunde mit der 1338 zu Frankfurt unter kaiserlicher Vermittelung zu Stande gekommenen Aussöhnung zwischen Pommern und Markgraf Ludwig von Brandenburg zusammen. Riedel Cod. dipl. Brand. II, 2. p. 123 sqq.

dilectum, exhibit(orem . . . . . dirigend'), || quem speciali de licencia sui superioris constituimus et ordinamus in nostr(um procuratore)m ac nuncium specialem per presentes, dantes et concedentes eidem plenam et liberam pot(estatem) . . . . . Romanorum inperatorem et Ludovicum marchionem Brandenburgen(sem) . . . . . et pecuniam, videlicet quatuor milia flor(enorum) . . . . . et recipiendi ac nostro nomine nuncio nobilis viri . . . . . (h)oc mandatum habenti iam dictam pecuniam presentandi litteram . . . . . singula faciendi, que circa premissa fuerint necessaria et . . . . . ratum et gratum habituros . . . , quia dictum dominum Albertum nostrum . . . . . premissorum nichilominus . . . eris et pecuniam eidem presen . . . . . et vobis in hiis . . . is litteram obligatoriam . . . . . sed si eam . . . . am habere non . . . . . esse . . . . . presenciun testimonium . . . . . (Datum) Frankenfurt, anno (Domini) MCCC . . . . . .

*Nach dem gänzlich zerfressenen Originale, auf der Trese.*

## MLXXI.

***Ritter Detlev von Parkentin zeigt dem Rathe von Lübeck an, dass er abseiten des Bischofes von Bremen und des Grafen von Schauenburg mitten im Landfrieden geplündert sei. O. J. (Nach 1338?)***[1]

Honorabilibus viris omnique reuerentia dignis, dominis consulibus ciuitatis Lubicensis, Detlewus miles dictus || de Parkentyn seruitii quidquid potest et honoris. Vestre reuerentie condigne in omnibus circumspecte || tenore presentium significo conquerendo dolorose, me nullis meis meritis exigentibus infra firmam || pacis tranquillitatem et pacem dominorum per terram constitutam integraliter obseruandam ex partibus episcopi Bremensis et comitis Scowenburgensis sum grauiter spoliatus.

*In dorso*: Dominis consulibus ciuitatis Lubeke presentetur.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.*

1) Wegen der ausdrücklichen Berufung auf den Landfrieden scheint dieses Schreiben nach 1338 (vgl. No. 667.) angesetzt werden zu müssen. Sonst läge es nahe, an die Fehde zu denken, welche Erzbischof Giselbert von Bremen kurz vor seinem Tode († 1306, 17. Nov.) im Bunde mit den Herzögen von Sachsen und Grafen von Holstein gegen die Marschen und einen Theil des holsteini-

## MLXXII.

*Eduard III., König von England und Frankreich, Herr von Irland, ertheilt seinem Kanzler Befehl, in der Sache wegen eines an englischen Kaufleuten von Leuten aus Harderwyk, Zwolle, Staveren, Kampen, Lübeck, Rostock und Stralsund angeblich verübten Seeraubes Verfügung zu treffen. 1340. Mai 13.*

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre et de France et seigneur dJrlande. Al honurable piere en Dieu, J. par la meisme grace ercevesque de Cantorberis et primat de toute Engleterre, nostre chaunceller, saluz. Nous vous enueoms deinz enclose vne bille . . . . bailla depar noz bien amez marchantz Johan de Nesbit de Hertilpol et Johan Lambe[1] de Jernemuth, as queux nous ont . . . . . noz lettres sous nostre grant seal . . genz des villes de Hardenwyk, Swoll, Stauer, Campen, Lubyk, Rostok et Strallessond, as queux ils estoient . . . derobbez . . . de lour biens a grant somme, par vertu de queu grant les ditz Johan et Johan firent arrester . . . biens . . . . . Rostok et Strallessond', quel arrest nous feismes disarester par certeine cause, come en la dite bille est contenu plus . . ., que, veue et examinee meisme la bille, facez faire outre pour noz ditz marchantz letres sous nostre grant seal, tielz . . . . . que vous pourez a recouerir de eux au due forme. Donnee souz nostre priue seal, a Westmuster, le XIII iour de May, lan de nostre regne dEngleterre quatrezieme et de France primer.

*Privy Seals 14. Edw. III., im Tower.*

## MLXXIII.

*Darstellung des Ursprungs der Fehde der Stadt Lübeck mit denen von Westensee. O. J. (1336—40.)*[2]

Herteghe Herich von Sassen vnde greue Johan || worde des to rade, das se wolden maken eynen || lantvrede, rofhus vnde rouer to delghene. Jn deme || bande were de von Hamborch vnde we von Lubeke mede.[3] Jn der thyth quam Marquart Westense mit vele sinen vrunden vnde branden hus von Lubeke vnde rouede

schen Adels führte, der damals mit Lübeck verbündet war (No. 209). Die Schriftzüge widerstreiten nicht dem Anfange des 14. Jahrhunderts. Vgl. Detmar I. 186 f. Archiv für Staats- und Kirchengesch. der Herzogth. I, 9 ff. Lappenberg Geschichtsquellen des Erzstifts Bremen. 20 f.

1) Oder Lauche. 2) Zur Datirung dieser und der beiden folgenden Urkunden vgl. Mantels Lübeck und Marquard von Westensee. S. 19—25. 3) No. 593.

hus in eyner goden velecheyt vnde vnhunsegheth. Des manede wy de heren, das se hus des eynen wandel scůpen na deme lantvrede, also de bant tho sprack. Also quemen de heren von Holsten in de stat to Lubeke vnde dechdinghen also mit huns dat also, dat alle dy, de we sculdegheden, de mit deme brande weren, de scolden sich af nemen mit erem rechte vnde scolden sich vnsculdich maken; vnde we des nicht vndede oppe sinte Michahelis dach[1], de scolde sculdich wesen des brandes, vnde scolden lyden, dat eyn recht were in deme lande to Holsten. Wele was her, de sich vnsculdich makeden; och was her eyn dyl, de sich in de scult gheuen: den ghinch her rechte nicht ofer, also hus ghelouet was, vnde dat recht hesghe wy noch.

Hecghert Westense vnde Bůsch de ne wolden her recht nicht dǒn, wante se were des bekant, dat se dar hadden knapen mede, dar de brant ghescudede. Also toghe we de sake der thuigher vor de heren. Vnde se hulpen eren vedderen na, also se vor dan hadden, vnde tasten greue Johan an. Greue Johan manede hůs, dat we eme wolgheden, vnde dat dede wy von Lubeke vnde vnsegheden deme Eckerde vnde Bůsch, vnde na der vntsechghinghe dede wy en dat ergeste, dat we mochghten; dat solue deden se huns weder.

Na der dith wart eyn dach ghemaket vnder dem Ecgherde vnde Bůschghe op ene syde vnde vnder hus von Lubeke an der ander syde vnde wart also ghemaket, vanne de dach vtghinghe, dat nyman bernen oder rouen scolde. Do de dach vtghinch, do weren se de hersten, dede branden vnde roueden. Do se het huns vordeden, do dede wy et ene na. Wolden de Westense oder yeme spreken, dat we hus nicht vnhedde bewaret in alle husen daghen, dat wolde wy weder stan mit huseme rechte.

*Nach einer gleichseitigen Aufzeichnung auf einem langen Pergamentstreifen, auf der Trese.*

## MLXXIV.

***Lübeckischer Entwurf der von den Grafen Gerhard (III.) und Johann (III.) von Holstein zur Friedloslegung und Verfolgung der Brüder Marquard und Albrecht von Westensee mit Lübeck einzugehenden Verbindung. O. J. (1338—40.)[2]***

Witlik si, dat wi Ghert vnde Johan greuen tů Holzsten alsus ‖ ghedeghedinget hebben mit den ratmannen tů Lubeke vmme den ‖ rof vnde brant, de en de van Westense vnd ere helpere ghedan ‖ hebbet. Tů dem ersten male scole wi

1) No. 642. 2) Vgl. No. 667. Gerhard † 1. April 1340.

Marquarde vnde Albrechte brødere van Westense vnd ere helpere, de den rof vnde brant ghedan hebbet, vredelos legghen in dem lande tů Holzsten, vnde se en schal neman husen eder entholden in dem lande tů Holzsten eder nerghen in vser herscap eder nerghen, dar men dor vsen willen don vnde laten wil, eder ok in Denemarken. Were dat it jenich man dede, de were like sculdich den, de de dat ghedan hebbet. Vortmer scole wi ten vor de Lakeborgh vnde vor de Syraa mit vser macht vnde vorstoren de mit brande: welk man vs dat weder steyt eder se vor vs entholden willen, ouer de scole wi richten an ere lif. Ok scal man bernen de molen tů der Syraa vnde vorstoren se ganzleke. Vortmer welken man de vorbenømeden ratmanne sculdeghet vmme desse vorbenømeden dat, de sik des nicht entsculdeghet sylf twelfte mit gůden mannen mit eren eden, der vesten scøle wi bernen like der van Westense vnde se ok vredelos legghen, vnde ere woninghe scal men tů howen, alse en holzsten recht is. Vnde eres gůdes scole wi vs vnder winden vnde erer dorp, en nymmer weder tů latende ane der vorbenomeden ratmanne willen. Vortmer scole wi, greue Ghert, vs vnderwinden der veste tů dem Krummendyke, wat sin del dar an is Luders van deme Krummendike, vnde ok sines gůdes, eme dat nymmer werder tů latende ane der vorbenomeden ratmanne willen. Wer ok dat jenich man, den se sculdeghet, sine knechte dar mede hat hedde, de he nicht van sik ghelaten hadde vte sinem brode, do eme tů wetende wart desse scade, jeghen den scole (wi) varen, also jeghen de anderen schuldeghen. Vortmer en schole wi ane de ratmanne eder de ratmanne ane vs sik nicht sonen eder daghen mit nenemanne desser sculdeghen. Vortmer wat se der sculdeghen mer bevraghen møghen, den se vs in ener schr(i)pht ghegheuen hebben, dar scølen se mede vnuorsumet wesen.

*Nach einer auf der Trese befindlichen Aufzeichnung auf Pergament.*

## MLXXV.

***Burchard, Erzbischof von Bremen, antwortet den Rathmännern zu Lübeck, dass er in Bezug auf die von Westensee ihnen keine Auskunft zu ertheilen vermöge. O. J. (1336—43.)***[1]

Borchardus Dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus. Viris discretis et pru‖dentibus, amicis suis, consulibus ciuitatis Lubicensis, cum sincero affectu salutem.‖ Recepimus litteras vestre prudencie, in quibus nobis querulose significastis ‖ dampna et iniurias vobis per illos de Westenze illatas, de quibus ante

1) Vgl. No. 784. 785. und Anm. 1. zu No. 1073. — Burchard Grelle war Erzbischof seit dem 28. Sept. 1327. Er starb am 13. Aug. (Ypoliti s. in praevigilia Assumptionis Mariae) 1344.

recepcionem earundem litterarum nichil sciuimus. Vnde ad tenorem ipsarum vobis non possumus ad presens deliberate respondere, ex eo quod habemus terram latam et spaciosam, in qua quandoque nostri publici hostes latentes existunt contra nostram voluntatem nobis et nostris dampna hostiliter inferentes. Similiter sunt quidam vasallorum nostrorum castra propria habentes, in quibus recipiunt quos volunt, quibus cum difficultate resistere oportet. Propter quod vobis maturius respondere non possumus ista vice, licet omnia profectum et commodum vestrum respiciencia libentissime videamus. Datum Stadis, nostro sub secreto. Valete.

*In dorso*: Prudentibus viris, consulibus ciuitatis Lubicensis, detur.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.*

## MLXXVI.

***Die Knappen Heinrich von Bülow, Hermann Storm, Volrad Schütze und Nicolaus Parkentin, genannt Kreye, verpflichten sich gegen den Rath zu Lübeck und den Reitervogt Marquard Boom daselbst, für den den Gütern des Heiligen-Geist-Hospitals und des St. Johannis-Klosters zugefügten Schaden 70 Mark Pf. zu bezahlen. 1341. Jan. 6—13.***

Nos Hinricus de Bůlowe, Hermannus Storm, Volradus Schůtze et Nicolaus Parkentyn dictus Creye famuli. Presentibus recognoscimus et publice ‖ protestamur, quod promisimus et presentibus promittimus manu coniuncta et insolidum fide data honorabilibus viris et discretis, dominis . . consulibus ‖ ciuitatis Lubicensis, et Marquardo dicto Boom eiusdem ciuitatis aduocato, septuaginta marcas lubicensium denariorum ipsis per nos pro dampnis do‖mui Sancti Spiritus Lubicensis et sanctimonialibus beati Johannis ibidem illatis soluendas expedite intra ciuitatem Lubicensem supradictam in parata pecunia, uel copiosis et sufficientibus pigneribus satisfacere pro eisdem, facturi eciam, prout ius pigneris postulat et requirit, in festo sancti Michaelis nunc proxime affuturo, dilacionibus et impedimentis quibuslibet procul motis. Jn cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M̊CC̊C quadragesimo primo, infra octauam Epyfanie.

*Nach dem Originale, auf der Trese, mit ursprünglich angehängten vier Siegeln, von welchen No. 2. noch als Siegel eines Storm kenntlich, No. 4., das Siegel des Nicol. Parkentin, erhalten ist. Von No. 1. ist nur ein Bruchstück der Rückseite vorhanden, No. 3. fehlt vom Bande.*

## MLXXVII.

***Heinrich von Lon und Johann Pape senden von Brügge aus den Kämmereiherren zu Lübeck Anweisungen und Berichte über die von ihnen zum Zwecke der ersten Lübeckischen Goldausmünzung gemachten Goldankäufe. O. J. (1341.) Apr. 5.—Mai 11.***[1]

1.

Viris discretis, dominis Hermanno et Thidemanno de Warendorp, consulibus Lubicensibus, Hinricus de Lon || nec non Johannes Pape, quidquid poterint obsequij, plus fauoris. Emimus et comparauimus de || Hinrico de Verden XX libr. gross. Pro quilibet librum promisimus et promittimus aput || vos soluere in Lubeke infra octauam uel quindenam ad longius post huius littere visionem, pro quemlibet librum IX marc. lub(icensi) in pagimento. Et illa pecunia dabatur Johanni de Verden ad voluntatem. Datum in Cena Domini (*Apr. 5.*) Valete nunc et semper.

2.

Viro discreto, domino Hermanno de Warendorp, consuli Lubicensi, Hinricus de Lon nec non Johannes Pape, || quidquid poterint ad affectum. Emimus et comparauimus in Brugis de Luberto Knop VIII libr. grossorum. || Pro quilibet libr. dare promisimus et promittimus in Lubeke Bernardo Rûffo IX marcas in lubicensi || pagimento. Quare petimus, vt dictam pecuniam amicabiliter persoluatis. Actum die Marci ewangeliste. (*Apr. 25.*)

Sciatis etenim[2], quod soluimus omnibus debitoribus infra XIIIÎ die post visionem vestre littere aduoluntatem. Omnino mirum habemus, qualiter terminum posuistis ad soluendum, quia diem, non horam, aduoluntatem non expectant, nisi petitionibus et verbis amicabilibus et tractis. Etenim, quod terminum tam longum posuistis nos ad tollendum, quia vellemus, quod nobis fieret aliqua pecunia, vbi nobis assignastis post octauum uel quatuordecimum diem nobis datum. Jtem de nobilibus nil percepimus nec recepimus; si aliquid nobis dant, tollamus libenter, tamen nescimus, vbi sunt uel vbi morantur. Scio, quod de illa pecunia et de LX libris vnum denarium non habebimus, nisi V septimanas post Pascha. Si pecuniam nobis non mittatis, forte tollamus adhuc, quia indigemus. Etenim vnum denarium in bono pagimento non vadit inter mercatorem.

1) Vgl. No. 703. No. 716., und H. C. Dittmer Geschichte der ersten Goldausmünzungen zu Lübeck, in der Zeitschrift des Vereins für Lübeck. Geschichte und Alterthumskunde. Heft I. S. 22 ff.

2) So oder *et enim* ist in diesem und dem vierten Briefe immer geschrieben, offenbar aber in der Bedeutung von *etiam*.

*In dorso*: Domino Hermanno de Warendorpe, consuli Lubicensi, detur.

*Unten auf die Urkunde vom Empfänger geschrieben:* Solui Bernardo Rufo LXXII marc. den.

3.

Viro discreto, domino Hermanno de Warendorp, Hinricus de Lon nec non Johannes Pape salutem in omni bono.‖ Noueritis, quod comparauimus et emimus de Hinrico Lobeke XXVII libr. gross., quilibet libr. pro IX marc. XII den.‖lubicen. in pagimento in Lubeke vsito. Quare petimus, vt dictam pecuniam persoluatis Conrado‖dicto Brilowe in Lubeke ad suam voluntatem uel infra quindenam post huius littere visionem. Jtem iam actu termino persoluimus omnibus debitoribus aduoluntatem. Sed mirabiliter treuge facte sunt, quia ita festinanter currebant et conquerebant pro solucione, et dixerunt vnum diem pro terminum non dedisse, et vbi pecuniam tollere debemus, vix in quinta septimana post Pascham tollere possemus. Valete semper. Datum Marci ewangeliste.

Noueritis, quod vnum non fuimus cum Johanne Canel de vna summa. Jpse postulauit VIIIIł marc. auri, vbi vos in duabus litteris nobis singnificastis, quod VIIIł marc. esse debet. Jdeo vos de illa marca auri cum ipso ibidem concord(ate), quia sibi aliud non dedimus, nisi quid vestra littera nobis assingnauit. Aurum modo valet in bono pagimento XLł den. gross.

*In dorso:* Domino Hermanno de Warendorp, consuli Lubicensi.

*Von der Hand des Empfängers*: Solui dictos XXVII libr. Conrado Brilon.

4.

Honorabilibus viris, dominis Thidemanno de Allen nec non domino Hermanno de Warendorpe, consulibus Lubicensibus, Hinricus de Lon nec non Johannes Pape,‖ quidquid obsequij poterint et fauoris. Alijs vobis notificauimus, quia mercatores[1] de auro valde duriter et stricte monuer(unt)‖nos pro pecunia, et opportebat nos emere et procurare pecuniam aut congregari ipsis ad satisfaciandum, vt melius potuimus.‖ Noueritis, quod emimus ante Pascham de vno probo viro Franse van Ypre XXX libr. gross. Pro quilibet librum promisimus et promittimus soluere aput vos ad voluntatem suam, pro librum IX marc. XII den., et pecunia sibi dabitur ad manus Johannis Schutten aput Trauenam[2]. Pro inde ante Pascham nobis satisfecit, quamuis modo post istam litteram postulauit, petimus, vt Johanni Scutten ad

1) Ausgestrichen: debitores. 2) Es findet sich auf der Registratur auch noch eine besondere Anweisung über diesen Ankauf.

voluntatem persoluetis. Jtem milites vnam litteram quitauerunt de XXI libr. iam in foro Brugis bene ad voluntatem. Aliam litteram breuiter quitant, et voluntarie expectamus solucionis ad huc circa octauam peticionibus eorundem. Nam aliud intercurrebat malo transcitu, quod pecunia non venit. Forte nuncius infirmus est, uel vias suas cum pecunia sed aliquo malo transcitu. Sed ad terram miserunt pro alia pecunia nobis satisfaciandum, et sine dubio in post octauam. Jtem Hinricus Longus dabit nobis ad terminum suum XXX libr. Jtem Johannes Huxere nobis iam iam satisfecit. Jtem si sciremus, quod tantam pecuniam ordinasse debuissetis, nos tantum non sustulissemus per vos exponendo, tamen expeditis omnibus et solutis omnibus computauimus, quod nos vobis obligamini[1] LIIII libr. XVII sol. VIII den. gross. et II sterl., vt aliis vobis scribimus per computum nostrum. Cui uel quibus dabitur ista pecunia, libenter persoluemus. Jtem facta et negocia expedita sunt omnia ad voluntatem per dominum Thidemannum in Holland, et ipse est modo in Tornaco ad loquendum cum Johanne Salibien. Jllud aliud nil reputo, sed totum perditum, vt aliis vobis diximus, et vere nobis[2] videtur, quod Joh. male precessit[3] omnibus actibus suis. Et enim idem Jo. Salibien litteram ciuitatis apud se detinuit, quam domino Jo. Burs(a) deliberare debuit, vsque modo octauam die preterito, et dominus Jo. omnino mirum habet de talibus, que in illa littera stant, et enim in illa littera, que iam unquam sibi sunt misse. Dicit enim, quod premissa breuiter respondebit. Et vellem, quod essent sibi plus grate, quam videntur nobis[2], quia erit locucio et tractacio inter amicis et ceteris de hiis. Tantum quod vellemus, quod Johanni Salibien tantum non credidissetis in uerbis et actibus suis, quia est malus et falsus. Non debuit enim, vt nobis[2] videtur[4], sic et talia dixisse ex parte domini Joh. de Burs(a), sed videbitis post responsum. Valete in Christo. Datum octaua post Crucis. (*Mai 11.*)

*In dorso*: Honorabilibus viris, dominis Thidemanno de Allen et Hermanno Warendorpe, consulibus in Lubeke, detur.

5.

Noueritis, quod nos tenebamini[5] ad vsum ciuitatis de antiquis XLVII libr. XVI sol. VI den., vt vobis notum de antiquis computis. || Jtem recepimus de Jacobo van Ansom'. VI sol. VIII den., que deficiebant in pecunia in preterito anno ex parte ciu(ium?) Hamb(urgensium). || Jtem modo sustulimus de Hinrico Lobeke XLVI

1) l. obligamur. 2) Corrigirt aus: michi. 3) l. processit. 4) Dahinter ausgestrichen: vsque nunc. 5) l. tenebamur.

libr. gross. Jtem de Hinrico Lobeke XXVII libr. gross. turon.‖ Jtem de Bertoldo Ruscenbergh recepimus VI libr.[1] Jtem de Hinrico van Verden XX libr. gross. Jtem de Hinrico Longo X libr. gross.[1] Jtem de Hinrico Longo XXX libr. gross. Jtem de Lubberto Knop VIII libr. gross. Jtem de Francen van Ypris XXX libr. Jtem de Johanne Vxer LX libr. gross. Jtem de Johanne Oldevere XXIII libr. gross. VII sol. gross. Jtem de militibus XXV libr. gross. recipiamus. Summa tota, quando totum soluitur, III$^{C}$ libr. XXXIII libr. X sol. II den. gross.

Jnde exposuimus et dedimus Hinrico Gudeswart XXXVIII libr. VIII sol II den. Jtem domino Hinrico de Essende dedimus XCIIII libr. X den. gross. tur. Jtem Nicolao Zoust XIII libr. XV sol. gross. et V den. sterl. Jtem Math. Braes dedimus XLIII libr. XI sol. X den. gross. Jtem Johanni Canel LXXXI libr. XI sol. IIII den. Ipse postulauit plus de vna marca auri, quam nobis nunciastis, et nil magis dedimus ipsum, quam summam, (quam) nobis demandastis. Jtem Petri Cressel dedimus VII libr. V sol. gross. V sterl. Summa tota exposita, vt predictum est, II$^{C}$LXXVIII libr. XII sol. V den. I sterl.

Sic nos Hinricus de Lon et Johannes Pape tenemur ciuitati Lubicensi LIIII libr. XVII sol. VIII den. II sterl., quando nos totum [totum] sumus persoluti.

Jtem nos tollamus de Jacobo Ansom', vt scribitis, XVI libr. gross. Summa tota LXX libr. XVII sol. VIII den. Jnde dedimus domino Thi(derico) de Vlsen C schilde, vt vobis dicet. Manet summa LXI libr. XIIII sol. IIII den.

*In dorso*: Honorabilibus viris, discretis dominis Thi(demanno) de Allen et domino Hermanno Wicke(de) in Lubeke, detur [detur].

## 6.

Noueritis, quod nullum aurum emitur in Flandria nec Francia nec in Anglia pro marca Ludowici,‖ sed emitur per pondus de Troy. Jllud pondus est plus durior et ponderabile III sterl.,‖ quam aliud pondus predictum Ludowici. Marca auri de Troy valet, ad XX garat‖ computata, aurum in strike XLV bonos schilde de schilde cesaris et flam(ingis?). Et modo in Brugis preparantur noua moneta, que sunt schilde quasi cesares, et tantum valent, vt cesares, et sunt melior I den. gross., quam clincarde et alba moneta. Jtem omnem pecuniam, quam tollamus et recipimus, est alba moneta et clincarde, et cum illa pecunia, quam recepimus, non possumus soluere aurum, sed vadit inter mercatorem, et soluimus aurum ad volun-

1) Ueber diese zwei Ankäufe finden sich besondere Anweisungen in derselben Form und von demselben Datum der S. 1003. No. 1 abgedruckten. Auch eine desgleichen über 46 Pf. Gr. von Johann von Lobeke angekauft, während der Verkäufer oben Hinrich heisst.

tatem debitoribus in mala moneta ad voluntatem, aurum ad XLI den. gross. compatando, et hoc propter hoc, quia dedimus illis pecuniam statim ad suum velle. Jd vobis fuit proficuum in libr. gross. bene VI gross. et vltra. Jdeo probetis, si indigeritis pecuniam: libenter exponamus. Librum libenter valet hic IX marc. lub. in pagimento, et videndum est, quod breuiter minus valere debet, quia iam iam cogones ven(iunt) cum seruisia.[1]

*Nach den Originalschreiben auf Papier, grösstentheils mit aufgedrückten Siegeln, auf der Registratur.*

## MLXXVIII.

***Ludwig, Markgraf von Brandenburg und der Lausitz, dankt dem Rathe von Lübeck für die ihm und seinem Schwager, König Waldemar IV., geleisteten Dienste und sagt ihm seine Hülfe zu. O. J. (1342.) Aug. 1.***[2]

Ludwicus Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie marchio etc. Prudentibus et discretis viris, magistris consulum et consulibus ciuitatis Lubycensis || sincere sibi dilectis, fauorem et complacenciam in singulis promouendi. De promptitudine et fidelitate vestra nobis sororioque nostro Woldmaro regi Dacye huc||usque exhibita ad[3] infuturum exhibenda vobis multimodas graciarum referimus actiones, et quemadmodum nobis in litteris vestris supplicastis, vt Albertum || Magnopolensem, awunculum nostrum, et ciuitates maritanas ad ipsius sororij nostri et profectum vestrum inducere et informare, rogatibus quibus possemus, deberemus, nos quoque eisdem, sicut in continencia litterarum vestrarum cognouimus, litteras nostras petitorias et efficaces porreximus et duximus porrigendas. Jnsuper noueritis, dominum Albertum Magnopolensem a nobis taliter fore separatum, quod de ipso plenam et meram habemus confidenciam omnis boni. Denuo, vt nobis pro a(r)mato scripsistis populo, sciatis, (nos) Hainricum de Reyschach, nostrum capitaneum, cum nostra familia sibi commissa, quam tunc habere poteramus, ad partes Marchie misisse, et exnunc aliquos de nostra familia eidem Hainrico de Reyschach ad partes nostras duximus transmittendos. Cuiquidem, si sui cum dicta familia nostra in nostris partibus necessarius non fuerit, demandabimus, quod vobis in singulis vestris et dicti nostri sororij necessitatibus pareat nostri nomine fideliter et intendat. Vnde vt eosdem, siquos vobis miserimus, tamquam vestros familiares, sicut hucusque fecistis, fideliter recommissos habeatis, fidelitatis vestre prudenciam sincere requirimus et

1) Von Dittmer a. a. O. S. 52. ins Jahr 1350 gesetzt; die Hand scheint aber dieselbe, wie die der übrigen oben abgedruckten Schreiben. 2) Vgl. No. 740. 3) l. ac.

rogamus. Jnsuper quid vobis incongruetatis et necessitatis euenerit, nobis remandari petimus: extunc vobis, si quouis modo poterimus, cum tota nostra potencia veniemus. Datum Monaco, in die Vincula Petri.

*In dorso*: Prudentibus et discretis viris, magistris consulum et consulibus ciuitatis Lubicensis sincere sibi dilectis.

*Nach dem Originale, auf der Trese. Das aufgedrückt gewesene Siegel ist abgesprungen.*

## MLXXIX.

***Eduard III., König von England, lässt in Boston, Ravensere und Hull die Güter von Kaufleuten aus Lübeck, Greifswalde, Stralsund, Rostock und Wismar mit Beschlag belegen, die an einem Engländer Wilhelm von Lethenay Seeraub begangen. 1344. März 23.***

Rex balliuis de sancto Bothulfo salutem. Cum nuper ad prosecucionem Willelmi de Letheneye de Rauenserod', accipientes, quod quamplures pirati (!) quam alienigene quam indigene, in quibusdam nauibus in mari prope costeras de Rauenserod' existentes, nauem eiusdem Willelmi diuersis bonis et mercimoniis suis ad valenciam quadringentarum marcarum carcatam ibidem hostiliter inuaserunt, et bona et mercimonia predicta felonice ceperunt et exportauerunt, et alia dampna eidem Willelmo ibidem fecerunt et[1] graue dampnum ipsius Willelmi et contra pacem nostram, per quod idem Willelmus nobis supplicauerit, vt sibi de remedio subvenire curaremus oportuno, et nos, vt tam pro punicione malefactorum predictorum quam pro iusticia eidem Willelmo in hac parte facienda possemus ordinare, volentes de maleficiis predictis ac articulis et circumstanciis quibuscumque ea tangentibus plenius cerciorari, precepimus vicecomiti nostro Ebor', quod, assumpto secum dilecto nobis Roberto de Scurneton', per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu predicto, per quos rei veritas melius sciri posset, diligenter inquireret, qui malefactores et pacis nostre perturbatores predictam feloniam ibidem fecerunt, et de eorum receptatoribus et manutentoribus, necnon que et cuiusmodi bona et mercimonia eiusdem Willelmi ibidem capta fuerunt, et cuius precii, et ad quorum seu cuius manus eadem bona et mercimonia deuenerunt, et in quorum vel cuius manibus fures extiterunt, et de omnibus aliis articulis feloniam predictam contingentibus plenius veritatem et inquisicionem illam distincte et aperte factam sub sigillo suo et sigillis eorum, per quos facta foret, in cancellariam nostram mitterent, at[2] per

1) l. ad. 2) l. ac.

inquisicionem inde per dictos vicecomitem et Robertum sic captam et in cancellariam nostram retornatam sit compertum, quod Juertus de Brug' de Lubyk', Bertramus Hatlu[1], Henricus Pape, Johannes fan Ost, Johannes Whitte, Johannes de Lubyk', Gerewinus Smalbergk', Johannes Croplyng', Albrightus Houenay de Stralles-sund', Tidemannus Skele, Heremannus Popemanauen, Tid(er)icus Witte, Arennus de Norten', Johannes Moryan, Nicholaus Bisot, Arennus Fote, Henricus Bedsous, Bertramus de Freten[2], Johannes Consfeld'[3], Tidemannus Grauius, Henricus Bamserum, Hermert[4], Albrightus Houenard', Wulph' Francyke[5], Jacobus Skipher de Strallessund', Tidemannus Suesilbery de Grippeswald', Henricus Lang' de Grippeswald', Guerardus de Locen de Grippeswald', Bertramus de Grippeswald', Jngelbrightus de Bonigarde de Roustock', Ludicus de Gotland' de Roustok', Johannes Tolner, Henricus Rode de Roustok', Johannes Claus de Wissemere, Johannes Croplyng', Johannes Bodecowell' et Henricus de Laxen[6] de Wissemere alienigene, simul cum aliis malefactoribus ignotis in quibusdam nauibus in mari prope costeram de Rauenserod' existentibus, quandam nauem predicti Willelmi vocatam Godewine, diuersis bonis et mercimoniis ipsius Willelmi ad valenciam centum quaterviginti et sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum sterlingorum carcatam, videlicet triginta et sex lastis frumenti et siliginis precii ducentarum marcarum, pellura precii triginta et quinque marcarum, cera precii viginti et duarum marcarum, waynscot', biggeholt', tunholt' et mastis precii tresdecim marcarum, et decem marcas argenti in denariis numeratis, infra mare ex parte orientali prope costeras de Rauenserod' hostiliter inuaserunt, et bona et mercimonia predicta felonice ceperunt et asportauerunt, et predictum Willelmum ibidem ceperunt et ipsum ad partes exteras usque ad villam de Strallessund' duxerunt et ibidem contra voluntatem suam per septem septimanas in prisona detinuerunt, ad dampnum ipsius Willelmi quadringentarum marcarum, et quod dicte ville de Strallessund', Lubyk', Grippeswald', Roustok et Wismere sunt manutentores malefactorum predictorum, et licet presidentibus et communitatibus villarum predictarum pluries per diuersas litteras nostras rogauerimus speciales, quod eidem Willelmo super restitucionem nauis et bonorum et mercimoniorum suorum predictorum at[7] de dampnis predictis celeris iusticie complementum fieri facerent, iidem tamen presidentes et communitates quicquam ad rogatus nostros predictos facere non curarunt, propter quod idem Willelmus nobis

1) l. Hatbu. 2) Oder Freben. 3) l. Cousfeld. 4) l. Heriuert (Heribert)? 5) Oder Francyhe. 6) l. Lasche? 7) l. ac.

supplicauit, sibi per nos in hac parte de remedio prouideri: nos, qui subditis nostris sumus in exhibicione iusticie debitores, volentes prefato Willelmo super recuperacione bonorum et mercimoniorum suorum predictorum subuenire, vt tenemur, vobis mandamus, quod omnia bona et mercimonia predictorum Juerti, Bertrami, Henrici, Johannis, Johannis, Johannis, Gerewini, Johannis, Albrighti, Tidemanni, Hermanni, Tid(er)ici, Arenni, Johannis, Nicholai, Arenni, Henrici, Bertrami, Johannis, Tidemanni, Henrici, Hermerti, Albrighti, Wulph', Jacobi, Tidemanni, Henrici, Guerardi, Bertrami, Jnghelbrighti, Ludici, Johannis, Henrici, Johannis, Johannis(, Johannis) et Hinrici, que infra balliuam vestram inueniri contigerit, vsque ad summam sexaginta librarum sine dilacione arestari et saluo et secure sub aresto custodiri faciatis, donec prefato Willelmo de predictis sexaginta libris fuerit satisfactum, et que et cuiusmodi bona et mercimonia sic arestaueritis, et quorum fuerint, ac de valore eorundem necnon de toto facto vestro in hac parte nos de tempore in tempus, cum arestata fuerint, sub sigillis vestris distincte et aperte reddatis sine dilacione cerciores, hoc breue nobis remittentes. Mandauimus enim balliuis de Rauenserod', quod ipsi bona et mercimonia vsque ad summam quaterviginti et sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum, ac balliuis ville de Kyngeston' super Hull', quod ipsi bona et mercimonia vsque ad summam quadraginta librarum residuarum de bonis et mercimoniis dictorum malefactorum infra balliuam suam inuentis similiter arestari et saluo custodiri faciant, in forma predicta T(este) rege, apud Turrim London', XXIII die Marcii, per ipsum regem et consilium.

Et mandatum est balliuis ville de Rauenesere, quod ipsi bona et mercimonia malefactorum predictorum vsque ad summam quaterviginti et sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum, que infra balliuam suam inueniri contigerit, arestari et saluo custodiri faciant, in forma predicta. T(este), vt supra, per ipsum regem et consilium.

Jtem balliuis ville de Kyngeston' super Hull', quod ipsi bona et mercimonia malefactorum predictorum vsque ad summam quadraginta librarum residuarum, que infra balliuam suam inueniri contigerit, arestari et saluo custodiri faciant, in forma predicta. T(este), vt supra, per ipsum regem et consilium.

*Rot. Claus. 18. Edw. III. p. I. 18, im Tower.*

## MLXXX.

*Eduard III. verfügt in der Sache des Wilhelm von Lethenay über fünf mit Arrest belegte Schiffe aus Lübeck, Rostock und Stralsund. 1344. Aug. 3.*

. . . . . [1]nos de tempore in tempus, cum arestata forent, sub sigillis vestris distincte et aperte redderetis sine dilacione cerciores, ac vos nos certificaueritis, quod vos virtute mandati nostri predicti quandam nauem cum toto attilio et apparatu eiusdem vocatam la Godyere de Lubyk' precii quindecim librarum, vnde Johannes Whitte magister, et Gerewinus Smalbergk', Tid(er)icus Witte et Arennus Fote domini, quandam nauem cum toto attilio et apparatu eiusdem vocatam la Godeberade de Lubyk' precii sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum, vnde Johannes Rode magister, et Henricus Pape, Johannes de Lybyk' et Gerewynus Smalbergk' domini, quandam nauem cum toto attilio et apparatu eiusdem vocatam Rynghebürgh' de Rostok' precii sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum, vnde Christianus de Hale magister, et Jngelbrightus Bomgard', Ludicus de Gotland', Johannes Tolner et Henricus Rode domini, quandam nauem vocatam la Welyfare de Strallesund' precii decem librarum, vnde Arennus de Norten magister, et Johannes Morian et Albrightus Houenard' domini, et quandam nauem vocatam Femmeland' de Lubyk' precii viginti et duarum librarum, vnde Henricus Vanburgh' magister, et Juertus de Burgh', Bertramus Hatbu et Johannes Fau[2] domini existunt, arestastis, ac iam prefatus Willelmus de Letheney nobis supplicauerit, vt ei dictas naues cum attilliis et apparatibus earundem per vos sic arestatas, que ad sexaginta libras sex solidos et octo denarios se extendunt, in partem satisfactionis centum quatervginti et sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum predictorum liberari iubere velimus: nos, volentes mandatum nostrum predictum execucioni debite demandari, vobis mandamus, quod, si predictus Willelmus de Letheney inuenerit coram vobis sufficientes manucaptores, qui manucapiant, videlicet quilibet eorum insolidum, pro predicto Willelmo de respondendo de eisdem quinque nauibus ad mandatum nostrum, cum ipsos super hoc premuniri fecerimus, vel de precio earundem, si eas nobis vel aliis in posterum contigerit adiudicari, tunc easdem quinque naues cum attiliis et apparatibus earundem per vos sic arestatas prefato Willelmo de Letheney sine dilacione liberetis per manucapcionem supradictam, nos de nominibus manucaptorum predictorum in cancellaria nostra certificantes indilate. T(este) r(ege), apud Barnet', tercio die Augusti.

*Rot. Claus. 18. Edw. III. p. II. 21, im Tower.*

1) So in der uns zugegangenen Abschrift. Nach der Signatur zu schliessen, scheint auch die Rolle im Tower den übrigen (wahrscheinlich mit No. 1079. gleichlautenden) Inhalt weggelassen zu haben.

2) l. fan Ost.

## MLXXXI.

*Der Rath von Lübeck reinigt sich bei dem Könige Eduard III. von der Anklage, die von der Ostsee verschifften Waaren des Wilhelm von Lethenay festgehalten zu haben, vielmehr sei dies von den Stralsundern bei Gelegenheit eines Krieges derselben mit Schweden und den Grafen von Holstein geschehen. O. J.*

Glorioso principi et magnifico domino, domino Edwardo Dei gratia Anglorum et Francorum regi ac Hibernie domino, consules ciuitatis Lubicensis cum omni reuerentia seruicii et honoris promtitudinem indefessam. Litteras vestre magnificencie debita et condigna reuerentia recepimus, continentes, quod Willelmus de Letenay, burgensis ville vestre Rauensere, querimonias de nobis fecerit, videlicet quod mercimonia sua, videlicet bladum, ceram, bordas, cuprum et alias merces in naui Jacobi Daviessone locatas per ipsum et carcatas, ad excitacionem et assensum ciuitatum Stralessund, Wysmere, Rostok et Gripeswald debeamus arrestasse. Super quo vestre regali magnificencie rescribimus per presentes, quod teste Altissimo, cui omnia patent, de hoc sumus omnimode innocentes, et numquam nobis aliquid constabat siue notorium fuit, privsquam vestre littere ad nos, vt premittitur, peruenerunt. Et in quanto a nuncio et latore ipsarum litterarum potuimus informari, a quo didicimus, [quod] res huiusmodi ipsi Willelmo in memorata ciuitate Stralessund accidisse. Ob reuerenciam igitur vestre excellencie, et vt rem ad fundum possemus cognoscere, misimus litteras nostras eisdem de Stralessunde, qui nobis rescripserunt, quod eo tempore propter arduas et notabiles guerras, quae habebant cum domino rege Suecie et comitibus Holtzacie necessitate vrgente probabili generalem inhibicionem fieri fecerunt, ne aliquis mercator annonam educeret infra tempus ad hoc deputatum, et quod nullam alias eidem Willelmo aut bonis eius intulerunt molestiam, nec unquam ipso (!) Willelmo ad valorem vnius denarii abstulerunt, sed quod ad tempus, vt premittitur, apud ipsos cum bonis suis fuit retardatus, prout vestre celsitudini suis fortasse litteris excusatoriis declarabunt. Verum eciam, cum dictas guerras habuerunt, sicut nobis et vniversis est notorium et apertum, credimus et speramus, quod factum huiusmodi ipsis non debeat ad ingratitudinem reputari, supplicantes vestre celsitudini, quatenus nos habere dignetis excusatos, cum inviti vestris subditis et incolis aliquam inferre vellemus offensam, sed magis ipsos prosequi seruicio et honore, petentes eciam humiliter et devote, vt nobis et concivibus nostris pius dominus, sicut hactenus fuistis, et protector esse dignetis graciosus,

pro quo vestre celsitudini sedulis et benevolis obsequiis cupimus iugiter complacere. Datum nostro sub sigillo.

*Aufschrift*: Glorioso et magnifico principi, domino Edwardo Anglorum et Francorum regi, duci Aquitanie et domino Hybernie, presentetur

*Nach dem unbezeichneten Originale, im Tower, mit Spuren eines grossen gelben Siegels, von dem noch durch das Pergament durchgedruckt zu lesen ist:* Sigillvm Lvbec.

## MLXXXII.

***Schöffen, Rathmänner und Gemeinde zu Greifswalde erklären dem Könige Eduard III., von der ihnen zur Last gelegten Beraubung Wilhelms von Lethenay nichts zu wissen und daran völlig unschuldig zu sein. O. J.***

Illustrissimo principi ac preexcellenti et domino, domino Edwardo Dei gracia regi Anglie et Francie necnon domino Hibernie, scabini, consules et commune ciuitatis Gripeswold cum sincera reuerencia promptitudine(m) in omnibus perpetui famulatus. Regie maiestatis vestre litteras nobis directas cum omni, qua decuit, reuerencia recepimus, inter cetera continentes, quomodo vobis Willelmus de Lethenay, burgensis ville vestre de Rauensere, [vobis] monstrauerat in querela, quod diuersa bona et mercimonia, que idem Willelmus nuper in partibus Estland emerat, valencia ducentas libras sterlingorum et amplius, cum naue, in qua erant dicta bona, nos debuissemus de assensu et excitacione burgensium de Stralessund, Lubeke, Wismarie et Rozstok voluntarie arrestasse et nostram voluntatem inde fecisse. Ad vestre regalis excellencie audientiam deducimus per presentes, quod nos de arrestacione et ablacione bonorum et nauis predicti Willelmi omnino nichil scimus nec consiliis aut auxiliis interfuimus, quum sua bona arrestata fuerant et ablata, sed omni illorum, que dictus Willelmus occasione suorum bonorum sibi ablatorum nobis inpingit, sumus, nouit Deus, penitus innocentes, prout hec omnia edocere volumus et possumus euidenter, vestre regalis insignitatis generositati precibus, quibus possimus alcioribus, supplicantes, quatinus nostros conciues regna vestra visitantes in regalem vestram tuicionem recipere dignemini, non sinentes, quod per aliquos in suis personis, bonis ac mercibus indebite molestentur, et nichilominus prefatum Willelmum informantes, vt ipse super suspicione iniuriosa de nobis racione suorum bonorum hactenus habita nos habere dignetur supostatos (!), cum numquam in eius dispendium aliquid attemptauimus et grauamen, pro quo ad singulas seruitates vestre celsitudini fideliter prestandas nos perpetue habebitis obligatos. Datum sub nostro secreto.

*Aufschrift:* Illustrissimo principi ac preexcellenti et domino, domino Edwardo Dei gracia regi Anglie et Francie necnon domino Hibernie, [scabini][1] presentetur.

*Nach dem unbezeichneten Originale, im Tower, mit Spuren eines grünen Siegels.*

## MLXXXIII.

***Rathmänner und Gemeinde von Stralsund beschweren sich über vielfache von den Vasallen und in den Gebieten des Grafen Johann von Holstein an ihren Bürgern verübte Beraubungen. O. J.***[2]

Nos consules et vniuersitas ciuitatis Stralessund. Conquerimur bona infrascripta per vasallos et in districtibus nobilis domini ‖ comitis Johannis de Holtzacia infra pacis securitatem et sine dedictione nobis fore ablata: ‖[3]

Anno Domini M̊CCC̊X̊L secundo, in vigilia Symonis et Jude, infra securitatem Hennekinus Hummersbuttel et Witte Mar‖quardus in Glanbeke et alij capitanei comitis Johannis de Holtzacia receperunt ibidem in Glanbeke et in Y(n)bria domino Martino Kalsowe et ceteris ciuibus Sundensibus X lastas allecium. Jtem Woldenbergh et sui socij receperunt Thidekino Baggendorp circa Meoniam vnam nauim dictam schute cum omnibus bonis in ipsa contentis in valore sexaginta marcarum sundensium. Jtem Gotscalcus de Stoue abstulit Woldero de Mynden allecia, griseos pannos, humulum et lewend in valore XVI marcarum puri argenti, et hec bona venerunt super Horuynghesholm, et istud accidit iam festo beati Martini episcopi tribus annis elapsis, et hec debita acceptauit antiqus (!) Marquardus de Stoue in Sundis coram cons(ulibus) ibidem in Sundis persoluenda, et petiuit eundem Wolderum, quod secum versus Daciam vnum famulum mitteret: ipse libenter eum vellet pagare. Et sic idem Wolderus misit suum famulum secum, attamen ipsum non pagauit. Vnde idem famulus pro dictis debitis immonendis XXV sol. grossorum consumpsit. Anno M̊CCC̊X̊L capitanei de Rauensborch, quarta feria proxima ante dominicam Palmarum, abstulerunt Elero Nyedorp ceruisiam, panem, lewend et alia bona diuersa in valore XXX marcarum sundensium. Jtem Veregghede et sui socij inter Meoniam et Falsterboden, anno Domini M̊CCC̊XXXVI̊, in vigilia

1) Ist wohl die mitten auf den Brief geschriebene Signatur des englischen Archives.

2) Gerade beim Abschluss der Nachträge findet sich noch das obige Verzeichniss, welches, ohne Frage im Jahre 1342 aufgesetzt, den Urkunden No. 755. 756. 758 und 759 zur willkommenen Ergänzung dient.

De festo Cadhedre Petri vsque XIIII diebus ante Johannis Babtiste recepimus de theloneo value molandinorum VI marc. den.

Bernardus LVII marc arg. Jtem XLVI marc. arg. Jtem XL marc. arg. et XXV sol.[2]

De borchdor X marc. et IIIIł sol.

[3]Campsores anno LXXX̊:

Wernerus Huno dedit V marc. Henneko de Scheninge pingwis de(dit V marc.) Henneko Albus dedit V marc. Hinceko dedit V marc.

## MXCII.

*Aufzeichnungen über gezahlte Spenden. 1289—92.*[4]

1.

An(no) LXXXIX:

Cunradus Westfal CC. Bertrammus CC. Wartberch C. Jo(hannes) Rufus CCCC.[5] Olde Pellez CC. Hinricus Schutte CC. Hinricus W. Gise

---

1) Rückseite.

2) Bezieht sich offenbar auf das Holstenthor, wo die Zolleinnahme damals bedeutend höher war, als an den beiden anderen Thoren. Vgl. No. 1098. Anm. 23 und 24. 3) Rückseite. — Das Pergament ist so umgekehrt, dass die Breite Höhe geworden. Seitwärts ist es abgeschnitten, so dass die letzten Worte verstümmelt sind.

4) Die Aufzeichnungen stehen auf vier kleinen Pergamentstückchen columnenartig unter einander nnd sind grösstentheils einzeln durchstrichen. Das dritte Stück trägt unten ein durchgezogenes Pergamentband, als wäre es von einer Urkunde seitwärts abgeschnitten; dem vierten ist ein schmälerer Streifen aufgeheftet. 5) Die letzten C sind hier und sonst sichtlich später einzeln beigeschrieben.

pistor C. Johannes Soltcote CC. Timmo CC. Johannes Westfal CCCCCC et L|*X den.|[1] et II sol. Wichardus CC. Luderus Rufus CCL. Johannes de Kilo CCL. Jo(hannes) Stubbendorpe CC. Euerardus Mester CC. Reimer Kolnere CCL. Jo(hannes) Rakestro CCL. Jo(hannes) de Buren CC. Jo(hannes) Soltcote CC. Lutbertus Rufus CCL. Wernerus Rufus CC. Luderus Oldenburch CC. Martinus C. Jo(hannes) Rapin L.[2] Bisteruelt L. Item dedimus I marcam pro panibus.[2]

2.

Spende anno LXXXX, Marie Magdalene:

Arn(oldus) Porterhus CCC. Euerardus CCL. Jo(hannes) Solt(c)ote in holzstrate CC. Bertoldus Klingeberch C et LCL[3]. Luderus Rufus CC. Jo(hannes) Soltc(ote) haktins[4] CCL. Wigert Raceburch CC. Kilbrokere CC. Jo(hannes) Rakestro CC. Wigert in fossa pistorum C. Schefot C. Jo(hannes) Westfal et filius CCCCL. Jo(hannes) de Kilo CCCCCL. Hinzeke Pellez CL. Wernerus Rufus CC. Jo(hannes) Rufus CCLL. Luderus Oldenburch CCLL. Bertrammus Rufus CC. Hermannus Porterhus CC. Lutber(tus) Rufus C. Bernar(dus) CL.[5] Gise CC et I sol. Olde Pellez L. Bisteruel(t) LL[5]. Jo(hannes) Bireden LL. Jo(hannes) Hiltwert L. Thidericus Luchte L. [6]Hinricus Rode L. Bernardus Luscus L. Martinus L. Thidericus Hirseuelt L.

3.

Bertol(dus) Kling(eberch) III C. Jo(hannes) Rakestro CCCC. Borch(ardus) Schefot CC. Martinus CLC. H(inricus) Schutte CCC. Luderus Vos CCC. Soltcot CCC. Luderus Oldenburch CC. Jo(hannes) Westfal DC. Nicolaus Odeslo CC. Jo(hannes) Soltcote holz. CC.[7] Jo(hannes) Hildwert CC. Reimar Kol(nere) CCC. Lutber(tus) Rufus CCL. Wernerus Rufus C.[8] Mester Euerardus CC. Thidericus Colnere CCC. Jo(hannes) Soltcote CC.

4.

Hermannus Porterehusen CL. Johannes Soltkote CL. Nicolaus de Odeslo CL. Wernerus Pape CL. Ludeke Rufus CL. Gerardus de Wismaria CL. Lutbertus Rufus CL. Hinricus Bisteruelt CLL. Gyso de Clingenberghe CL.

1) War schon vorher durchstrichen. 2) Nicht durchstrichen. 3) CL ist von C et L durch einen Punkt getrennt und später beigeschrieben, was sich im Folgenden öfters findet, besonders bei mehreren L. 4) Das a ist nicht deutlich, es ist aber auch kein bestimmtes o oder u, obwohl es das letztere sein kann. 5) Nicht durchstrichen. 6) Alle folgenden bis zum Absatze nicht durchstrichen. 7) Nicht durchstrichen.

Johannes Repin CL. Bernardus Niger L. Hinricus Pelz C. Bertrammus Rufus L. Johannes de Buren L. Wichardus in fossa petri L. Ludeko de Oldenburg L. Borchardus in platea holtsatorum L. Hinricus Pellez C. Thidericus Kolon(iensis) C.[1]

Jsti dederunt lithure:

Thidericus Molenstrate. Arn(oldus) Porterhus ded. Jo(hannes) de Lubeke ded. Bernardus Luscus. Cunradus Westfal. Stubbedorpe. Hinricus Rufus. Reimarus. H. Duneuarer. Mar. Segeberch. H. Hals. Andreas. Luchte. Hinricus Honouere. Jo(hannes) Pipere. H. Wartberch. Ger(ardus) Odeslo. Jo(hannes) Kilbrokere. Wulfhagen. Jo(hannes) de Bireden. Kule. Cunradus Kost. Timme. Wern(erus) de Brema. Jo(hannes) Vos.

[2]Quinque.

Spende LXXXXII:

Luderus Oldenburch CL. Pellez CL. Jo(hannes) Kile CLLL; dat Henricus IIII sol. H. Klingenberch CL. Wichert in fossa pistorum CL. H(inricus) Schutte CL. Jo(hannes) Buren CLL. Jo(hannes) Rakestro CL. Jo(hannes) Westfal CCCL; dat Henricus VIII sol. Martinus CLL. Hinricus de Minden CLL. Herbor(dus) CL. Mester Euert CLL. Wernerus Rufus CL. Bernardus Mengestrate CL. Thidericus Koloniensis CL. Jo(hannes) Hildwert CL. Bernardus Niger CL. Beringer CL. Bertoldus Kling(eberch) CL. Borch(ardus) CL. H(ermannus) Porterehus L. Th(idericus) Hirseuelt L. Jo(hannes) Krucowe tenetur XVIII den. Lud(erus) Rod(e) L.[3] Jo(hannes) Soltcote L. C. Grubenh(agen) C. H. Wulfh(agen) L. Lutb(ertus) Rod(e) L. Wartberch L. Lutke III sol.[4]

---

1) Bis hieher ist die Columne regelmässig geführt. Der folgende Absatz steht unordentlich durch einander, wie der Raum es gestattete. Die einzelnen Namen sind nicht durchstrichen.

2) Das Folgende steht auf dem Pergamentstreifen (Anm. 1). 3) Ist schon früher ausgestrichen, und II sol. darüber geschrieben. 4) Auf der Rückseite des Streifens stehen folgende Privat-Aufzeichnungen des Kämmereiherren:

Wedengarn non habet debitum pondus et est intrinsecus putrefactum.
Colorata fila, que geterede vocant, sunt falsificata.
Schivelborden sunt nimis breuia.
Aurum est nimis breue.
Bendel foris est longum et intus breue.
Kogelere est nimis breue, interius non est ita bonum, sicut foris.
Burdoc est nimis breue, et interius nimis debile.
Zindel inuenitur consutum de II uel III frustis et non habet debitum jus.
Mildelside immiscetur quinque bortsiden.

# MXCIII.

## *Verschiedene Aufzeichnungen aus den Jahren 1305—7.*[1]

### 1.

Consulibus de Roztok concessimus mille marc. den. slauicorum, quas nobis dudum debuerant persoluisse.[2]

Marquardo Hildemari concesse sunt II baliste, qui eciam dare tenetur talliam sociorum et famulorum suorum.

Gobeke[3] de Caldario de Colonia tenetur X marc. pro griseo equo.

Reimerus messor tenetur IIII marc. de prato prope Zwerinam.

Consules de Stralessund tenentur III marc., quas eis Johannes de Dowaie mutuauit.[4]

Dhetleuus Lupus miles tenetur XX marc. den., quas ei ciuitas mutuauit.

Curia Nogardensis tenetur XII marc. argenti nogardensis.[5]

Bode de Jsrahelistorpe tenetur V sol. et IIII den. de hura anni CCCIII.[6]

Sifridus de Plone et Otto filius Ottonis et Otto Sandbergh et Dhetleuus de Bocwolde tenentur V marc. pro dextrario.

Pro sartagine Hinrici Hold dedimus X marc. IIII sol. minus.

Cum Johannes de Dowaie recessit de Gotlandia, computauit ibi tunc cum consulibus, quod ipsi tenentur nobis refundere XIX marc. den et VI sol. Et cum equi vendentur, inde tollemus in ante Ił marc. puri argenti in pondere wisbycensi. Quicquid amplius prouenerit de equis, de illo recipiemus dictos denarios. Jnsuper debemus habere XIł marc. den., quos (*sic*) Johannes de Dowaie expendit.

Consules de Gotlandia tenentur nobis dare de bonis sancti Petri Nogardensis IIII marc. arg. puri lubicensis in pondere lubicensi, et eciam XIIII sol. lub. den., per quod deputati sunt IIII$^{or}$ equi et Ił marc. arg. puri de reisa Johannis de Dowaie.

Thidericus Rosa tabernator tenetur XI marc. den. Michaelis anno CCCIIII.[7]

---

1) Die folgenden Aufzeichnungen befinden sich auf drei Rollen, von denen die zweite die Ueberschrift führt: Anno CCCVI, in Cathedra Petri, die dritte: Anno MCCCVII, Jacobi. Demnach scheint die erste, welche Bemerkungen über Rückstände aus den Jahren 1303—5 und Vorausbestimmungen auf 1306 enthält, den beiden andern unmittelbar voranzugehen, wofür die gleiche äussere Haltung spricht. Ob die erwähnten Ueberschriften den Anfang der andern Rollen bezeichnen, dürfte mindestens bei der dritten zweifelhaft sein. Sie sind auf beiden Seiten, so dass von allen vier Ecken angefangen ist, beschrieben; die spätern wiederholen oft wörtlich die Restanten der frühern u.s.w. Im Obigen ist das abgedruckt, was für sich allein verständlich und von allgemeinem Interesse ist.
2) Die Summe ist 1307 noch nicht bezahlt. 3) Goleke. 1307. 4) Noch 1307 angeführt, wo IIII marc. steht. 5) 1307 wiederholt. 6) 1306: B. d. J. ded. XIII sol. et IIII den., und später: ten. XXI sol. et IIII den. 7) Folgen Zahlungsvermerke über allmähliche Abtragung von 10 ℔. 1307: Th. R. ten. XI marc. de taberna, ded. XXIIII sol. Vgl. S. 1028.

Cunradus Atenderen habet XVII marc. arg. puri et lot, et VIII ponderatas marc. in denariis dimidio lot minus.

Gerardus Dunker tabernator ad arborem tenetur VI sol.

Theloneum in molendor ab Annunciacione Domine nostre vsque Johannis Babtiste valuit VIIIIł marc. den. Jtem a Johannis Babtiste vsque Michaelis valuit VIIł marc. Jtem VIIII marc. IIII sol. minus.

Sanctus Spiritus tenetur XL sol. pro duabus mensis, quas habuit in domo laterali.

Helenburgis *(sic)* filie Meierschen concessimus I marc. super redditus, quos habere debet in Pasca.

Alberto famulo prouisoris sancti Petri tenemur in XXIIII[1] sol. in Pasca pro Heseken filie Meierschen de suis redditibus.

Johanni Stormere tenemur in IIII sol. pro prato extirpato.

Jnfra duos annos non dederunt illi de Sicco allodio huram suam, scilicet de CCCIII et CCCIIII. Sed Johannes Wullenpund de II annis.

[2]Johannes Hamer tenetur huram suam anno CCCIIII.

Johannes Runese et Hinricus Wrot tenentur XX sol. pro tunneken.[3]

Jn curia sunt CCC dhelen et balken swedes et quinque centene wagenscotés et duas (*sic*) centenas tegularum quercinarum et C vuren dhelen et latten pariter et II trabes.

Dreuen[4] tenetur XXX. XXX. XXX. XXX. marc. den. et C et LXV marc. den. Jtem Dreuen tenetur X. X et XXXXX marc.

Arnoldus Rufus de Luneburch tenetur theloneum pro II vasis.[5]

Godekoni Rungen, qui duxit falcones regi, concessimus VIII sol.[6]

Aluinus Olla et socius eius tenentur C marc. arg. de moneta, quas sustulerunt de Johanne de Sceningen. Jtem XL marc. arg.

Aluinus Olla et Cunradus de Atenderen tenentur XXXIX marc. arg. et VI sol., de quibus dederunt Olrico XIIII marc. arg.

Ab Aluino Olla et Cunrado de Atenderen recepimus de argento, quod eis presentauimus, XXX marc. arg. VIII den. minus. *(Der letzte Zusatz scheint ausradirt; dann werden als empfangen notirt:)*

---

1) Uebergeschrieben; ausgestrichen: XII. 2) Scheint zur vorigen Inscription zu gehören. 3) 1306 und 1307 wiederholt. 4) Er kommt in allen drei Rollen noch oft vor, heisst einige Male campsor, und mit ihm werden viele Hunderte von Marken verrechnet. 5) Mehrere derartige Aufzeichnungen kommen später vor, so gleich nachher: Stochgel tenetur theloneum de VIII vasis vini; u. a. 6) 1306 und 1307: Godeke Runge tenetur VIII sol. sibi mutuatos.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| XXVII | marc. | arg. | | XXVI | marc. | arg. |
| XXXV | - | - | et fertonem. | XVIII | - | - |
| XXX | - | - | | XXXIIII | - | - |
| LXVI | - | - | | VII | - | - |
| XXXIIII | - | - | | XV | - | - |
| XXXV | - | - | | V | - | - |
| V | - | - | | XV | - | - et fertonem. |
| XXXVIII | - | - | | II | - | - et XVIII den. |
| LX | - | - | | XL | - | - |
| XXV | - | - | | XVI | - | - |
| XXIIII | - | - | | | | |

Summa D et LXX marc. arg. et XXVI sol.[1]

Hermanno facienti aqueductum concessimus X marc. den.[2]

Gozwino de Cimiterio tenemur in LVIII marc. arg. ex parte Romanorum regis. Jtem Rotgero de Berchoue in XXVIII marc. arg.

Hermannus et Hille vxor eius de Noua villa tenentur I marc. sibi post incendium mutuatam, quam soluent Michaelis anno CCCVI.[3]

Jn curia sunt M̊ wagenscotes. Jtem DCCC faginis asseribus (*sic*). Jtem CCCC tegularum quercinarum. Jtem XL vuren dhelen.

Crempelstorpe: Hamer dedit V mansos et quartale.

Noua villa CCCV: Gerardus de Brema dedit de tercia parte ville.

2.

Considerandum est, quantum de nouo hofslach pertineat in noua hura ad quemlibet virum residentem in (villis)[4] Padeluchge et Sconenboke et Slucop de anno CCCV. Jllam enim huram adhuc soluere tenentur.

Omnes kotere residentes in villis ciuitatis inde recedere debent et vacuas areas ciuitati relinquere debent in festo Pa(s)che anno CCCVI.

Reinerus de Aken tenetur X marc. pro eo, quod habuit societatem cum hospitibus.

---

1) Die Summe stimmt nicht, wie häufig in solchen Aufzeichnungen, was in den bei einzelnen Posten sichtlich vorgenommenen Correcturen seinen Grund haben mag. 2) Auf derselben Rolle wiederholt, und steht daselbst: XX marc. — 1306 und 1307 heisst es: H. f. a. c. LX marc. den. persoluendas Johannis Babtiste, pro quibus fideiusserunt Mauricius Hamer et Cunradus Heregeld et Bertoldus Sweime et Wiscelus de Monte. Cunradus Heregeld XV marc. ded. Mauricius Hamer ded. XV marc. Wiscelus de Monte ded. VI marc. Kurz vor dieser Inscription heisst es 1307: Bertoldus Sweime ten. de aketucht XV marc. et Wiscelus de Monte XV marc., de quibus ipse Wiscelus ded. VI marc. 3) Wiederholt 1307. 4) 1307 eingefügt, wo die obige Inscription sich wiederholt.

Aluinus Olla tenetur I trabem de XLII pedibus.

Tabernator in Dosenwerdere dedit XX sol.

Nicolaus de Vriborgh tenetur VI marc. de domo pabuli.[1]

Arnoldus Pape habet IIII½ lotonem auri et tantum, sicut ponderant IIII den., quod aurum pertinet ciuitati, et illud vendere debet.

De farina, quam reduxit Sifridus de Bocholte de Norwegia, fiebant XL sol. et IX den.

Arnoldus Pape tenetur XVII marc. arg. et VII½ sol. de plumbo.

Domino Marquardo de Sandberge dedimus CCC marc. den. Jtem XX marc. Jtem VIII marc.[2]

Ab Heinrico Papen recepimus CC marc. den. ex parte ciuitatis Sundensis.

De siligine fiebat[3] CC marc. et LX marc., de quibus dedimus XXXVI marc. pro naulo et aliis expensis.

Magistri vadiorum presentauerunt nobis XXXVI marc. den. ex parte Hermanni Sassen preconis VI den. minus.

Consessimus Jlliasse pictori VIII sol.

Meinricus de Lapide tenetur VII quercinas trabes de XL pedibus et III trabes abiecnas de XL pedibus.

Hermannus pictor tenetur III marc. pro plumbo.

Arnoldus Pape tenetur XLIX naualia talenta plumbi III½ liuespund minus, pro quolibet talento III marc. IIII sol. minus.

Thidemanno de Brema clippeatori concessimus V marc. den. super suos tarcen.

Notum sit, quod conce(s)simus Hermanno pictori XX marc. den., scribi debet in libro. Jtem Joha(n)ni fabro XXXII marc. Jtem IIIII½ marc. den. pro vitro, quos (*sic*) concessimus Hermanno cauponi ex parte Hermanni pictoris. Jtem pro nodis XII sol. Jtem XX marc., quos H. Voor recepit. Jtem concessimus Hermanno pictori XX marc. den., quos Albertus de Libra exposuit; in libro debet ad(h)uc scribi. Jtem concessimus Hermanno pictori VI marc. den.; scripte sunt in libro. Summa, quod Hermannus recepit, XLVI marc. den.

Ciuitas consessit duce (*sic*) Alberto XII baliste dorci et VI spanghod.

Euerardo Rufo concessimus super suam liburnam VI marc. den.

Meinricus de Lapide et Hinricus Vundengod dederunt nobis CC marc. de moneta[4], quas Johannes de Guztrowe recepit, et sunt scripte in libro ad liburnas.

---

1) Wiederholt 1307. 2) Später: Domino Marquardo de Sandbergh concessimus VIII marc. 3) Ebenso 1307: De siligine, que venit de Roztoc, recepimus etc. 4) Dieselbe Inscription bis hieher 1307.

Magistro Nicolao carpentario concessimus VIII sol.

Hinrico Longo et Petro carpentariis concessimus cuilibet II sol.

Stenhowere concessimus marc.

Captiuis de Elbingo concessimus II marc., quas Johannes de Wittenburg redde(t).

Thidemanno de Stabulo tenemur in XIIII marc. pro feno.[1]

Hinricus Constantini tenetur ciuitati vnum equum de XVI marc.[2], sicut notum est Meinrico de Lapide et Aluino Gropen.

Ab Aluino Olla recepimus XXVIII marc. arg. pertinentes ad vicariam Wolteri de Louenburgh.

Hinricus Nienborgh debet habere XVIII marc. pro rufa pictura.

Aduocatus tenetur XX delen de Swecia.

Aluino Olle dedimus XXVIII marc. ad vsus stipendiariorum, que adhuc scribi debent in librum.

Tiloni de Wartberge concessimus IIII marc. supra clippeos tarchen.

Elero de Pronstorpe tenemur in LXIII (marc.) pro auena.

Gotfrido Rosengarden tenemur XXXIIIII marc. pro auena.

3.

Domino Marquardo Vorrat tenemur CC marc. slauicales, denar. slauical. ad XVIII conputando. De denariis predictis dedimus C marc. den. lub. Gotfrido de Ponte ex parte dicti Marquardi.

Thidemannus filius Bernardi molendinarij et sui prouisores tenentur communi manu LXXXIIII marc. den. adhuc per omnia de molendino, in quo resederat. Sic computatum fuit in die sancte Lucie. XX marc. den. dedit. Jtem ded. X marc. den. Jtem X marc. ded. Jtem X marc.[3]

Nos tenemur domino Johanni Clendenst in CCCC marc. et VI marc., quas pro nobis dedit Lamberto Dano pro CCC aureis denariis papalibus, de quibus ei persolute sunt CC marc. et XXIIII marc. et VI marc.

Nos tenemur Johanni de Hattorpe in platea mengonis in XIII marc. pro opere vario.

Nos tenemur fratribus Minoribus in VII marc. et IIII sol. et in II trabibus de LXX pedibus.

Argentum Brandenburg. ponderat VIII marc. et III lot I quentino minus.

1) Später: Nos tenemur Heysoni de Magdeborgh XXII marc. pro feno Conradi Parui. Vgl. No. 401. 2) Wiederholt 1307, wo es statt des Folgenden heisst: quem Meinricus de Lapide et Aluinus Olla presentauerunt clerico suo in Odeslo. 3) 1306: Thid. fil. Bern. mol. ten. nobis in CC marc. den. et X marc. den. Vgl. No. 1094.

Sconenboke dedit XIIł[1] marc.

Padelugghe dedit XX marc.

Slucup dedit IIII marc. Jtem III marc. et III sol.[2]

Johannes Keiser tenetur nobis in D et XLIIII marc., de quibus dedit Johanni Clendenst CC marc. minus XX marc., vidue Gozwini L marc., aduocato in Norø XX marc., Thid. de Alen XXXIIII marc., Vlrico de Salem L marc., Rad. fratri aduocati V marc., Sancto Spiritui VI marc. pro ara, Liborio XXX marc., Alberto Broten LXXXX marc.

Ab Hermanno de Warendorpe recepimus CCC marc. den. et LXXI marc. et II sol. Jtem CCC marc. VII marc. minus. Jtem C marc. Jtem L marc. Jtem C et LXXX marc. Jtem C et L marc. Jtem LX marc. Jtem ded. C marc.

A Johanne Keiser recepimus de dinghesle CCC marc. et XV marc. ad liburnas. Jtem IIIIł marc. Jtem XX sol. Jtem XII marc. et VIIIIł sol. Jtem V sol. et III den. Jtem VIII sol. V den. minus. Jtem X sol. tribus den. minus.

Ab Hinrico Vundengod recepimus XXIIII marc. arg. puri de moneta.

Dhunepape tollet de Leone VIII sol. feria sexta post Pasca, et non . . . (*Das Weitere abgeschnitten.*)

Meinricus de Lapide consul tenetur VII quercinas trabes de XL pedibus et III trabes abiecnas, scilicet vuren, de XL pedibus.

Luderus de Plone miles tenetur V marc. de domo inter macella carnium in Pascha anno CCCVII.[3]

Albertus de Bardewic tenetur C tegulas quercinas.

Cunradus Paruus noster tenetur CCCC wagenscot.

Begine Cranonis C et XX wagenscot tenentur.

Vidue marchionis Hermanni dedimus DL marc., item C marc.[4]

Thidericus de Alen tenetur XL marc. de dextrario. Gerardus Friso XVIII marc. pro equo Martini. Johannes de Cremun XL marc. den. de dextrario Purificacionis. Gherardus Kil XIIII marc. pro equo.[5]

Johannes Bure tenetur talliare anno CCCVIII de quatuor annis.

Alexandro scriptori tenemur in LXXX marc. den. dimidia marca minus.

Conputacio tallie: Jn primo VIII marc. den. Hinrico de Raceburg dedimus C marc. Jtem XLIIII marc. Jtem dedimus Volmaro de Atenderen XXIII marc. ex parte Hinrici de Raceburg. Jtem C marc. Jtem LXXXIII marc. Jtem VIł marc. Jtem VIł marc. Jtem XXII marc. Johanni Clendenst dedimus XXIIII marc. et XLII

1) Oder IIł. schon 1306. 2) Später: Jlli de Slucup tenentur XV sol. de anno CCCVIII. 3) Ebenso 4) Vgl. No. 1029. 5) Es folgen noch einige ähnliche Inscriptionen.

marc. et CCCC marc. et II marc. et LXXXIIII marc. Jtem CC marc. et LXXII marc. Hermanno Mornewech dedimus CCCC marc. et XXV marc. Jtem VII marc. Jtem XV marc. Vidue Gozwini dedimus XVI centum marcarum. Jtem XXI marc. VI sol. minus. Jtem VII marc. et XXIIII marc. et XXIII marc. Jtem XVI marc. Jtem XXVIII marc. Jtem XXI marc. Jtem VIIII marc. et XXX marc. Jtem XII marc. Jtem centum marc. et LVI marc. Jtem XLIIIII marc.

Summa hic tria milia et DCC et IIII marc. den. VI sol. minus.[1]

Jtem CC marc. den. XII marc. minus.

Brungere tenetur X marc. de Kiperehorst, quas Ecbertus Cure sustulit.[2]

## MXCIV.

*Zwei Verrechnungen der Einnahmen aus den städtischen Mühlen. 1303 und 1307 bis 1309.*

1.

Molendinarij anno CCC tercio, Blasij:

Hermannus molendinarius dat secentas marc. den. Dedit C marc. et X marc. Jtem dedit X marc.[3]

Bernardus molendinarius dat secentas marc. den. Dedit XX marc.[4] Jtem dedit X marc.[5]

Ludeke molendinarius dat secentas marc. den. Dedit etc.[6]

Ex parte Gernandi VIII talenta tritici et VIII talenta brasij auenacij dabunt.[7]

2.

Ex parte Gernandi debemus habere VIII talenta tritici et VIII talenta brasij auenacij anno CCCVII, que dederunt anno CCCVIII. Jtem dederunt anno CCCIX.

Anno CCCVII primus annus molendinariorum de tribus annis sequentibus, quorum quilibet dat in anno secentas marc. den. Dederunt annum CCCVII.

Hermannus dedit CC et XXX marc. anno CCCVIII. Jtem dedit L marc.[8]

Dhitbernus dedit CCC et XL marc. anno CCCVIII. Jtem dedit L marc.[9]

Vidua Ludekini dedit CC et LX marc. anno CCCVIII. Jtem dedit L marc.[10]

---

1) Vgl. ob. S. 1038. Anm. 1. Einzelne der hier aufgeführten Summen, theils mit denselben Namen, theils, wo hier bloss mit Jtem fortgefahren ist, mit anderen Namen, kommen früher als Weichbildsrenten vor. 2) Früher: Brunghere pistor ten. X marc. den.

3) Der letzte Zahlungsvermerk ist noch 66 Mal wiederholt. 4) Zweimal und später noch zweimal wiederholt. 5) 70 Mal wiederholt. 6) 6 Mal 20 ß, 71 Mal 10 ß. 7) Ist zwischen die letzten der vorigen Zahlungsvermerke geschrieben. 8) Ferner 74 Mal 10 ß. 9) Ferner 75 Mal 10 ß. 10) Ferner 68 Mal 10 ß.

## MXCV.

*Aufzeichnung über die verhäuerten Travenwiesen. O. J. (1307.)*[1]

Jn parte orientali Trauene:

Pratum sub Swerine soluit IIII marc.: Segebode Crispin et Hildemarus.

Jtem magnum pratum soluit IIII marc.: Ciuitas habet. Dosenwerdher, noua fossa: Albertus Bardewic et Johannes de Vlsen. Tydemannus Albus. Radolfus de Lapide. Segebode Crispin. Hermannus Mornewech. Hinricus Wittenborgh. Jacobus Goldoge. Gotfridus de Ponte. Johannes Keyser. Henricus Pleszcowe. Meinricus de Lapide. Relicta Willekini Brunonis. Jtem Johannes Keyser. Henricus Wrot. Relicta Jordanus *(sic)* Pingwis. Arnoldus Plezcowe. Jtem vnum parwm pratum prope Kukukesmolen: molendinarij habent.

Jn occidentali parte Trauene:

Relicta de Fago. Thidericus de Alen. Hogerus Mildehouet. Gherardus Buchel. Meynricus de Lapide. Godeko Vifhusen. Hugo de Alen. Gherardus Friso. Albertus de Hattorpe. Wedekynus de Reuele. Ludeke Stripederok. Johannes Sager. Arnoldus Pape. Radolfus Campsor. Ecbertus Kure. Johannes de Cusfeld. Bruno de Warendhorpe. Johannes de Vlsen. Albertus de Bardewic. Conradus de Attenderne. Johannes Clenedhenist. Marquardus Vorrat. Albertus de Warendhorpe.

Siluerhutte: Johannes de Guczstrowe. Johannes Wollenpunt. Johannes Runese et Aluinus Grope. Holt et Hermannus Holt. Longum pratum: Ciuitas habet. Boilens (?): Ciuitas habet. Hinricus Wndegut et Johannes Samekowe. Reyneke Mornewech pratum . . . .

## MXCVI.

*Zwei Aufzeichnungen über die an den Herzog von Sachsen geleisteten Zahlungen. 1307.*[2]

### 1.

Conputatio ducis Saxonie anno CCCVII, in Pasca:

Jpso tempore mansit nobis debitus L marc. et XXIIII sol. de pecunia, quam recepit ante Pascam, quam Walburgis debuisset habuisse. Jtem C marc. Johanni Sassenhaghen[3] per Siffridum Bot. Jtem Heineconi de Duuense C marc. Jtem L marc. domino Gunselino de Bertonslebo. Jtem Wasmodo Puero XX marc. Johanni Papen L marc. Jtem Bernsten camerario C et XL marc. et scriptori ducis. Jtem CCCC marc. et XXV marc. Johanni Cremun.[4]

1) Auf der Rückseite steht: Anno Domini MCCCVII, in Cathedra Petri. Nos camerarij vendi(di)mus ex parte ciuitatis redditus primo Holtoni Rufo C marc. annuatim, intr. in Pasca. Tydemanno Albo XL½ marc. 2) Vgl. No. 209 ff. 3) Hier ist ein Raum freigelassen. 4) Ganz unten am Rande steht noch: C et LXX marc. arg. II marc. minus.

2.

[1]Jsta est conputacio ducis Saxonie:

Pro duce Saxonie dedimus Cunrado de Stendale DCC marc. den. IIł marc. minus. Jtem Piscatori aduocato et Resen CL marc. Domino Ecgehardo capellano suo[2] X marc. Cremun recepit. Johanni Cremun XXXV marc. pro suis expensis. Jurio Hasencop et Heineconi Scarpenbergh CL marc. Jtem Piscatori aduocato concessimus pro duce LXXIIIł marc. et IIII sol. de illis denariis, quos debet habere Wolburgis pro ceruisia. Jtem recepit postea aduocatus Visghere ex parte ducis LXXVI marc. et IIII sol., quos debuisset Walburgis (h)abere. Jtem recepit Zassenhaghen, famulus ducis Saxonie, Ć marc. et LXXIIII marc. Walrauen de Crummesse X marc. den. Jtem ducisse X marc. den. ad eorum expensas versus Marghiam. [3]Jtem dedimus duci Saxonie centum marc. denariorum, quos Walburgis debuisset recepisse: dati sunt Johanni Sassenhaghen Letare. [Jtem] Jtem dedimus duci Saxonie C marc. den., quos Walburgis debuisset recepisse: dati sunt Bernstein camerario Judica.[4]

## MXCVII.

*Verrechnung der Einnahmen und Ausgaben einer städtischen Ziegelei. O. J. (wahrscheinlich vor 1316.)*[5]

De lateribus Hartwici dedimus Hinrico de Godebuce III mil(lenas). Gerardo Remensnidere Ił mill. Hinrico Dosen III mil. et dimidiam millenam. Matheo textori I mil. Johanni Rukelant I mill. Johanni Rukelant II mill. Heydekoni de Sancto Spiritu II mill.

De secundo fornace Hartwici uenerunt XIIII mill. laterum tam vnius quam alterius.

Pro lateribus Hartwici comburendis dedimus XXVII sol. Jtem pro lignis ad eosdem lateres VIIIIł marc. Jtem IIĺ marc. pro lignis. Jtem XV den. Jtem Vł sol. Jtem IIII marc. pro lignis.

1) Steht auf der Rückseite, von derselben Hand, wie der erste Theil der Aufzeichnung. 2) Danach ist die Datirung von Urk.-B. I, 570 zu berichtigen. 3) Von hier an eine andere Hand, dieselbe, welche das Verzeichniss auf der Rückseite geschrieben hat. 4) Die Rückseite enthält folgendes Verzeichniss, das bis auf die Aufmachung der Summe durchstrichen ist: Aurige: Boge carbonator XII sol. Elerus marc. Bernardus VIII sol. Hinricus Albus XII sol. Thitbernus VIII sol. Hobergh XII sol. Godeke XII sol. Hinricus Loseke XII sol. Albertus pabulator XII sol. Erhardus Slabrucke XII sol. Helmicus XII sol. Wluistorp VIII sol. Johannes Snoor XII sol. Albertus Slabrucke XII sol. Bredenvelde IIII sol. Nicolaus Wlpes VIII sol. Tabehorn IIII sol. Amicus XII sol. Filius Eleri VIII sol. Hinricus Sornhorn VIII [übergeschr.: VII] sol. Johannes Dominus IIII sol. Heydhke Sosat VIII sol. Conradus Parnus VIII sol. Johannes Gronowe VIII sol. Conradus de Seyne (?) VIII sol. Berneklas VIII sol. Tydericus de Valua IIII sol. Sc(o)dhorpe IIII sol. Summa XVI marc. et IIII sol.

5) In dem folgenden mit 1316 beginnenden Kämmereibuche findet sich nämlich keine für Rechnung der Stadt verwaltete Ziegelei mehr.

# MXCVIII.

## *Kämmereibuch von 1316 bis 1338.*[1]

F. 4b. Domus pannorum.

Domus pannorum inferius[2], qui dant semel in anno. *Darüber ist bemerkt:* Quelibet cista dat XXIIII sol et I sol. ad vinum et I sol. camerario dominorum.

---

1) Dieses älteste vollständige Kämmereibuch ist ein Pergamentband in kleinem Folio, bestehend aus acht Lagen von je fünf bis sechs Bogen, im Ganzen 90 Blättern, gebunden in Deckel von starkem Eichenholze mit demselben carmoisinrothen Leder überzogen, in welches alle älteren Bücher der Stadt gebunden erscheinen. Die letzte Lage von fünftehalb Bogen ist lose hineingelegt. Die ersten drei Blätter sind unter der Ueberschrift: Diuersa notabilia benutzt zu Aufzeichnungen über Gelder, welche entweder von der Stadt dargeliehen oder bei der Stadt deponirt waren u. dgl. Auf der Rückseite von Blatt 4 beginnt sodann die Verzeichnung und Verrechnung der Intraden der Stadt mit der ersten Rubrik: Domus pannorum, und geht unter verschiedenen Rubriken fort bis Bl. 37. Sodann folgt von Bl. 39 bis 45 die Verzeichnung und Verrechnung der stehenden Ausgaben der Stadt an Gehalten und Renten. Unter der Rubrik Ville folgen nun von Bl. 46 Aufzeichnungen über die innerhalb der Landwehr belegenen Dörfer und die aus denselben der Stadt zufliessenden Renten und Häuergelder. Mit Bl. 51 beginnt das Verzeichniss der von 1317, in Kathedra Petri an aufgenommenen Bürger mit Angabe ihrer Bürgen, was bis Bl. 76 bis zu Martini 1340 fortgeführt ist. Auf der Rückseite von Bl. 77 bis zur Rückseite von Bl. 79 stehen wieder Aufzeichnungen über die Dörfer, worauf mit Bl. 80 das Verzeichniss der aufgenommenen Bürger fortgesetzt und bis zu Ende des Buchs, so wie auf der eingelegten losen Pergamentlage, bis zum Jahre 1350, Kathedra Petri fortgeführt wird. Auf den letzten fünf Seiten dieser Lage machen nachträgliche Verzeichnungen und Verrechnungen der Einnahmen aus städtischen Gebäuden den Beschluss. — Bei dem gegenwärtigen Abdrucke sind 1. die zusammengehörigen Rubriken da, wo sie im Buche offenbar nur aus zufälligen räumlichen Gründen von einander getrennt erscheinen, an einander gereiht, 2. in der Regel die Zahlungsvermerke weggelassen worden. 3. Das Verzeichniss der Bürger, das schon anderweitig*) bearbeitet worden, ist nicht aufgenommen. 4. Ebenso hat man die die ersten fünf Seiten des Buches füllenden Diversa notabilia, welche meistens nur Privatverhältnisse betreffen, hier ganz weggelassen, und einzelne Aufzeichnungen von besonderem Interesse abgesondert unter den betreffenden Jahren aufgenommen. 5. Zu Erläuterungen und Vervollständigungen des im Buche Enthaltenen ist in diesen Noten benutzt worden ein anderes mit dem Kämmereibuche in naher Beziehung stehendes Buch, welches unter dem Namen des kleinen Bürgermeisterbuchs jetzt auf der Registratur aufbewahrt wird. Es ist 57 Pergamentblätter stark, von welchen die ersten 15 foliirt sind, doch so, dass die erste Seite des ersten Blattes nicht mitgerechnet ist, gebunden in Holzdeckel mit carmoisinrothem Leder überzogen, und trägt vorne die Inscription: Anno MCCCXVIII, in Kathedra Petri, inchoatus est liber iste. Es wird in diesen Noten als Liber memorialis, was es eigentlich ist, citirt werden. Ferner ist das auf das gegenwärtige folgende und die Jahre 1338 bis 1355 umfassende Kämmereibuch in den Noten benutzt worden, um das gegenwärtige bis zum Jahre 1350 zu ergänzen, auch hin und wieder im Texte selbst ein erläuternder Beisatz aus demselben entlehnt und in runden Klammern beigefügt worden, z. B. Fol. 4b bei Lohus, Fol. 9b bei Cordewanere, Fol. 20b bei Harinchus.

2) Pannicide domus inferioris presentibus camerariis debent in octaua Pasche mittere sortes suas pro cistis, quibus per anni circulum vti debent; quiuis autem dat pro cista sua ciuitati XXIIII solidos et vnum solidum ad vinum et clausori domus vnum solidum. Cista vero, que stat sursum

*) Mantels Ueber die beiden ältesten Lübeckischen Bürger-Matrikeln im Osterprogramm des Catharineums 1854.

Domus pannorum superius[3], qui dant semel in anno. *Darüber ist bemerkt:* De qualibet sorte dantur X sol. et ad vinum VI den. et camerario III den. Quelibet cista habet duas sortes.

Lohus:[4] (Wullenweuere) cum lubicensibus pannis, dat quiuis IIII$^{or}$ sol. semel in anno Michaelis.

Lore dant quiuis VIII sol. in anno, in Pasca IIII$^{or}$ et Michaelis IIII$^{or}$ sol.

F. 3a. Witgherwere[5] dant simul X marc., in Pasca et Michaelis medietatem.

Quodlibet macellum carnium[6] dat annaliter vnam marcam den. et VI denarios ad vinum; scilicet in qualibet feria tercia proxima ante dominicam Palmarum, quando sorciuntur. Sed qui lardum et intestina pecorum vendunt, stabunt in locis inferioribus, et quiuis eorum dabit de sua bodha XII solidos ciuitati et sex denarios magistris carnificum ad vinum.

De domo kuterorum[7] dant magistri carnificum annuatim X marcas den. et vnam marcam pro kotherere bis in anno soluendas, in Pascha et Michaelis.

et que sita est retro ostium in introitu domus, dat vnam marcam. Jtem ille due ciste, que sunt in medio vtriusque lateris ipsius domus, soluunt quelibet vnam marcam, et illud dimidium lit, quod stat in alio fine eiusdem domus, soluit VI½ solidos. Jn vacuas vero cistas nemo ponet aliquos pannos, nisi cum consensu camerariorum post locacionem, et de vacua cista, quam quis post sortem accipit, dabit tantum sicut de alia. Cistis dictis vorkisten non vtentur, quamdiu cista aliqua dicta nakiste locata non est. Si enim aliqua cista manebit vacua, tunc vorkiste deponentur. Lib. memor. fol. 2a.

3) Pannicide domus superioris post Pascha duabus septimanis presentibus camerariis solent pro suis cistis mittere sortes suas, vbi tunc duo ex eis dare debent pro vna cista XX solidos ciuitati et XII denarios ad vinum et VI denarios clausori domus, et est sciendum, quod de quolibet lit dantur X solidi et IX denarij, in quo panni ponuntur. Et sciendum, quod illi quatuor, quorum sortes primitus aduenerunt, erunt magistri per instantem annum. Sed illi quatuor magistri, qui fuerant anno tunc preterito, nominabunt illos, qui fecerunt inter eos excessum aliquem illo anno, et tunc illi vadiabunt quilibet eorum III marcas argenti ciuitati. Lib. memor. fol. 2a.

4) Cerdones stantes in Lohus post Pascha solent mittere sortes presentibus camerariis vel eorum nuncio, et quiuis eorum tunc dat de loco suo IIII$^{or}$ solidos. Jn festo eciam beati Michaelis proxime sequenti quiuis eorum tunc iterum dat IIII$^{or}$ solidos. Lib. memor. fol. 2a. — Vendentes integros pannos lubicenses in domo dicta Lohus stantes dant quilibet de loco suo IIII$^{or}$ solidos, quos eorum magistri congregabunt Michaelis et in vna summa eos camerariis presentabunt. Lib. memor. fol. 2b.

5) Witgherwere et illi cum rotlasch dant annuatim X marcas den., quos magistri congregabunt et eas in vna summa camerariis presentabunt, dimidias in Pascha et dimidias Michaelis. Lib. memor. fol. 2b.

6) Notandum de carnificibus. Si ciuis aut filius ciuis, dabit XII solidos pro opere acquirendo; si uero non est ciuis, dabit pro ciuilitate et pro opere XVIII solidos.

Consuetudo est, quod carnifices in presencia camerariorum ante Pascha sorciantur inter se de bonis (*bodis*) suis, et eodem die, cum iste fiunt, det ibidem quiuis carnifex de bodha sua vnam marcam den. et sex denarios ad vinum. Lib. memor. fol. 1b.

7) Domus kutherorum soluit annuatim ciuitati decem marcas den., quos magistri carnificum, qui pro tempore fuerint, tenentur exigere et camerariis integraliter presentare. Sed notandum, quod, quandocumque aliquis acquirit opus carnificum, siue cum aliquis intrat eorum consorcium, dabit

Pistores solent post Pascha mittere sortes pro locis suis habendis in macellis panum, quorum quilibet tunc dat camerariis VI sol. et VI den. ad vinum. Dant eciam in festo Michaelis quiuis eorum VI sol. sine vino: sed quicunque acquirit opus suum, ille debet illud acquirere presentibus magistris coram camerariis, et si non est ciuis, dabit pro ciuilitate et pro opere XVIII sol.; si vero fuerit ciuis aut filius ciuis, dabit tantum XII sol. pro opere acquirendo.

*F. 5a.* [8]Aurifabri versus plateam.

Johannes de Holdenstede dat V marc.

Johannes Palas dat III marc. de boda tenebrosa.

Tomas aurifaber dat IIII marc.

Johannes Alberti dat IIII marc.

Stricstrammus dat IIII marc.

*F. 6a.* Jacobus Brome dat IIII marc.

Johannes Vreseke dat IIII marc.

Thidemannus de Hannouere dat IIII marc.

Johannes Buthere dat IIII marc.

*F. 6b.* Petrus filius Werneri aurifabri dat IIII marc.

Petrus Dacus dat IIII marc.

Johannes Pythan de Colonia dat III marc.

*F. 7a.* Aurifabri versus forum.

Sifridus de Wendelinghusen dat V marc.

Wernerus de Hamelen dat V marc.

Hinricus Wincop dat V marc.

Arnoldus Arnesberch dat V marc.

*F. 7b.* Hermannus filius Hermanni pictoris de Colberch dat V marc.

Mako de Holme dat V marc.

Conradus Herwici dat V marc.

Johannes Badysern dat V marc.

---

ciuitati XII solidos, antequam de opere se intromittat. Qui vero acquirit vtrumque, ciuilitatem et opus, ille dabit pro vtroque XVIII solidos. Lib. memor. fol. 1b.

Kotere. Quiuis dat in anno IIII solidos, et tantum in numero debent esse sedecim, et a carnificibus et ab hijs, qui intestina pecorum vendunt, debent esse diuisi et dabunt huram ante Pascha. Lib. memor. fol. 1b.

8) Vor dieser Rubrik steht Folgendes verzeichnet: Notandum, quod anno Domini MCCCXXXIIII, in Natiuitate Domini, consules decreuerunt, quod, quandocumque aliquis aurifaber ad suum officium de cetero recipitur, debet coram camerariis certificare per certos fideiussorcs, quod habeat non inbrigatas sex marcas puri argenti, sibi et nulli alteri pertinentes, seu valorem, et quando talis decesserit vel discesserit, fideiussores postea per mensem tantum stabunt obligati pro ipso pro sex

F. 8a. Johannes Benedicte dat V marc.
Bertrammus de Haren dat V marc.
Johannes Medici dat V marc.
Engelicke Arnesberich dat V marc.

F. 8b. Scilderebode.

Ludolfus sarwerte dat VIℏ marc.

Sifridus de Libra dat IX marc. et habebit bodham ad tempora vite, et structuram in ea medio tempore emendabit de sumptibus propriis.

Hermannus perator dat VIII marc.

F. 9a. Jacobus de Vtrecht dat VI marc. de bodha angulari.
Albertus schildere dat VII marc.
Conradus de Ratuighe dat III marc. et IIII$^{or}$ sol.

F. 9b. Cordewanere et institores (supra plateam Brunonis).

Hermannus Kenrok dat V marc.
Bertoldus de Broke dat IIII marc.
Petrus Stochel dat X marc.
Bernardus Crummesse dat XVI marc.

F. 10a. Alheidis institrix [Bernardus de Crummesse]*) dat V marc. et IIII sol.

Vilterbodhe.

Johannes Barwech dat II marc.
Gerardus Lassan et Hinricus Herseueld dant XX sol.
Tidemannus Selmerstorpe dat Iℏ marc.
Johannes corrigiarius dat II marc.

F. 10b. . . . .**) dat II marc.

Campsores.[9]

Notum sit, quod campsores, cum non sunt nisi quinque, dabunt quolibet anno LX marc. den., dimidias in Pascha et dimidias Michaelis. Si pauciores fue-

---

marcis argenti puri, et non vltra. Ferner findet sich im liber memorialis fol. 3b. bemerkt: Notandum, quod magistri aurifabrorum habent vnum frustum auri, ad cuius instar et valorem omne opus suum operari debent; non enim pejus, sed melius illud possunt operari, et continet illud frustum dimidium lotonem, et pertinet ciuitati.

9) Notandum, quod campsor ille, qui habet ferrum ad signandum argentum, ille eciam habere debet vnum frustum argenti, ad cuius instar et valorem argentum erit signandum, illudque frustum pertinet ciuitati, et continet in se sex marcas ponderatas. Lib. memor. fol. 3b.

Notandum, quod quicunque permittitur fieri campsor, priusquam officium campsure incipiat excercere, coram consulibus in consistorio ponet fideiussores pro CC marcis argenti. Lib. memor. fol. 3b.

*) In eckige Klammern sind die neuen Inhaber gesetzt, welche man an Stelle der früheren ausgestrichenen übergeschrieben findet. **) Name verlöscht.

rint, dabunt nichilominus LX marc. den. Si vero plures fuerint, quam quinque, tunc quilibet dabit XII marc. den.

*Hierauf folgen zuerst Zahlungsvermerke*: Dederunt anno M̊CC̊CXVI̊, in Pascha, *und so fort bis Michaelis 1336, und sodann folgende Inscriptionen, die aber zum grösseren Theile nicht die ursprünglichen sind, indem diese vielmehr radirt erscheinen:*

F. 11a. Pro Johanne filio Hinrici Sparnowen impignorauit ipse Hinricus pater suam hereditatem, in qua moratur, et pro defectu eius super hoc ipse pater respondebit, scilicet pro CC marc. arg. pro sua campsura. *Darüber steht:* intrauit anno M̊CC̊CXXXVI, in Pascha.

Euerhardus campsor impignorauit hereditatem suam in lata platea, in qua moratur, pro CC marc. arg. pro sua campsura. Jtem dedit anno M̊CC̊CXXI, in Pascha, *und so fort bis Michaelis 1338.*

Pro Hinrico Stephani .... *Das Weitere ist ausradirt. Die Zahlungsvermerke gehen von Michaelis 1334 bis dahin 1337.*

Pro Hoyero Westphalo impignorauit Arnoldus Ghiselere suam hereditatem sitam prope Trauenam ex opposito libre, que olim suo fratri Johanni pertinuit, pro CC marc. arg. racione sue campsure; pro defectu ipse Arnoldus et Hoyerus respondebunt. *Die Zahlungsvermerke gehen von Michaelis 1334 bis Ostern 1338.*

. . . . . relicta Johannis de Wittenborch comparauit. Jtem dedit anno M̊CC̊CXXI, in Pascha, *und so fort bis Michaelis 1328.*

Radolfus kamsor impignorauit coram consulibus domum suam et agros suos pro CC marc. arg. pro kamsura sua. Super defectum istorum promisit Willekinus de Staden.

Johannes Scapel impignorauit suam hereditatem, in qua moratur, pro CC marc. arg., in qua hereditate si defectus fuerit, ipse Johannes pro eo satisfaciet, scilicet pro sua campsura. *Die Zahlungsvermerke gehen von Ostern 1322 bis Michaelis 1337.*

F. 11b. Pro campsura Rabodonis impignorauit Otto de sancto Johanne suam domum, in qua moratur, et domum vicinam, videlicet pro CC marc. arg. *Die Zahlungsvermerke gehen von Ostern 1321 bis Michaelis 1322.*

Pro campsura Werneri de Springhe ipse Wernerus impignorauit suam hereditatem in platea carnificum pro CC marc. arg.; pro defectu Hermannus Sak et ipse Werneco in solidum respondebunt. *Die Zahlungsvermerke gehen von Ostern 1323 bis Michaelis 1338.*

Hinricus Mor obligauit impignorando suam hereditatem pro CC marc. arg. racione sue campsure; pro defectu ipse et alia sua bona respondebunt. *Die Zahlungsvermerke laufen von Ostern 1321 bis Michaelis 1338.*

Pro campsura Luderi Mor obligauit ipse Luderus suam hereditatem, in qua moratur, in platea S. Johannis; pro defectu ipse respondebit. Jntrauit anno MCCCXXXVII. *Die Zahlungsvermerke beginnen jedoch schon mit 1321, beziehen sich also auf seinen Vorgänger, dessen Name radirt ist.*

Pro campsura Johannis de Gozlaria impignorauit Arnoldus Ghiseler suam hereditatem sitam apud Trauenam prope portam Heynemanni pro CC marc. arg., in qua hereditate si defectus fuerit, dominus Albertus de Warendorpe et Hasso Blot pro eo satisfacient communi manu. *Die Zahlungsvermerke gehen von Michaelis 1327 bis Michaelis 1337.*[10]

*F. 12a.* Kremerboden.

. . . . .*) et Hermannus de Colonia dant II marc.

Winandus dat XXIIII sol.

Alheydis cyrotecaria dat XXVIII sol.

Relicta Stenborch dat XXVIII sol.

*F. 12b.* Johannes Blachorn dat XXVIII sol.

Windele scriptoris et eius soror Gertrudis et eius maritus Conradus dant XXIIII sol.

Hinricus de Clutze et vxor dant II marc.

Ludolfus Landeskron dat XX sol.

*F. 13a.* Nicolaus Wittenboth dat III marc.

Johannes pauimentator [et mater simul]**) dat XXVIII sol.

Johannes Bilevelt dat annuatim XXVIII sol.

Helmicus et Ghesa eius vxor dant XXVIII sol.

Vritze senior dat vnam marcam de loco prope tribunal.

Nicholaus de Wismaria habebit tempore vite sue sine hura bodam inter kremerboden, quam Gerwinus prius habuit, pro qua dedit ciuitati XVIII marc. den. Eo defuncto, si vxor eius eam habere voluerit, sibi locabitur pro XXVIII sol. annuatim; si quid in ea emendandum fuerit, ipse emendabit.

---

10) Im folgenden Hämmereibuche findet sich noch notirt: Preterea domini consules anno Domini MCCCXLVI decreuerunt, quod, ex quo nunc tantum duo campsores sunt, quod quinis eorum annuatim dabit XX marcas, quamdiu ipsi consules voluerint.

*) Der alte Name verlöscht, später übergeschrieben: Hermannus. **) Uebergeschrieben.

F. 13b. Prope Tribunal.

Hartwicus de Regensborch dat I marc. de loco, in quo stat.

Fritse iunior dat vnam marcam de loco, in quo stat.[11]

Lodowicus tesserarius dat I marc. de loco.

Johannes de Busco dat III marc. annuatim.

Johannes de Vlsen dat III marc. annuatim.[12]

F. 14a. Forum.

Bursifices et corrigiarii dant II marc. simul et semel in anno, Michaelis.

Fibularii dant I marc. semel in anno, Michaelis.

De qualibet bodha olerum dantur IIł sol. semel in anno, in Pasca.

Oltmakenye dant quiuis de mensa sua quatuor sol. semel et simul in anno, Michaelis.

Cum antiquis pelliciis dant quiuis eorum IIII$^{or}$ sol. simul et semel in anno, Martini.

F. 14a. Omnes homines aliqua bona vel res aliquas vendentes in foro in mensis dant quiuis quatuor solidos de integra mensa semel in anno. De dimidia vero mensa dat quiuis duos sol. Integra mensa habebit in longitudine octo pedes.

Cum (antiquis) vestibus et velaminibus seu pannis semel in anno, Johannis Babtista.

Cum pultibus (dant Letare).

Cum butiro (dant Michaelis).

Cum ollis et caldariis apud libram (dant Johannis Bapt.).

Cum stocfisco (dant Jacobi. Quilibet eorum dat IIII$^{or}$ sol.).

Cum salsis allecibus et salsis piscibus dabunt Letare (IIII sol.).

Cum scultellis (et hastis) dabunt Johannis.

Cum fructibus Bartholomei.

F. 15a. Cum vitris (dant Johannis Bapt.).

Cum harlaken (dant Martini. Quilibet dat IIII$^{or}$ sol.).

Cum incidentibus pannum lineum[13] (dant Johannis Bapt.).

Cum bracis, quarum queuis dat II sol. (Johann. Bapt.).

Penestice vendentes pullos, oua, lacticinia, caseos et talia dant

11) Im folgenden Kämmereibuche ist hier im Jahre 1349 bemerkt: Est ordinatum, quod locus vacuus permanebit.

12) Im folgenden Kämmereibuche folgen hier noch zwei Rubriken: Sub testudine und Sub gradu.

13) Im folgenden Kämmereibuche kommen hier noch hinzu: Jnscidentes vestes lineas, bracas, camisias et caligas lineas.

quelibet earum vnum solidum de loco in Natiuitate Johannis Bapt., et slupwechteren VI denarios semel in anno.

Penestice vendentes anseres dant simili modo semel in anno in Carnispriuio vnum solidum de loco, et slupwechtere VI denarios.

Cum funibus Letare.

Salunmakere (dant Johannis Bapt.).

*F. 15b.* Acufices.[14]

*Dabei hat ursprünglich gestanden:* quilibet acufex dat XXIIII sol. *Dies ist aber durchstrichen.*

Relicta Smollen dat XXVI sol. (Pascha et Michaelis).

Tideke de Crowele dat XX sol. - -

Elizabeth de Crowele dat XXVI sol. - -

Ludeko Pape dat XX sol. - -

*F. 16a.* Roleke de Rozstoke dat XX sol. - -

Hermannus Krele dat XX sol. - -

Ludeke Rughe dat XX sol. - -

Mathias de Nycopinge dat XX sol. - -

*F. 16b.* Johannes Boytin dat X sol. de loco - -

Robeke de Sundis et vxor eius sub gradu dant II marcas.

Metleke prope cimiterium dat I marc.

Johannes de Hucser dat XVI sol.

*F. 17a.* Longa domus prope cimiterium.

Johannes de Staden dat V marc.

Fredericus rasor dat IIII½ marc.

Vicko de Staden dat III marc.

Johannes Borchstrate dat III marc.

*F. 17b.* Relicta Radolfi sartoris et Hinricus de Staden dant III marc.

Bernardus de Hamme dat III marc.

Wedekinus de Rentele dat III marc.

Hartwicus Parkentin dat III marc.

*F. 18a.* Godeko Langhegreue dat III marc.

Hartwicus de Parkentin dat III marc.

Euerhardus de Hammo dat III marc.

Ditmarus de Brakele dat IIII½ marc.

14) Im folgenden Hämmereibuche heisst es hier: Acufices in swiboghen debent esse quatuordecim, et quilibet XII sol. dabit in anno, hoc est insimul XI½ marc., bis in anno Pascha et Michaelis. Magistri de officio colligere debeant.

F. 18b. Transitus longe domus, id est dorewech.
Albertus de Godebuz dat III marc.
Johannes de Odeslo dat III marc.
Bernardus de Rentele dat III marc.
Hermannus Sachteleuent dat III½ marc.
F. 19a. Hinricus filius Arnoldi dat III marc.
Andreas Schurentam dat III marc.
Conradus de Heruorde dat III marc.
Johannes de Heruorde dat III marc.
F. 19b. Hermannus Parkentin dat III marc.
Johannes de Horne dat III marc.
Johannes de Parkentin dat III marc.
Albert Plote sutor dat III marc.
F. 20a. Longa domus superius.
Pelliparii[15] dant XX marcas semel in anno, Michaelis.
Wernerus Elreneholt dat IIII marc. bis in anno.
*) Domus monetariorum apud macella carnium.
Albertus de Lippia dat III½ marc. annuatim de bodha et de cellario.
Bernardus de Hamme dat annuatim III½ marc. de bodha prope macella.
Bodhe retro turrim beate Marie.[15*]
Arnoldus scriptor dat V marc. annuatim bis, in Pascha et Michaelis.
Conradus Vitense dat annuatim IIII½ marc., in Pascha et Michaelis.
Conradus de Rodewold dat III marc.
Thidemannus lucernifex [Hermannus Kath. — Albertus de Niemarke] dat III marc. in Pascha et Michaelis.
Bodhe crateriariorum.
Albertus de Nyeman dat III marc. in Pascha et Michaelis.
Johannes Speghelere dat IIII½ marc.
Hinricus Siist dat IIII marc. in Pascha et Michaelis.
Thidemannus Albus dat IIII½ marc. de bodha et cellario.
Noue bodhe crateriariorum.
Johannes dictus Sist dat IIII½ marc.

15) Pelliparij dant coniunctim de domo, in qua stant, XX marc. den., quas corum magistri colligent et eas in vna summa camerariis presentabunt semel in anno, Michaelis. Lib. memor. fol. 2b.

15*) Im folgenden Kämmereibuche beträgt die Zahl der Buden retro turrim 16.

*) Von hier an (bis F. 20b.) auf der losen Einlage. Vgl. Anm. 1.

Conradus scriptor dat VI marc.

Hinricus Deghenhard dat IIII marc.

Echardus de Tselle dat IIIIer marc.

Johannes de Parchem dat IIIIer marc. in Pascha et Michaelis.

Hermannus Bŏse dat IIII marc. in Pascha et Michaelis.

Supra puteum: Hinricus Kempe dat IIII marc.

*F. 20b.* Harinchus[16] dat Martini.

Quiuis (lotor allecium) dat XXXVI solidos, scilicet de bodha II marcas et de mensa IIII solidos.[17]

*Aus den nun folgenden Inscriptionen ersieht man, dass hier neun Buden besetzt waren.*

*F. 22a.* Census arearum et domorum.

